НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

201
84

LIBRAIRIE
Ancienne et moderne
de A. DURAND.
7 R. des Grès, Paris

201

RHebe d. 7/3 br e Varrani. fr. 30.

CODEX STATVTORVM MAGNIFICE COMMVNITATIS, ATQVE DIŒCAESIS ALEXANDRINÆ ad Reſpublicæ vtilitatem nouiter excuſi.

EX BIBLIOTH [illegible] IS



ALEXANDRIAE
M. D. XLVII.

201
84

ILLVST. ET PRESTANT. D. IAC. PHILIPPO SACCO PRAESIDI REVEREN. ET GRAVISS. CAES. Senatus Mediolani. Franciſcus Hieronymus Curtius. Prætor Alex. reſq; Publica, Alexandrina.

S. P. D.

EAs ab ineunte ætate vitæ meæ roēs ſuſcepi Præſes Ill. vt nihil vnꝙ mihi magnopē expetendū putarem quod non oī ex parte ad coēm vtilitatem facere videretur, Ia. n. ſemꝑ diligentiſſime curaui vt aliquo mō ſuas ciuilis ſcientiā aſſequerer: Nec ꝗdem in colegium nr̄um ita pridem cooptatus fuerā, cū mihi a te de totius Senatus ſn̄tia, Primo inter colegas munus inſtitutionū ciuiliū publice legendarū ſatis honeſta cōditione delatum fuit, nec ita multo poſt in Alexandriæ prætoris locū ſuffectus fui, Duoſq3 annos eā mihi ditionem ſūmo cū honore meo ꝓrogaſti: Cū igitur Huic ciuitati tanto tp̄re p̄fuerim, nihil ego poſtea tantope ſtudui ꝙ vt in eos hoies aliqua beneficia cōferrē, Quāobrē legibus ſuis municipalibus, quæ in diuerſis voluminibus cōtinebātur, in manus ſumptis ⁊ his plectis ac ſtudioſe cōſideratis l3 multa detrahi poſſent, que nihil ad hāc ætatem, moreſq3 nr̄os facere videbāẗ, eas tamē oēs in vnum redegi, typiſq3 curaui excudi, vt ijs ciuitas ipſa pp varios caſus, qui frequenter cōtingunt plurrimū iuuari poſſit, faciliuſq3 ab oib9 haberi ⁊ cōmodius ēt legi poſſint Qua re cū ego in hoc operam meā acurare præſtiterim, Tādemq3 cura ēt ⁊ ope Magnificoꝝ. D. Io. Ambroſij granarij, Io. Stephani cazaguerie, Ant. Marie beruerij, Antonij d pado, Marci Ant. robuti, Petri Mathei farinæ, Petri Martiris pātie, ⁊ Io. Vincētij Anulfi. p̄ſidentiū ⁊ Ancianoꝝ ipſius ciuitatis ⁊ q ad publicas res adminiſtrañ delecti ſunt rem ipa3 ꝑfecerim, ⁊ vt in prouerbio eſt ſūmū ei faſtigiū impoſuerim: ſtatui vna cū p̄ſidētibus ⁊ Ancianis ipſis hoc opus qualecunq3 ſit tibi dicare, ⁊. n. is es qui pp innumerabiles virtutes tuas, qbus maximope excelis: ꝓ præſide ꝓuinciæ nr̄æ ſedes, maxima tua eſt facilitas in audiēdo: ſūma lenitas in decernēdo, imenſa in ſatiſfaciēdo diligētia: ꝑclareq3 inteligis parui refferre abs te ius dici equaliter ⁊ diligenter niſi idē ab ijs fiat, qbus tu eius muneris aliquā partē cōceſſeris, p̄terea eam adhibes cōſtantiā ⁊ grauitatē: quæ nō ſolum gratiæ: verū ēt ſuſpicioni fortiter reſiſtere videtur, Te deniq3 ſic in tanta pōtate geris, vt nulla alia poteſtas ab ijs qbus tu præſis deſiderari ſoleat, ſ3 qm̄ neq3 meæ eſt eloquentiæ: neq3 tempus poſtulat, vt de p̄ſtantiſſimi animi tui dotibus lōgiori ſermone diſſeram, Hoc vnū te ſupplex oro, atq3 obſecro vt ea aī benignitate: qua ſoles: quaq3 tibi cōſecraẗ opus hoc nr̄um ſuſcipias aūateq3 tua: d p̄ncipis ſn̄tia ſicut antea factū eſt leges iſtas ſeruari iubeas: Tantus. n. eſt iſtius in te ciuitatis amor ⁊ beneuolentia: vt nunquā facinora tua conticeſcat: nunꝙ virtutes tuas: qbus hæc ciuitas exornatur predicare deſinat/ quo circa tuæ erit humanitatis iſtum oiūm Alexandrinorum animum tam in te ꝓpēſum vt hactenus feciſti: ⁊ agnoſcere ac cōplecti: ciuitatemq3 ipſam tot errogationibus exauſtam, tot calamitatibus oppreſſam recreare, Ipſe vero fructum laboris mei ampliſſimum cōſecutus eſſe creddam/ ſi volumen iſtud gratum tibi eſſe ſenſero, meq3 qui tibi certe ſum deuinctiſſimus ad numerū eoꝝ quos tibi deditos: ⁊ fideles eſſe putas aſcripſeris. Vale.

IN NOMINE DO-

mini noſtri Ieſu Chriſti Amen & ad honorem ſumme & indi-
uidue Trinitatis & glorioſe virginis Marie, & beati Petri apo-
ſtoli & omnium ſanctorum, & ad honorẽ ſancte Romane ec-
cleſie: & ad honorem Sereniſſimi principis Domini noſtri Do-
mini Ioannis Vice comitis dominii Mediolani: Alexãdrie Gene
ralis &c. Et ad bonum pacificum, & quietum ſtatum, & ad vti
litatem communem Totius ciuitatis Alexandrie, & diſtrictus
communis Alexandrie & omnium Ciuium dicte Ciuitatis.

HEC ſunt ſtatuta ſiue capitula, & ordinamenta facta & approbata, & correcta
concorditer per dños Ruffinum ſapam. Vberzonum alfardum. Iacobum ſche
nardum ottonem gutorinũ Gulielmũ borellum. Andream ſerachã. Inglentũ de otto
bellis, Martinum ferrarium Ioannorium de mulis. Ruffinũ mãtellum. Anſerminũ
gaſtaudum. Iacobum pertuſatum, Ancianos Populi ciuitatis Alexandrie. & dominos
Obertũ canem de guaſchis. Ruffinum de patheo. Guertium Acharinũ Petrũ trottũ
Acorſinũ lanzauegiã Federicũ blancũ Ricardum anſaxiam. Vbertum ſcachauellũ.
Dulium gambarinum. Obertinum merlanum. Manfredum de acato. & Ioannem
calchamugium ad hoc ellectos. & exemplata tempore nobilis viri domini murioli
de vidalta honorabilis ptãtis ciuitatis Alexandrie in Millemo. 1297. Inditiõe decima

¶ De Sacramento Poteſtatis.

EGO poteſtas Iuro ad ſancta dei euãgelia ſaluare, deffendere & cuſtodire omnes
ecclesias ciuitatis, Poderii. ſiue diſtrictus ſeu Iuriſditionis ciuitatis Alexan. & oẽs
eccleſias ad eas pertinentes & ſpecialiter honorem & ſtatum maioris eccleſie. & labo-
rerii ſancti Petri & omnium hoſpitalium & religionum. viduarum & orphanorum
ciuitatis, & diſtrictus Alexan. regere, conſeruare, deffendere, & manutenere cõmune,
& populum ciuitatis Alexan. & facere melius ad maiorem vtilitatem ipſius cõmunis
& omniũ hominũ eiuſdem vniuerſaliter, & ſingulariter bona fide ſalua libertate ec-
cleſie, & predicta omnia & Singula attendã, & obſeruabo ſine Tenore. & faciã iurare
ſequentem poteſtatem, & conſules & conſiliarios, & oẽs Iudices meos, & milites, &
ſequens ſequentem & ſic de ſingulis in perpetuum eodem modo teneatur obſeruare
capitula hereticorum & ſi aliqua ſtatuta ſint vel fuerint aliquo tempore in ſtatutis
Alexan. iſtis duobus ſtatutis obuiantia ſint caſſa irrita, & inutilia in ſuo robore ma-
nentibus, hiis duobus & hoc ſtatutum poſitum fuit in ſtatuto cõis Alexã. de volũtate
conſilii Alex. ad ſonum campane more ſolito congregati in eccleſia maiori Alexan.
currente. 1242. Inditione. xv. die mercurii. xv. intrante Madio.
Item Iuro ego poteſtas omnia & ſingula attendere, & obſeruare que in capitulo mei
feudi ſiue Salarii poteſtarie continentur ſine tenore quod ſic incipit. Item ſtatutum eſt
quod poteſtas venturus, &c.

ITem quod non accipiam gratis, neque conducã aliquẽ equm alicuius ciuis Alex.
nec commodato accipiam nec aliquo alio modo qui habeat animam cõis Alexã.
pro me neque pro aliquibus, de familia pro eũdo in exercitum pro aliquo facto meo,
ſeu ambaſiata aliquo modo, vel ſub aliquo ingenio ſiue ab illo qui non habeat aĩam
excepto quod poſſit conducere ab illis qui ſunt Soliti dare equos ad victurã & ſi con
trafecero vel venero per me vel alium amittam de meo Salario libras decẽ pro vna-
quaque vice in denariis numeratis que perueniant in commune Alex. & ponantur in
ratione ſui ſalarii per clauarium communis, & liceat cuilibet ciui Alex. ipſum ſindica

re & ipſe ptãs poſſit & debeat ipſum ſindicari non obſtãte aliquo ſtatuto vel ordine ſeu reformatione conſilii cõis vel populi vel ꝓuiſione anc. popu. & hoc totum ſine tenore & quod faciam & reddam vnicuique ius coram me conquerenti de cauſis que non pertinent ad conſules iuſtitie ſine tenore & quod ego non faciam nec fieri faciã vel permittam per me vel familiam meam in Palatio communis Alex. nec in aliqua parte ipſius palatii brolieti vel domorum communis aliquod laborerium preter remenare predictum palatium & domos niſi cum voluntate, cum ſcientia, & aſſenſu Anzianorũ populi, vel maioris partis ipſorum de quorum conſenſu appareat ſcriptura publica & ſi contrafieret expenſe facte per eum in predictis non debeant ſolui de auere communis ſed ſolummodo detrahantur de ſalario ipſius poteſtatis & predicta teneantur per formam ſacramenti.

¶ De officio Poteſtatis ꝛ quod poteſtas teneatur attendere omnia que in ſuo ſacramento continentur.

ITem ſtatutum eſt quod poteſtas teneatur attendere & obſeruare & attẽdi, & obſeruari facere omnia que in iſto ſacramento continentur Ego Poteſtas iuro ad ſancta dei euangelia quod ſum, & ero toto tempore mei regiminis protector, & deffenſor eccleſie, & ꝙ ſeruabo, & manutenebo libertatem vniuerſalis eccleſie & quod ſeruabo & cuſtodiam oẽs eccleſias ciuitatis Alex. ſiue Iuriſditionis & diſtrictus Alexã. & oẽs eſſentias pertinentes ad ipſas. & ſpecialiter honorẽ & ſtatũ ſancti Petri Maioris eccleſie, & laborerii eiuſdem, & omnium hoſpitalium, religionum, & viduarũ, & orphanorũ ciuitatis & diſtrictus, & deffendam & manutenebo, ciuitatem, Iuriſditionem & diſtrictum Alex. & oĩa iura, & honores ipſius cõmunis Alex. & cuiuſlibet ciuis Alex. & ipſum modis omnibus & bona fide augebo, & intendam modis omnibus, & dabo operam ad recuperandum & conſeruandũ in cõem Alex. omnẽ terram, & oĩa iura. & oẽm honorem & iuriſditionem que & quam cõe Alex. tenuit vel habuit, ſeu habere vel tenere conſueuit vel ad ipſam quocunq; modo pertinuit ſeu pertinere conſueuit & acquiram modis omnibus meo poſſe communi Alex. & ad ipſius communis vtilitatem terra caſtra honores iuriſditionem & Iura.

ITem attendã & obſeruabo toto tempore mei regiminis, & attendi & obſeruari faciam oĩa & ſingula ſtatuta ſcripta in hoc volumine ſiue libro ſtatutorũ & ita circa ea vel aliquod predictorũ nõ faciã nec fieri permittam per me, vel familiã meam & ſi cõtrafiet per me, vel aliquem de familia mea poſſim & debeã ſindicari pro qualibet vice qua contrafiet & pro quolibet ſtatuto in libris xxv. de quibus & quibus poſſim ab oĩbus, & a quolibet ſindicari ſine tenore & ꝙ ſeruabo & faciã per me & meam familiã cuilibet plenã & integrã rationem cõiter, & equaliter nulla facta exceptione perſonarum ſecundum ſtatuta Alex. & ſecundum conſuetudines & ſecũdum iura, & leges cuiuſlibet & in quolibet negotio obſeruabo, & obſeruari faciam cum effectu.

ITem ꝙ veniã & ſtabo in palatio nouo cõis Alex. pro iure reddẽdo ego, & mei iudices & milites in locis cõſuetis quolibet die a mane vſq; ad tertiã & a nona vſq; ad veſperas bona fide poſt ſonũ campane cõis quã pulſari faciã omni die bis videlicet in mane in ortu ſolis & cõtinuo poſt nonã & de ipſo palatio dictis horis nõ recedã ego & mei iudices & milites niſi iuſta egritudine vel neceſſitate corporis vel pro conſiliis cõis vel cõdẽnatiõibus faciẽdis vel pro aliis neceſſariis factis & negotiis cõis ſine fraude & niſi in diebus dominicis & in Natiuitate dñi & tribus diebus ꝓcedẽtibus, & tribus aliis ſequẽtibus & in feſto circũcionis dñi & epiphanie & in feſto reſurrectionis & tribus diebus precedẽtibus & tribus ſequẽtibus, & in feſtis beate Marie virginis, & oĩum apoſtolorũ & aſſenſionis dñi & beati Ioãnis Baptiſte & euãgeliſte & beati Laurentii &

vere crucis & ſancti Euaxii ſancti Ludouici & ſancti Baudilini in ꝗbus nõ tenear ſtare in palacio cõis vſq; ad nonam niſi tantum quantũ videbitur mihi in diebus ieiuniorum tenear ſtare in palatio cõis vſq; ad nonã bona fide Poſt nonam autẽ ſtare debeo tantum quantum mihi videbitur ꝙ ſi per aliquem ipſorum iudicum vel militũ fuerit contrafactum dabo cõi de meo proprio qualibet vice & pro quolibet contrafaciente & ſaluis predictis caſibus ſoldos. lx. de quibus poſſim a quolibet ſindicari.

ITem Ducam mecũ quatuor bonos iudices & legales & in iure & in regimine expertos Quorũ iudicũ tres debeant, & teneãtur iacere in cameris que ſunt prope palacium vetus vbi fiunt conſilia priuata vbi iacere cõſueuerũt vnus quorũ ſit aſſeſſor & cognoſcat de cauſis quibuſlibet de ꝗbus poteſtas ſecundũ ſtatuta poteſt cognoſcere & de appellationibus & aliis negotiis emergentibus corã ptãte & interſit conſiliis gñalibus & priuatis cũ opus fuerit & dictet poſtas & propoſitiones & reformationes conſilioru antequã legantur in ipſo cõſilio. Ita ꝙ poſt eius dictamen nihil addant vel diminuãt. Teneatur intereſſe rõnibus cõis quando fient ad cãpanile ipſe vel iudex camere quas rationes faciat fieri & facere debeat ſecundũ formã capituli Alex. & teneatur ptãs & ipſe iudex facere peruenire in clauarium cõis totã pecuniã cõis & omne & totũ id quod exactũ fuerit ab exactoribus cõis. Ita ꝙ nihil poſſit recipi vel expendi de ipſa pecunia per aliquẽ alium niſi per Dictum clauarium ſecundũ modũ & formã ſtatutorũ loquentiũ de officio clauarii nec permittat dictus iudex aliquid poni in rõnibus cõis per dictum clauarium vel per aliquẽ alium niſi ſecundum ꝙ in ſtatutis cõis continetur vel niſi ſecundum ꝙ reformatũ fuerit vel eſſet per conſilium gñale cõis vel niſi fuerint vel eſſent ſalaria officialium cõis. ¶ Alius nõ ſupſit ad exequendum bãna & condẽnationes, fodra dacitas & collectas & taleas & hauere cõis & appelletur iudex camere cõis & inquirere debeat ſtratas & vias publicas & tenentes aliquid in eis contra vetitum ceteraq; alia faciat & exerceat que ad eius ſpectent officium que in ſtatutis cõis loquentibus de ſtratis & viis publicis & platea cõis & facientibus vituperium circa palatiũ & in brolieto cõis & Maiorẽ eccleſiam & de laboreriis cõis q̃ nõ ſunt deputata p ipſa ſtatuta officio iudicis Ferratie videat cõtineri. ¶ Alius vero ſuperſit officio ferratie ſiue cuſtodie agrorum & rerum campeſtriũ & officio incendiorũ & damnorum equorũ & annorũ emẽdatorũ & curabo ꝙ dictus iudex cõtinue ſuperſit ipſis officiis & ipſa officia expediat ſecundũ formã ſtatutorũ ferratie & damnorũ & de nullo alio ſe intromittet. ¶ Et ſi dicti iudices oĩa predicta nõ obſeruauerint amittant de ſuo ſalario libras. x. pro qualibet vice qua eis denunciatũ fuerit & quilibet poſſit denũciare & quos denarios cõe detrahat de ſalario poteſtatis & ipſo iure habeantur pro ſolutis de ſalario ptãtis. ¶ Et ducam atq; tenebo in dictũ regimen toto tẽpore mei regiminis duos bonos milites & legales & de regimine expertos qui faciant & exerceant in ipſo regimine oĩa que ſibi cõmittam. Qui iudices & milites nõ ſint nec eſſe poſſint de forẽſibus vel bãnitis, vel malexartis alicuius ciuitatis vel loci vnde ſint oriundi. ¶ Et ſi poteſtas aliquẽ de predictis iudicibus vel militibus ſecũ duxerit contra predictam formam diminuatur ipſi ptãti libr. l. ter. nõ. de ſuo ſalario pro quolibet iudice, & milite quem duceret contra predictam formã. ¶ Et ducam atque tenebo in dicto regimine ad minus decẽ equos extimari faciã per extimatores elligẽdos per dños ancianos & quatuor infra quinta diem introitus mei regiminis nec ipſos per aliquẽ ipſorum alicui pſone comodabo niſi ſolum officialibus cõis qui morantur in palatio & occaſione officii tantum. ¶ Quorum equorum tres deputabo iudici ferratie & eius notariis occaſione exercendi dictũ officiũ tam extra q̃ intus ciuitatẽ vinculo ſacramẽti. Quorum tres ad minus ſint deſtrarii boni & ſufficiẽtes & valoris lib. l. imperialiũ ad minus pro quolibet eorum competentes ad portandum milites cum Armis ad bellum omnibus meis periculis & fortunis. Ita ꝙ ſi aliquo modo morientur vel magagnarentur nullam mendã habere ſeu petere poſſim ſub aliquo ingenio niſi in ſeruitio cōis Alex. moreretur in ſturmo vel batalia cum inimicis cōis. Alex. vel niſi ipſe equs tolleretur ipſi poteſtati ſeu vicario vel alicui de ſua familia in ſeruitio dicti cōis in aliqua caualcata vel andata cōis Alex. per inimicos ipſius communis tantum & non aliter. & ꝙ in predictis ſeu aliquo predictorum dictus poteſtas vel aliquis de ſua familia nō poſſit nec debeat haberi pro ciue & ſi peterem per me vel aliquem alium rogarem vel alio modo tractarem cum Ancianis vel aliquibus aliis perſonis habere mendam de equis alio modo quam ſupra dictum eſt ſeu eam acciperē amittam de meo ſalario pro qualibet vice lib. cc. que ipſo iure computentur & cōputari debeant in meo ſalario & ipſam mendam quam habuiſſem ſeu haberem ſimiliter cōputabo in ſolutione mei ſalarii. Et ſi ſolutionem habuiſſem integram de meo ſalario tenear reſtituere cōi ipſam mendam. Et domicellos .viii. maiores .xviii. annorum. & aliam familiam & arma ibidem habebo & tenebo toto tempore mei regiminis ad ſufficiētiam. Et omni menſe ſemel ad minus inquiri faciam per dominum capitaneum Ancianorū & .iiii. Si habuero, & tenuero prout dictum eſt, & debebo totam ipſam familiam equos & Arma vt dictū eſt ſub pena lib. xxv. de meo ſalario ſoluendo cōmuni & ipſi cap. Ancianorū & .iiii. vt ſupra ipſam familiā equos & arma inquirere tenētur & ſi inuenerint ipſa non habere & tenere teneantur ipſum in dictis libr. xxv. ſindicare. ¶ Et ꝙ nō ludam nec ludere permittam aliquem de meis militibus vel iudicibus: nec aliquem de mea familia ad tabulas vel ad ſcachos nec ad aliquem ludum taxillorum nec tenebo, nec teneri permittam aliquod tabulerium in domibus communis mihi conceſſis pro habitatione. ¶ Et faciam & curabo ꝙ aliquis de familia mea non bibet nec comedet in aliqua domo alicuius ſingularis perſone vel alicuius religionis vel vniuerſitatis ciuitatis Alex. & quilibet qui dabit vel dari faciet cibum vel potum alicui de mea familia aufferam pro bāno pro qualibet vice ſolidos .lx. & hec faciam preconizari infra menſem poſtquā intrauero regimen ciuitatis Alex. ¶ Et mittam qualibet ebdomeda ad minus in diuerſis tribus noctibus & diebus vnum ex meis millitibus vel iudicibus cum congrua ſocietate de familia mea ad inquirendum ludos, & tabernas & euntes de nocte contra ordinamēta cōis; per oīa quarteria ciuitatis Alex. ¶ Itē non faciam nec fieri permittam aliquem contractum per cōe Alex. cum aliqua perſona in quo concedatur ꝙ illa perſona nō ſoluat fodrum ſeu nō ſit in extimo vel in regiſtro nō ponatur de eo vel occaſione eius quod ſoluetur ſiue mutuabitur pro ipſo cōtractu vel aliquo alio modo cōcederetur vel fiet cōi Alex. ¶ Nec proponā nec proponi permittam aliquid venale pro cōi Alex. neq; aliquem cōtractum fieri cum cōi niſi prius dictatum fuerit inſtrumentū ipſius contractus perfecte & lectum in conſilio generali. & nihil addatur in ipſo contractu poſtq̄ contractus fuerit lectus & anteq̄ contractus perficiatur poni faciam inſtrumentum ſicut lectum fuerit vel erit in cōſilio generali penes notariū campanilis & ſi contrafiet nō valeat ipſe contractus in fauorem cōtrahentium cum cōi. Sed valeat & teneat in fauorem, & vtilitatem cōis. ¶ Item ꝙ ſtabo contentus per me & familiam meam eo ſalario quod mihi conceſſum eſt per literas ſiue inſtrumentum mihi miſſas vel miſſum pro cōi Alex. & pro ipſo ſalario totū regimen ciuitatis Alex. & diſtrictus tam intus quam extra & exercitus andatas & caualchatas per me & meam familiam faciam cum effectu vbicunque fiant tam in Alex. & diſtrictu quam extra & nihil plus vel vltra a communi Alex. vel aliqua perſona eccleſiaſtica vel ſeculari vel vniuerſitate modo aliquo fraude vel ingenio accipiā per me vel alium de familia mea nec per aliquam aliam perſonam & ſi ad me vel ad aliquem alium de familia mea aliquid peruenerit illud totum publicabo clauario communis Alex. infra tertiam diem reſtituam. Nec preponam nec preponi faciā nec preponi permittam aliquo modo forma titulo cauſa vel colore coram Ancianis vel quatuor ſeu coram aliquibus ſapientibus communis vel populi Alex. nec coram aliquo conſilio publico vel priuato de habendo vel recipiendo dono gratia vel amore ſeu aliquo alio modo qui dici vel excogitari poſſit aliquid in auere communis Alexā.

vel alicuius ſingularis perſone ſecularis vel eccleſiaſtice ſeu alicuius cōmunitatis vel loci iuriſditionis Alex. vltra ſalarium conſtitutum mihi & familie mee vt ſupra. Et ſi contra hec faciam vel veniam per me vel per ſuppoſitam perſonam cadam in penam periurii & infamie & lib. cc. terdon̄ ſoluendorum cōmuni Alex. in denariis numeratis & ſi quis Ancianus populi vel de quatuor vel ſocietatis regalis ſeu aliq̄s alius dixerit ſeu concionatus fuerit contra predicta vel aliquod predictorū ſit periurus & infamis communis & populi Alex. & expellatur de omnibus officiis & beneficiis cōmunis & populi Alex. nec ad aliquod officium communis vel populi Alexan. aliquo tempore reſtitui poſſit & vltra hec condemnetur in lib. cc. terdon̄. quos abſque vlla compenſatione communi Alex. ſoluere teneatur In condemnationibus & in abſolutionibus autem faciendis ſtatuta Alex. obſeruabo. Ad ſindicatum autem ſtabo ego & familia mea ſecundum ſtatuta communis & ciuitatis Alex. Et de ſtando ad ſindicatum & de ſoluendo totum id in quo ego & quilibet de familia mea erimus cōdemnati communi Alex. vel alicui ſingulari perſone per tres dies ante exitum mei regiminis idoneam ſecuritatem faciam in conſilio generali notariis Sigilli recipientibus nominibus quo ſupra.

ITem per menſem ante exitum mei regiminis non dabo aliquam ſententiam in preiuditium vel damnum cōis Alex. neq; contra ipſum commune neq; delegabo predictis diebus aliquam queſtionem que tangat commune Alex. vel verti poſſit in preiuditium communis. Preter in ſententiis incendiorum & mēdis militum equorū & armorum amiſſorum in ſeruitio communis & magagnatorum faciendis in ſententiis damnorum datorum nec ſolutionem faciam fieri nec permittam de pecunia vel hauere communis ſeu que vel in commune Alex. debeat peruenire alicui perſone collegio vel vniuerſitate de aliquo debito certo ante tempus mei regiminis niſi ſecundū voluntatem conſilii generalis, nec aliquam etiam compenſationem faciam vel recipiam vel fieri permittam per me, vel per alium aliquo modo de aliquo banno vel cōdemnatione niſi ſecundum ꝙ fieri poteſt & debeat ſecundum capitula cōis Alex. ſub pena lib. cc. de meo ſalario de quibus poſſim ſindicari & ſi compēſatio alicuius facta fuerit vel aliquid contra predictam formam in aliquo predictorum caſuum factum fuerit non valeat & pro non facta habeatur. Ita ꝙ ſequens poteſtas ipſam condemnationem ſeu bannum teneatur excutere in denariis numeratis non obſtāte predicta compenſatione & caſſare & Irritare omnia & ſingula que facta eſſent contra predictam formam & pro caſſis & irritis habeantur ipſo iure & quod omnia debita que faciam meo tempore ſoluam.

SVper munitiōe & deffenſione porte Bergolii ab impetu fluminis tanegri & infra menſem ab introitu mei regiminis faciam conſilium generale & quicquid ipſi cōſilio placuerit obſeruabo & exequutioni mandabo & conſilium generale faciam per duos menſes ante exitum mei regiminis de ſequenti regimine faciendo, & quod conſilio placuerit obſeruabo.

Et de emendatione ſtatutorum conſilium faciam per dies .xv. anteque faciam conſilium de regimine faciendo ſuper quibus emēdatis & clauſis atque ſigillatis ſequentē poteſtatem antequam deſcendat de equo iurare faciā meos autem iudices & milites poſtquam iurauero regimen in conſilio generali Alex faciam iurare ſuper ſtatutis oīa predicta & ſingula & omnia que in eis continentur ſecundum predictum modum & formam & omnia ſtatuta ciuitatis Alex. attendere & obſeruare infra tertium diem introitus mei regiminis.

ITem omnia conſilia, negotia, & facta cōmunis que mihi ſeu alicui de familia mea pro vtilitate communis dicentur que ſecreta erunt, tenenda ſiue in ſecretū dicētur ſecreta tenebimus ego & oẽs de familia mea nec alicui manifeſtabimus niſi pro vtilitate cõis & conſilio ſapientum erunt manifeſtanda vaſa autem & vtenſilia in palatio vereriin ea parte palatii quam tenebo pro cõi non habebo nec tenebo nec ignem faciam nec fieri permittam. Et vetabo modis omnibus quibus potero ꝙ aliquis de familia mea non intret palatium vetus donec ibi erit conſilium ſecretũ. Item ſcalas & domos Palatii bene coperiam & bene copertas toto tempore mei regiminis tenebo.

POrtas Broleti & Portam deuerſus porticus claudi & clauari faciam omni die in ſero & eas clauatas teneri faciam omni nocte & eas quolibet mane ĩ aurora diei aperiri & tota die apertas ſtari faciã illum qui ſtabit ſuper bicocham pro cãpanis pulſandis elligi faciã ad breuia ſicut elligũtur officiales maleficiorum & ille qui ellectus fuerit ad ipſum officium ſi ipſum officium receperit debeat continue ſtare ſup bicochã & eidem dabo cibum & potum ſicut aliis ſeruitoribus meis. Ita ꝙ die & nocte prout neceſſe fuerit officium ſuum de pulſandis campanis per ſe exerceat & alia facere que conſueuerunt facere alii bichocherii communis. Qui bichocherius dictas teneat portas brolieti & introitus deuerſus porticus & portas ſcalarũ & palatii omni die claudere, & aperire vt ſuperius eſt notatũ. & conſtringã ipſum bicocheriũ emendare omnia que diminuentur de nocte de banchis & ſtangis que ſunt vbi iuſtitia redditur de q̃bus & cuſtodia ipſorum ipſum certificabo quando iurabit ſuum officium.

IVdici meo ſuper officio ferratie cõſtituto aſſignabo tres equos ſuper quibus poſſit debeat, & teneatur omni die officiũ ſuum exercere cui iudici nihil faciendum committam per quod modo aliquo impediatur quin ſuum officium faciat ſecundum capitula Alex. Ad poteſtatem qui elligetur ad regimen Alex. expenſis communis Alex. tantũmodo duos ſcilicet vnum ſindicum & vnum notarium ſecundum ꝙ placuerit conſilio mittam. Ita tamen ꝙ vnus ex tubatoribus vadat pro ſindico ſecundum formam capituli de tubatoribus.

SVper dantibus conſilium & auxilium beruariis vel aliis perſonis gueriãtibus cõe Alex. & ſuper reducentibus ipſos bernarios & guerrerios & ſup locis & perſonis nõ guerriantibus ſicut debẽt infra dies. xv. ab introitu mei regiminis faciam cõſilium generale & quicquid ſuper predictis ipſi conſilio videbitur obſeruabo.

CAſtra vero que tenentur guarnita pro cõi Alex. per me vel milite vel iudicẽ meũ ſemel quolibet menſe ad minus & plus ſi potero inquiram & inquiri faciam & ſi quid erit in ipſis caſtris vel aliquo ipſorum reficiendum vel aptandum illud poni faciam in ſcriptis & illud reſtitui & aptari faciam ſecundum quod placuerit conſilio generali & hoc faciam infra tertiam diem poſtquam ſciuero aliquid eſſe aptandũ vel reficiendum in ipſis caſtris.

ET inquiram & inquiri faciam quolibet menſe vt ſupra caſtellanos & ſiuẽtes qui debent cuſtodire ipſa caſtra: & ſi caſtellanus in caſtro nõ inuentus fuerit aufferã ei pro banno lib. x. In denariis numeratis ſine aliqua compenſatione & inſuper caſtellano pro quolibet ſeruiente quem non tenuerit vel non habuerit ad cuſtodiam caſtri ſibi cõmiſſi ad cuſtodiendum inponum, armaturam ferri ſcutum & capellum & quilibet ſeruiens inponũ ſcutum & capellum. & ſi inuenti furrint nõ habere p̄dicta aufferant caſtellano pro quolibet guarnimento de predictis quod nõ habuerint ſolidos. x. & ſeruienti ſolidos. v. in denariis numeratis turexani vero qui non habuerint iuponũ ſcutum & capellum puniantur pro quolibet guarnimẽto in ſolidos. x. in denariis numeratis. Et in quolibet hoſtio turis cuiuſlibet caſtri qui cuſtoditur pro cõi poni faciã duas bonas clauaturas cũ duabus bonis claulaus & turrexanos ſuper turres faciã clauari & ipſas claues videlicet vnam pro quolibet hoſtio turris deponi faciam penes

Prepoſitum ſancti Ioannis de roboreto & aliam gubernari faciã, & cuſtodiri in campanilli penes notarios cãpanillis & hec ſi placuerit cõſilio. Predictos vero turrexanos de ipſis turribus deſcendere nõ permittam ſine licẽtia conſilii gñalis & ſi deſcẽderint aufferam eis pro bãno lib. c. in denariis numeratis & ſi forte auffugerint dabo eis bannum libr. D. & bona ipſorũ guaſtabo & guaſtata tenebo donec dictum bannum ſoluerit in denariis numeratis.

ITem faciam teneri p̄dictis caſtellanis & turrexanis in dictis caſtris & turribus ſup quolibet ipſorũ caſtrorũ & turiũ eorũ expenſis victualia eis neceſſaria ad. xv. dies ſecundũ numerũ ipſorũ ita ꝙ caſtellanis dicta victualia pro ſe & eorũ ſeruientibus habeãt & turrexani ſup turrib⁹ ꝓ ſe & ſi inuẽti fuerit nõ habere p̄dicta aufferã cuilibet caſtellano ꝓ q̃libet vice lib. xxv. & ꝓ quolibet turrexano lib. x. ĩ denariis numeratis.

¶ De militia vel de pecunia danda laborerio maioris eccleſie ſancti petri de Alexand.

AD honorem dei & beate virginis Marie & vere crucis & beatorum Petri & Pauli protectorũ ciuitatis Alex. & ad hoc vt vera crux & beati apoſtoli Petrus & Paulus dictam ciuitatẽ in pace & bono ſtatu conſeruare dignentur ſtatutum & ordinatum eſt ꝙ quotieſcunque contingerit militiã aliquã fieri vel imponi in ciuitate Alex. ꝙ beati apoſtoli Petrus & Paulus primo ſcribãtur in dicta militia & ſine eiſdẽ aſſignentur debitores & pecunia vnius militie cooperte que pecunia conuertatur & perueniat in fabrica eccleſie maioris ſancti Petri predicte ciuitatis Alex. teneatur fabricare & maiori eccleſie dare lib. l. Terdoñ ita ꝙ dñs p̄tãs capanciani & quatuor qui preerunt regimini & officio ciuitatis Alex. teneantur ad predicta exequenda ſub vinculo ſacramenti. & vltra ſub pena lib. l. terdoñ. & cuilibet eorum & predicta omnia debeant omni anno ſemper ante feſtum predictorum apoſtolorum Petri & Pauli.

¶ DE FEVDO POTESTATIS.

ITem ſtatutum eſt ꝙ poteſtas Alex. habeat & habere debeat a communi ſiue pro ſuo feudo ſex menſium ſi ſteterit per dictum tempus tantummodo feudum pro rata temporis lib. & domum ſiue palacium cõis cauſa habitandi intus vacuam niſi de banchis & tabulis & perticis & ſigillo de Puteo & cathena de puteo in qua poſſit habitare ipſe & familia ſua. Et vltra ſalarium & domum vt ſupra nihil habeat vel habere poſſit a cõi Alex. nec ab aliquo pro cõi Alex. ſub aliquo ingenio excogitato vel excogitando nec peti faciet cõi Alex. per ſe nec per alium aliquo pro communi vltra dictum ſalarium nec a volenti dare accipiet clerico vel laico vel religioſo ipſe nec ei⁹ iudices, nec milites, nec aliquis de ſua familia qui ſecum ſtet vel habitet vel cum eo venerit nec capiet nec capi faciet ſub aliquo ingenio aliquid ab aliquo ciue clerico vel religioſo vel aliquo alio extero qui aliquod negotium habeat facere cum cõi vel qui cauſam haberet cũ aliquo ciue in ciuitate Alexã. vel extra nec mutuo, nec alio modo ipſe nec aliquis de familia ſua & ſi aliquis de conſilio vel aliquis alius ciuis intus vel extra aliquid dare ei vel alicui de ſua familia voluerit non permittet ei dare nec accipiet aliquo modo & qui contra fecerit vel qui dare voluerit aufferantur ei pro banno lib. c. & computetur illud bannum ex maleficio de quo banno non exeat niſi ſoluto banno & id ꝙ quis dare voluerit de ſuo proprio amittat & perueniat in commune.

PRo quo ſalario ſiue feudo ducat quatuor bonos iudices & in iure peritos & expertos & cõſuetos & duos milites quatuordecim inter domicellos & ſcutiferos familiares ſiue maſuerigos quorum octo ad minus ſint domicelli duodecim equos ad nunus inter quos ſint tres equi de armis. Qui dicti tres equi non ſint minoris precii & valoris lib. xl. imperialium pro quolibet.

QVi iudices tantum cognoſcant de maleficiis & appellationibus & incendiis. & damnis & guaſtis, & de mercedibus laboratorum & de debitis factis occaſione cibi & potus & alia facient que pertinent ad officium poteſtatis Banna & fodra & condemnationes excutiendo tam intus quam extra per diſtrictum Alexand. & non poſſint cognoſcere de cauſis ciuilibus aliquo modo niſi inter forenſes moueantur. vel ſi aliqua partium forenſis eſſet tunc cognoſcere poſſint ſi eis videbitur. Alioquin eorum ſententie non valeant ſuper cauſis pecuniariis etiam de conſenſu partium. Qui omnes ſecum debeant ſtare & permanere toto tempore ſui regiminis & tantū vltra quantum ipſe Poteſtas ſteterit, Ita quod ipſe poteſtas vel aliquis de familia non poſſit exire nec vadant toto dicto tempore extra iuriſditionem Alexan. abſque licentia conſilii generalis vel per prouiſſionem capitanei ancianorum & quatuor & ſi contrafecerit per ſe vel eius familiam ſoluat communi lib. l. de quo poſſit a quolibet ſindicari & ꝙ vnus ipſorum iudicum poſſit alterius officium ex iuſta & legitima cauſa ſupplere & exercere de mandato domini poteſtatis de quo mandato conſtet per publicam ſcripturam.

ET ſi contingerit dictum Poteſtatem vel eius iudices vel milites ſeu aliquem de familia ſua ire vel exire debere ciuitatem Alexand. in diſtrictu vel extra diſtrictum vel in aliquem exercitum vel caualcatam vel ambaſatam vel aliqua alia de cauſa vel aliquo alio modo pro communi Alexan. extra ciuitatem Alexan. in diſtrictu vel extra nihil habeant nec habere debeant nec capere poſſint, nec petere, nec peti facere a communi vel ab aliquo pro communi, vel ab aliqua perſona collegio vel vniuerſitate ſub aliquo ingenio ſiue pernoctauerit ſiue non. Et ſi contrafacerint vel acceperint per ſe vel per alium totum illud communi reſtituere teneatur & tantundem de ſuo ſalario poteſtas communi reſtituere teneatur & dare. Nec plauſtrum nec plauſtra nec barociam nec ſomerium vel ſomerios vel paualionum capient expenſis communis vel alicuius perſone. Collegii vel vniuerſitatis aliquo modo cauſa alicuius exercitus vel caualcate. vel ambaſate in qua iuerint vel ire eum vel eos opporteat pro communi vel alio modo vel alia de cauſa excepto quod poteſtas poſſit accipere de Plauſtris eccleſiarum grangiarum & manſionum & religionum ſi preſtare voluerint & non aliter, cauſa ducendi Paualionum & robas ſuas & alia vtenſilia & victualia ſua.

ET teneantur & debeant venire & eſſe dictus poteſtas cum predictis iudicibus & militibus in ciuitate Alex. ad terminum ordinatum, in inſtrumento ſibi miſſo p commune ſuis expenſis propriis & omnibus ſuis periculis tam veniēdo & ſtando quā reuertendo a regimine & ad regimen ſupraſcripte ciuitatis.

QVi poteſtas debeat iurare antequam deſcendat de equo ſuper ſtatutis communis ciuitatis Alexandrie. emēdatis, factis, & approbatis & ſigillatis & iudices ſuos teneatur facere iurare infra tertiam diem poſtquam regimen intrauerit in conſilio publico ſuper ſtatutis & ordinamentis predictis & teneatur ipſe & eius iudices & milites tenere priuata & ſecreta pro communi Alexand. vel pro bono ſtatu & vtilitate ciuitatis Alexand. in perpetuum & attendere & obſeruare omnia ſtatuta communis Alexan. & curare & facere bona fide quod ptās oia ea attendet & obſeruet.

ET dictus Poteſtas cum iudicibus ire teneatur vt ſupra qualibet die ad locum conſtitutū pro iuſtitia reddenda niſi remanſerit iuſta de cā vel iuſto dei impedimēto,

Et predictum ſalarium habeat & habere debeat de duobus in duobus menſibus videlicet tertiam partem in quibuſlibet duobus menſibus & non alio modo. Et habeat dictum ſalarium tantum pro rata temporis quo ſteterit in regimine ciuitatis Alexā. ſi contingerit eum recedere vel moueri a regimine ciuitatis Alexandrie. morte vel alio modo.

ET finito regimine ſuo debeat ipſe & familia ſua ſtare in ciuitate Alex. per tempus conſtitutum in capitulo quod eſt ſub rubrica que dicit quod poteſtas debeat remanere in Alexandria per dies quindecim poſt exitum ſui regiminis, quod capitulum ſic incipit. Item ſtatutum eſt quod poteſtas & ſui iudices & milites &c. reſponſurus coram quatuor ciuibus Alexan. quorum duo ſunt iudices & alii Layci & elligantur ſicut placuerit conſilio omnibus & cuilibet conquerentibus de eo vel de aliquo alio de ſua familia quos vel quem condemnaſſet vel in banno poſuiſſet iniuſte & contra ſtatuta ciuitatis Alex. & ſi in fraudem repertus fuerit ipſe vel aliquis de ſua familia vel aliquem vel aliquos condamnaſſe vel in banno poſuiſſe iniuſte & ſine cauſa vel extra ſtatuta ciuitatis Alexand. totum id in quo commune fraudauerit vel leſerit vel aliquam aliam Perſonam ſpecialem communi & ſpeciali perſone reſtituere teneatur de ſuo ſalario vel aliunde antequam recedat vel exeat ciuitatem & hoc totum capitulum attendatur ſine tenore. ita quod nec per conſilium nec per arengum nec per prouiſionem ancianorum remoueri poſſit in totum nec in partem quin in totum hoc capitulum obſeruare teneatur & quin hoc capitulum valeat & teneat non obſtantibus aliquibus literis impetratis vel impetrandis quam abſolutionem non debeat per ſe nec per aliquem pro ſe impetrare. Sed ex nunc ex certa ſcientia ipſi abſolutioni ſi contingerit ipſum abſolui renuntiat & pactum & finem facit de ipſa abſolutione & hec omnia & ſingula iurauit poteſtas attēdere & obſeruare & pro qualibet vice qua contrauenerit circa predicta vel aliquod predictorum quod in hoc capitulo continetur perdat de ſuo ſalario & feudo lib. cc. pp. & nihilominus hoc capitulum in ſuo robore permaneat & ipſum capitulum teneatur obſeruare ſine tenore.

ET poteſtas teneatur facere iurare ſequentem poteſtatem oīa ſupraſcripta & ſingula attendere & obſeruare. Eo ſaluo quod de vltima parte ſalarii dicti domini poteſtatis teneatur clauarius communis retinere penes ſe libras centum imperialium donec dictus dn̄s poteſtas a ſindicatu fuerit abſolutus ipſe & familia ſua & ꝙ poteſtas dictam ſolutionem accipere non poſſit niſi modo quo ſupra.

¶ Quod poteſtas debeat remanere per quinque dies poſt exitum ſui regiminis in Alexandria.

ITem ſtatutum eſt ꝙ poteſtas Alex. & ſui iudices & milites & alia ſua familia debeat ſtare & remanere in Alex. poſt exitū ſui regiminis p quinq; dies oībus de ipſo conquerentibus & ſua familia de quolibet facto & etiā de auere & iuribus cōis ſub ſindicatoribus reſponſuri infra quos dies quinq; ſi nihil contra eum vel aliquem de ſua familia ſindicatiōis opponetur poſt quintam diem libere poſſit cū ſua familia recedere ſin aūt infra dictos quinq; dies contra ipſum vel ſuā familiā ſindicatiōis aliquid opponenetur per dies quindecim computatis primis quinq; in ſindicatu debeat in Alexandr. permanere omnibus de ipſo & ſua familia conquerentibus ſub ſindicatoribus reſpondendo tam ſuper libellis datis infra predictos quinq; dies q̄ ſuper omnibus aliis qui poſtea darentur niſi infra predictos quinq; dies poſt remitteretur petitio facta cōtra eos per agentem & ſi quis ciuis Alexand. dixerit ei quod ipſum ciuem condemnauerit vel bannerit iniuſte contra ius ſiue contra ſtatuta communis Alexandr. vel aliquid iniuſte habuerit vel acceperit & predicta cognoſci debeant per quattuor ſapiētes

Alex. quorum duo ſint iudices & alii Layci & vnum bonum notarium & legalē & ſi predictis quatuor fuerit ipſe poteſtas ſeu aliquis de ſua familia in aliquo de predictis cōdemnatus a maiori parte ipſorum quatuor verſus commune vel aliquā ſingularē Perſonam illud totum ſoluat in pecunia numerata anteq̄ recedat de Alex. & elligātur ipſi ſindicatores ſecunda die qua ſequens Poteſtas intrauerit regimen & ſecūdū voluntatem conſilii, & ipſa die preconizetur per ciuitatem & diſtrictum & ꝙ quilibet qui voluerit conſilii vel vult aliquid dicere contra poteſtatem vel familiam ſuā veniat coram ſindicatoribus & predicti quatuor cum notario debeant inquirere ſubtiliter & cognoſcere infra tp̄s predictum ſi ipſe poteſtas vel aliquis de ſua familia habuerit aliquid de auere cōis vel de auere alicuius loci ciuitatis Alex. vel māſionū vel eccleſiarum vel iuriſditionis Alexand. ſeu alicuius ſingularis perſone contra ius vel contra formā ſtatutorum & ſi quid contra formam ſtatutorū fecerit ipſe ſeu aliquis de familia ſua & quicquid ipſum vel aliquem de familia ſua fuerit iouentum per predictos quatuor & notarium habuiſſe occaſione predicta contra ius & formam ſtatutorum vel contra ſtatuta feciſſe vt ſupra reſtituere & ſoluere & penas in ſtatuto comp̄henſas teneatur & ꝙ predicti quatuor ſummarie poſſint & debeant ex officio inquirere cognoſcere & diffinire de oībus predictis infra predictum tp̄s ſindicatus ſub pena lib. xxv. pro quolibet predicto ſindicatorum pro quo remanſerit quin diffiniat vt ſupra Poſt vero dictum tempus nō poſſint cognoſcere diffinire nec terminare mō aliquo & ſi fecerint nō valeat ipſo iure. Sed ptā̄s teneatur ipſos preciſſe compellere diffinire & pronunciare infra predictum tp̄s nō obſtantibus aliquibus exceptionibus oppoſitis vel opponendis a ſn̄ia ſeu ſententiis pronunciatoribus vel preceptis predictorum quatuor nullo modo per ipſum ptātem vel aliquem alium valeat appellari. Et ꝙ aliquis de Alex. nō poſſit nec debeat eſſe procurator vel aduocatus alicuius ptātis vel iudicis qui eſſent in ſindicatu ſub pena & banno lib. xxv. pro qualibet vice. Quam penam poteſtas eis & cuilibet ipſorum aufferre teneatur. Et teneatur ſemper in quolibet cā poteſtas p̄ſens precedentem detinere & facere ſtare in Alex. cum ſua familia vt ſupra & ſindicatores elligere & omnia & ſingula que in hoc capitulo continentur obſeruar̄ & obſeruari facer̄. Que ſi nō fecerit poſſit & debeat ꝑ quolibet articulo omiſſo vel neglecto ſindicari in libris. cc. que ipſo iure ſint diminute de ſuo feudo & ſtando ad ipſum ſindicatū nemo poſſit nec debeat de Alex. vel diſtrictu comedere vel bibere cum ipſo vel eius familia ſub pena lib. x. quam penam poteſtas q̄ tunc erit teneatur aufferre contrafacienti & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatē banni & teneatur priuatus perpetuo capitulo poteſtas non poſſit abſolui per conſilium vel arengum vel alio modo. & ſi quis contra formam huius capituli concionatus fuerit ſit in banno. c. libr̄. & de conſilio expellatur per totum annum ſine tenore.

¶ De non refirmando Poteſtatem nec aliquem de ſua familia.

Item ſtatutum eſt quod poteſtas non debeat tempore ſequenti nec vllo modo ſub aliquo ingenio in poteſtatem ſeu rectorem vel alterius nomine tituli iterum elligi ſiue refirmari ſine tenore & ſi quis ſecundo receperit poteſtariam amittat de ſuo ſalario libr. c. & ille qui conſuluerit dictum poteſtatem deber̄ refirmari ſoluat pro banno libr. l. Item ſtatutum eſt de iudicibus & militibus & de quolibet de familia ſua quod non poſſint refirmari aliquo modo vel ſub aliquo ingenio & quod ipſe poteſtas nec aliquis de ſua familia non poſſit refirmari nec poni in aliquo officio vel baylia pro communi nec pro populo communis Alexā. & ſi poſitus eſt vel fuerit habeatur pro non poſito. & ſi aliqua ellectio facta eſt vel fuerit de ipſo vel de eis non valeat & ipſo iure ſit caſſa & ipſe & ipſi intelligantur eſſe remoti ab ipſo officio vel baylia ſine tenore.

Item ꝙ infra quindecim dies ab introitu mei regiminis ego poteſtas Alex. congregabo conſiliū generale & in ipſo conſilio legi faciam preſens ſtatutū quod loquitur de non refirmando poteſtatem ſeu vicarium nec aliquē de ſua familia, & alia duo huic preſenti capitulo precedentia & loquentia de ſindicatu ptātis & in ipſo conſilio faciam iurare omnes & ſingulos de ipſo conſilio & ſi quis ex ipſis de dicto conſilio & collegio iudicum deficeret & ancianos concitari faciam & iurare & omnes de collegio iudicum Alex. & Ancianos populi qui tunc fuerint ꝙ ſupradicta tria capitula obſeruentur prout litera iacet & ſonat ſub pena vicario lib. c. de ſuo ſalario diminuēda ſi ſupraſcripta omnia & ſingula non faceret plenarie obſeruari. Et hoc niſi dominus confirmauerit eum.

¶ Quod aliquis qui ſit poteſtas Alex. non poſſit eſſe capitaneus populi eodem anno.

Item ſtatutum eſt ꝙ nullus qui ſit poteſtas Alex. vel alius de familia ſua vel alius q̄ ſit de terra ipſius poteſtatis poſſit eſſe capit[illegible] populi Alexā. non poſſit reformari nec eſſe poteſtas alex. nec aliquis de palenthera vel familia ſua poſſit ipſo anno nec ſequenti eſſe poteſtas vel capitaneus populi Alex. preciſe & ſine tenore.

¶ De non mittendo literas poteſtati ellecto.

Item ſtatutū eſt ꝙ nullus de Alex. vel iuriſditiōe debeat mittere vel mādare aliquē nunciū inſtrumēta vel literas ſeu ambaſatā alicui qui ellectus ſit in ptāte Alex. publice vel priuati aliquo modo aliqua occaſione vel ingenio ꝙ excogitari poſſet exceptis illis nūciis miſſis per cōe Alex. ad illū qui eſſet ellectus in ptātem Alex. occaſione denūciandi poteſtariā & faciendi inde inſtrumētū & qui cōtrafecerit amittat pro banno lib. c. in denariis numeratis & ſi ſoluere nō poterit dictū bānū & capi poterit amputetur ei per a gamba penitus & hoc capitulū legatur in conſilio ꝙ fiet de elligendo ptātem & publicentur oīa predicta ꝑ ciuitatē per nunciū cōis ante ellectionem ipſius poteſtatis ipſa die qua fiet conſilium. & hec omnia attendantur ſine tenore.

¶ Quod poteſtas nō poſſit accipere pro ſuo ſalario aliquam pecuniam communis ab aliquo niſi a clauario communis.

Item ſtatutū eſt ꝙ ptās q̄ nunc eſt vel pro tp̄e fuerit vel aliquis de familia ſua non accipiat nec accipi faciat aliquā pecuniā cōis vel q̄ ꝓuentura ſit in cōe Alex. occaſione ſui ſalarii vel aliqua alia occaſiōe niſi illa prius pecunia fuerit recepta ꝑ clauariū & poſita in rōne clauarii & de ipſa pecunia fecerit cōfeſſionē q̄ ſit ſcripta in libro clauarie dicti clauarii nec etiā recipiat nec poſſit facere fieri ad equitañ alicui pſone niſi clauario dicti cōis & ſi cōtrafecerit perdat de ſuo ſalario pro qualibet vice libras centum que perueniat in cōe nec de predictis vel aliquo predictorū poſſit petere vel habere prouiſionē licentiā vel abſolutionem & ſi haberet ipſo iure nō valeat que oīa & ſingula attendantur & obſeruentur non obſtante ſtatuto vel decreto cōis vel populi Alex, facto vel quod fieret in contrarium preciſſe & ſine tenore. Quod capitulum legatur ad minus ſemel in menſe in conſilio publico vel priuato.

¶ Quod poteſtas non accipiat pecuniā ad vſuram ſuper cōe cauſa ſui ſalarii.

Item ſtatutum eſt ꝙ poteſtas vel aliquis de ſua familia non poſſit accipere vel facere accipi aliquam pecuniam ad vſuram vel ad aliquam baratam ſuper cōmune Alex, occaſione ſui ſalarii nec aliqua alia cauſa preciſſe & ſine tenore.

¶ Quod aliquis de familia poteſtatis cum aliquo de Alex.non manducet.

ITem ſtatutum eſt quod poteſtas vel aliquis de ſua familia non poſſit nec debeat comedere nec bibere in Alex.cum aliquo ciue nec aliquis ciuis Alex.cum eis excepto bicocherio communis & ipſe Poteſtas non poſſit habere aliquem in ſua familia qui ſit ciuis Alexan.

¶ De non dando comedere vel mutuo vel in credẽtia alicui de familia poteſtatis.

IN Primis ſtatuit & ordinat dñs poteſtas ꝙ aliquis in ciuitate Alexã. vel Bergolio non permittat aliquẽ de familia dñi Poteſtatis comedere vel bibere in domo ſua nec dare alicui de familia ſua aliquid in credẽtia vel mutuo ſine licentia domini poteſtatis vel eius iudicum vel militum.& qui contrafecerit puniatur pro quolibet & qualibet vice in ſolidos.xx.& de dato & mutuato non audiatur aliquo tẽpore & quilibet teneatur ſuo ſacramẽto contrafacientẽ denunciare,& medietas dicti banni ſit cõis.& alia accuſatoris ſeu denunciatoris & teneatur priuatus qui denũciauerit. Illud idẽ intelligatur in commodato & in quolibet alio contractu & ſi quis de familia poteſtatis comederit vel biberit contra formã p̄dictam ſoluat & ſindicari poſſit pro quolibet & qualibet vice in ſolidos.xx.ille de familia poteſtatis qui contrafecerit. Quod capitulum ptãs teneatur facere p̄conizari ꝑ ciuitatẽ in introitu ſui regiminis alioquin aliquis de Alex.vel diſtrictu ad penam dicti capituli nõ teneatur niſi poſt dictam preconizationem & ſeruiẽtes ſiue beruarii intelligantur de familia poteſtatis in hoc caſu & teneantur de predictis.

¶ Quod Poteſtas non teneat paleas vel fenum in palatio communis.

ITem ſtatutum eſt preciſſe & ſine tenore ꝙ ptãs ciuitatis Alex.vel eius iudices vel milites vel aliquis de ſua familia nõ debeat nec poſſit tenere nec ponere aliquam Paleã vel fenũ in palatio nouo nec veteri ciuitatis Alex niſi paleã q̄ neceſſaria fuerit in lectis ſuis vel in lectis illorũ de familia ſua & niſi tm̃ fenũ quantum neceſſariũ fuerit equis ſuis & beſtiis quos & q̄s habet vel habẽt in ciuitate Alex.ꝑ duos dies & ſi contrafecerit amittat de ſuo ſalario lib.   pro vnaquaq; vice & quilibet poſſit ei denunciare & exinde habeat medietatem dicte pene & hoc totum ſine tenore.

¶ Quod Iudex poteſtatis cognoſcat de cauſis que mouentur cõtra cõe Alex.

ITem ſtatutũ & ordinatum eſt ꝙ aliqua ꝑſona de Alex.vel diſtrictu vel aliũde non poſſit cõqueri de cõi ſeu de aliquo noĩe,cõis vel aliquis proceſſus fieri nõ poſſit cõtra cõe niſi ſub iudice ptãtis q ſedet ad blancũ dicti ptãtis niſi illa q̃ſtio vel ꝓceſſus q vel q̄ fieri debet eſſet cõe vel aliquis noĩe cõis prius examinati fuerint ꝑ Añz: populi vel aliquid inde fuerit & ſi cã mota fuerit cõtra cõe aliquẽ noĩe cõis ſeruato ꝑ ius p̄dicto modo ꝙ proceſſus factus in dicta cã in medio cauſe & antequã perueniatur ad ſñiam diffinitiuã nec ad dañ ſapiẽtes ſup illa q̃one dictus ꝓceſſus examinari debeat pro anzianos & ſi aliqd circa p̄dicta vel aliquod de p̄dictis factũ fuerit executioni mandari nõ valeat nec teneat ipſo iure q̄cq̄d factum fuerit nec executioni mandari debeat & p̄dicta omnia & ſingula attẽdere preciſſe & ſine tenore.

¶ Quod poteſtas audiat de iure quelibet petentẽ ius contra cõe Alexandrie.

ITem ſtatutum eſt ꝙ ſi aliqs de Alexan vel diſtrictu fuerit coram poteſtate dicendo ꝙ habeat aliquod ius contra cõe Alexand.vel in aliqua re ſiue bonis que vel quã teneat commune Alex. teneant poteſtas & capitaneus populi audire ipſum de iure: & videre iura ſibi oſtenſa per eum & inde iudicare & per ſentẽtiam declarare, & attendere,& attendi facere illud quod iuſtum eſſe videbunt tam pro communi quam contra commune.

¶ Quod Poteſtas faciat vnicuique rationem.

ITem ꝙ poteſtas teneatur ſine tenore vnicuique tam vniuerſitati collegio quam perſone ſingulari plenam facere rationem & expeditam de omni eo quod ab eo pecierit & de omni querimonia que erit depoſita coram ipſo pretore.& deffendere & manutenere quem libet ciuem & diſtrictualem Alexand. in iure ſuo intus ciuitatem & extra preterquam in cauſis pecuniariis & in hiis omnibus que ſpectant ad conſules iuſtitie.

¶ De ratione cuilibet reddenda ⁊ de dandis iudicibus ciuibus Alexandrie.

ITem ſtatutum eſt ꝙ poteſtas & ſui iudices & milites teneantur preciſſe & ſine tenore facere per ſe & ſuam familiam cuilibet perſone plenam & integram rõnem de omni eo & toto eo quod ad ipſius officium ſpectat & dare ſapientes iudices de Alexã. in quolibet facto & negocio ſemper & quotiens petentur p̄terquam in conſiliis conſiliorum aperiendis & publicãdis quia etiã ſi opponeret̃ conſiliũ nõ debere aperiri & ſup hoc cognitor peteretur dari non debeat ſed ipſum conſilium aperiatur ſub pena libr.xxv.pro qualibet vice qua denunciatum vel petitum fuerit ꝑ aliquem ipſi poteſtati vel aliquibus eorũ iudicibus vel militibus que pena ſi predicta non obſeruauerit perueniat in commune & in ratione ſui ſalarii computetur per clauarium cõis exceptis caſibus maleficiorũ in quibus nõ teneatur nec debeat dare ſapientes in diffinitiua ſñia.Sed in incidẽtibus & emergentibus ante diffinitiuã ſñiam teneatur dare ſapiẽtes cuilibet petenti ſub predicta pena.& in cauſis poſſeſſionum occupatarum ſeu fractarum in quibus etiã teneatur dare ſapientes tam in principali quã incidentibus & emergentibus ſub dicta pena. Eo ſaluo ꝙ in diffinitiuis fiat cognitio ſecundum ꝙ in capitulo continetur quod eſt ſub Rubrica ꝙ nemo poſſit appellare a ſententiis latis a poteſtate vel iudicibus ſuis exceptis caſibus & penis impoſitis & ordinatis contra extrahẽtes blauã & occaſione blaue & exceptis aliis factis que faceret voluntate conſilii generalis vel maioris partis & hoc ſtatutum & ea que continentur in eo teneatur poteſtas attendere & obſeruare & attendi & obſeruari facere nullo ſtatuto capitulo & ordinamento facto vel quod fieri poſſet in contrarium obuiante & ſi quod ſtatutum capitulum vel ordinamentum factum eſt ſeu fieret quod in aliquo obuiaret illud ſit caſſum & iſtud in ſuo robore perſeueret. Idem intelligatur in conſulibus iuſtitie & iudicibus tolte & ferratie & ſi predicta contenta in dicto capitulo nõ fuerint obſeruata proceſſus vel ſententia aliter factus vel facta ſeu lata non valeat ipſo iure.

ITem ſtatutũ eſt quod quilibet qui denunciabit vel denunciacionẽ facere voluerit aliquã contra commune vel que tangeret vel tangere poſſet vel videretur poſſe tangere commune Alex.illam facere debeat domino poteſtati in preſentia Ancianorum populi vel duarum partium ipſorum ad minus & quod infra tertiam diem denunciator teneatur & debeat cauſam perfectam de ipſa denunciatione dare & ponere penes notarios campanilis & ſi predicta in omnibus & ſingulis non eſſent pleniſſime in omnibus obſeruata denunciatio que fieret ipſo iure non valeat nec teneat & ſit ipſo iure irrita & nullius valoris & in nihilum occaſione dicte denunciationis commune teneatur & predicta omnia & ſingula attendere preciſſe & ſine tenore.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОН… ім. І. І. МЕЧНИКОВА

❡ Quod potestas non vocet aliquem proditorem.

ITem statutum est ꝙ neq; potestas vel iudices siue milites eius nec aliqs de sua familia debeat dicere alicui ciui nec ipsum appellare proditorem falsum vel periuriū quod si fecerit & pro ipsis dictis seu verbis vel appellatione responderit ille ciuis in aliquo potestati seu iudicibus vel militibus suis vel alicui de familia sua ipse ciuis nō possit nec debeat inde aliquā penā pati vel damnum aliquod sustinere neq; ei inferr̄ aliquid grauaminis vel iacture in persona nec in rebus nullo capitulo seu statuto vel ordinamento huic obuiante nisi prius foret repertum ipsum ciuem esse proditorem falsum vel periurium sine tenore.

❡ Quod potestas non possit petere parabolam de aliquo capitulo.

ITem statutum est ꝙ potestas nō possit petere parabolam per se nec per alium nec absolutionē de aliquo capitulo quod sit in statuto ciuitatis Alex. nisi prius lecto capitulo vel capitulis de quo vel de quibus vult absolui & causa posita fuerit in consilio quare vult absolui si ꝓbauerit & tūc si placuerit consilio absoluatur & hoc intelligatur de capitulis que nō sunt sine tenore nullo modo possit absolui per cōsiliū vel arēgum nec aliquo alio mō sub aliquo ingenio vel sine tenore & si de aliquo capitulo quod sit sine tenore receperit vel petierit absolutionem siue peti vel recipi fecerit vel aliquid aliud faceret vel si eius faceret aliquo modo vel aliquo ingenio p ꝙ posset habere ipse vel eius familia arbitrium vltra ea que in capitulis continentur & super hoc condemnationē aliquā faceret vel bannū daret ipso iure bannū & condemnatio sit cassum & cassa & amittat de suo salario lib. cc. pro qualibet vice & absolutio sit cassa & inutilis & arbitrium ꝙ sibi concederetur ipso iure nō valeat & sit cassum & irritum & nullius valoris & ꝓ casso & irrito habeatur ac si nō fuisset cōcessum & si qs cōsiliauerit vel arengauerit de danda ipsa absolutiōe det pro banno libr. l. & expellatur de consilio & tunc vsq; ad quinq; ānos. & hoc capitulū legatur infra mensem postquā iurauerit & hec omnia & singula suprascripta teneatur dictus potestas attēdere & obseruare sine tenore. Eo tñ saluo ꝙ hoc capitulum nō habeat locum super facto blaue & ludi. nec super exercitibus & caualcatis nec super guardia ciuitatis & districtus.

❡ De Sacramento iudicis iustitie.

EGO iudex & consul iustitie iuro ad sancta dei euangelia ꝙ bona fide & sine fraude remoto odio & amore & proficuo speciali & damno meo & alterius faciam iustitiam omnibus conquerentibus coram me & de quibuslibet cāis pecuniariis cōis q ante me venerint secūdum leges & statuta & vsum in ciuitate Alex. approbatum & in causis consuetum & ipsas causas diffinian quam citius potero bona fide & maxime infra tempora que in statutis continentur & semper ero pñs quando notarii iustitie facient rationem de iudicaturis recipiendis ad officium iustitie.

Item veniā & curabo & stabo singulis diebus qbus ius reddit ad iustitiā faciendā bis in in quolibet die a mane vsque ad tertiā & post nonā vsq; ad vesperas. Exceptis i diebus Ieiunii in qbus veniā semel scilicet a mane vsq; ad meridiē & excepto in diebus festiuis & tēpore feriarū in quibus nō teneor venire nisi secūdū ꝙ in capitulo cōis cōtinetur.

Item ꝙ accipiā iudicaturā secundū ꝙ in capitulo cōis cōtinetur & spāliter nō accipiā partē de cōsiliaturis causarū q̄ fuerint ante me & me cōsule existente. Saluo eo ꝙ si exiuero ciuitatē causa mei officii ꝙ possim accipere cōgruas expēsas a partibus. Si aūt ꝑ ciuitatē extra brolitū occasiōe mei officii ad petitionē alicuius iuero possim petere & habere vsq; in solidos duos tantū ab illo ad cuius petitionē iuero. Itē nō pernoctabo extra ciuitatem nisi vna nocte nisi in diebus festiuis sine licentia potestatis.

Item non excusabo aliquem a banno aliquo nec excusari permittam in quo debeat

iuste poni. Sed ipsum poni faciam & scribi in banno secundum statuta ciuitatis & hec
oia teneantur attendere & obseruare vt supra secundū ꝙ in statuto cōis continetur.
Item nō permittam ꝙ meus notarius iustitie capiat vel capi faciat maiorem solutio
nem quā in statuto continetur quod sic incipit.
Item statutum est ꝙ scribe qui fuerint ad iustitiam &c. & ipsum accusabo potestati
toticns quotiens contra predicta videro & sciuero ipsum contrafacientem.

❡ Sacramentum notariorum Iustitie.

EGO notarius Iustitie iuro ad sancta dei euāgelia ꝙ bona fide & sine fraude remo
to odio, amore spāli, & ꝓficuo nrō spāli & alterius faciā & exercebo in oibus &
singulis q̄ ptinēt ad officiū notarii iustitie & legā oēs iudicaturas solutas & nō solutas
quas scripsero & noia illorū q eas soluerint & qui nō soluerint, & bāna data illis q nō
venerint ad iustitiā in cōtione publica vel in cōsilio secūdū formā infrascripti capituli
Item in singulis diebus veniā & stabo ad iustitiā vt supra cōtinetur i sacramēto iudicis
Iustitie nec īde me separabo sine parabola iudicis mei nec ēt pnoctabo extra Ciuitatē.
Item ꝙ scribam statim lite contestata oēs iudicaturas & exigā bōa fide p me vel so-
cium meū de causis que erunt coram consule iustitie & de ipsis tam de exactis q̄m nō
exactis rationē reddā rōnatoribus & ꝓcuratoribus cōis secūdū ꝙ inde fuero requisitus.
Item banna que pertinent ad iustitiam scribam nec inde aliquē excusabo & ea banna
in scriptis dabo & consignabo cōi Alex. nec aliquē extraham de banno postquā scri-
ptus fuerit in banno sine precepto illius iudicis sub quo bannum datum fuerit.
Item statutū est ꝙ notarii iustitie teneantur sacramēto legere oibus diebus mensibus
in consilio vel concione oēs illos qui nō soluerint iudicaturas corā consulibus iustitie
& qui non soluerint bāna data illis q non venerint ad iustitiam corā cōsulibus & ipsis
lectis potestas dari faciat notariis campanilis qui dictas iudicaturas scribi faciat per se
in vno libro quas non solutas notariis, executores bannorum excutere teneantur
sicut alia banna.
Item scribam omnia precepta facta ab ipso iudice & securitates & singula que mihi
precipiet dictus Iudex.
Item scribam positiones confessiones & accusationes instrumenta & alias scripturas
& omnia & singula que mihi precipiet dictus Iudex.
Item non ponam in aliquo instrumento extimi occasione expensarū quas acceperint
extimatores pro extimo faciendo plusquam ipsis extimatoribus concessum est ipsos
posse accipere pro extimo & prouia secundum ꝙ in eorum sacramento cōtinetur.
Item ꝙ nō accipiam seruitium nec aliquid aliud occasione mei officii nisi id quod
concessum est mihi accipere pro meo salario vel pro meo officio & expensas con-
gruas a partibus si contingerit me exire ciuitatem occasione mei officii & hec oia
& singula attendam & obseruabo & oia alia que in capitulo continetur.
Item nō scribā aliquā condēnationē alicuius debiti de quo sit instrumentum quin
in ipsa cōdemnatiōe ponam millesimum, ipsius instrumenti & noia illorum qui in
dicto instrumēto sunt obligati & nomen notarii & debiti quantitatem Item quod
scribam in libro oēs condemnatiōes quas faciam cuiuscunque fuerint quantitatis.

❡ Sacramentum notariorum Sigilli.

EGO notarius Sigilli Iuro ad sancta dei euāgelia ꝙ bona fide & sine fraude faciā
& exercebo officiū meū & oia & singula q̄ ad officium sigilli pertinēt remoto
odio amore & timore & ꝓficuo meo spāli & alterius Itē veniā & stabo singulis die-
bus ad hospitiū ptātis horis cōsuetis bis in die & semp quotiēscūq; mihi ꝑceptū fue
rit a ptāte vel eius iudicibus siue eorū nuntiis stabo & ibo cū eis & sine eis secūdū ꝙ
eis placuerit nec inde me remouebo sine ipsorū vel alicuius ipsorū parabola nec

etiā pernoctabo extra ciuitatē ſine parabola ptātis vel iudicū ſuorū Itē attendā & obſeruabo oīa & ſingula q̄ in p̄dictis oibus& ſingulis capitulis cōtinent̄ de ſacramēto notariorū iuſtitie & oīa & ſingula inſtrumenta & oīa que in ſtatutis cōis continentur.

¶ Sacramentum extimatorum maleguidatorum.

EGO extimator maleguidatorum iuro ad ſancta dei euāgelia quod bona fide & ſine fraude faciam & exercebo officium meū & omnia & ſingula que ad officiū extimarie ptinēt remoto odio & amore,& timore & dāpno & proficuo meo ſpeciali & alterius & extimabo quancunque rem per ſe ſine tenore.& ꝗ ipſi extimatores accipiant & accipere poſſint pro ſalario ipſius extimi denarios quatuor terdoñ.pro qualibet libra tantum ſi extimum fuerit vſq; in libris cētum & a libris centum infra & ſi a libris centū vſq; in libris ducētis denarios tres tantum & abinde ſupra denarios duos tantū quātuucunque quantitatis dictū extimum aſcenderit.Cuius quantitatis quarta pars perueniat & peruenire debeat in cōmune.Item ꝗ non faciam poni in inſtrumēto extimi occaſione expēſarum quas accipiam pro extimo faciendo pluſquam mihi conceſſum eſt accipere pro extimo & pro via & hec oīa attendam & obſeruabo & omnia que in ſtatuto communis continentur.

¶ Sacramentum notariorum teſtium.

EGO notarius teſtium iuro ad ſancta dei euangelia ꝗ bona fide & ſine fraude remoto odio amore timore proficuo damno meo ſpeciali & alterius faciam & exercebo officium meū & omnia & ſingula que ad officium teſtiū pertinēt. Itē veniā & ſtabo ad palacium vbi teſtes conſueuerunt recipi vel alibi vbi fuerit ordinatum & ſingulis diebus bis in quolibet die horis conſuetis ſecundum ꝗ ſupra continentur in ſacramento iudicis iuſtitie necinde me ſeparabo donec iudices iuſtitie ſteterint ſine licentia poteſtatis vel ſuorum iudicum vel iudicis iuſtitie nec etiam pernoctabo extra ciuitatem ſine parabola poteſtatis vel ſuorum iudicum.

Item non recipiam teſtes ſolus ſine vno ex meis ſociis & ꝗ interrogabo teſtes diligenter ſuper capitulis de omnibus queſtionibus que mihi date fuerint a parte contra quā teſtes producti fuerint & ſi mille queſtiones mihi date fuerint faciam queſtiones ſecundum quod bona fide & ſine fraude videbuntur faciende.

Item ſcribam per ſeriem dictum & reſponſionem cuiuſlibet teſtis preſente ipſo teſte nec ſcribam ꝗ teſtis dixerit ſolummodo idem quod talis & ipſum dictum ipſi teſti anteequam ſe remoueat totum legam.

Item non accipiam per me nec pro alium occaſione mei officii ſub aliquo ingenio ꝗ excogitari poſſet aliquid niſi id tantum quod mihi conceſſum a poteſtate vel a cōſilio fuerit vel per ſtatuta cōis & ſecreta tenebo dicta teſtiū donec fuerint publicata et hec omnia attendere tenear vt ſupra & omnia que in ſtatutis communis continentur.

¶ De Sacramento officialium communis attendendo.

ITem ſtatutum eſt ꝗ omnes & ſinguli officiales cōis debeant obſeruare ſtatuta oīa & ſingula ad eorum officiū pertinentia & ſecundum ꝗ in ſuo ſacramēto cōtinebitur & quilibet ex predictis officialibus qui contrafecerit in aliquo predictorum ſoluat pro banno quilibet et qualibet vice ſecundum ꝗ in capitulis communis continetur.

¶ De officialibus eligendis ⁊ quomodo elegi debeant.

ITem ſtatutum eſt pro vtilitate communis Alex.ꝗ omnes officiales cōis Alexan. qui pro communi Alex.ad aliquod officium eligentur eligi debeant in conſilio

generali

generali ad breuia ſiue ad ſortes tantum & aliquo alio modo,exceptis ambaſatoribus & eorum notariis qui elligantur ſecundum quod placuerit conſilio & exceptis illis de quibus eſſet capitulum ſpeciale & exceptis notariis campanilis & exceptis religioſis qui ad aliqua officia voluntate conſilii eligentur qui poſſint elligi & debeant pro prepoſitum humiliatorum & exceptis officialibus gabelle ſalis qui eligantur & durent ſecundum quod in inſtrumento obligationis ipſius gabelle facte tempore dn̄s Simonis de nazano poteſtatis Alexā.pro ſoluendis debitis quibus obligata eſt eis pro communi Alexan.& non poſſint impediri per poteſtatem nec per alium quin ea ſoluant de redditibus gabelle vt in dicto inſtrumento obligationis continetur.Et exceptis aliis officialibus qui eliguntur ad colligendum redditus communis qui poſſint elligi per illos emptores ſecundum ꝗ in inſtrumento ſue emptionis continetur & quilibet notarius qui fuerit ellectus ad aliquod officium communis teneatur & debeat ipſum officium officiare & exercere per ſe ſine aliquo adiuncto tantum vel aſſociato vel ſubſtituto.Et ſi nollet vel neſciret officiari.vel exercere illud officium alius elligatur in conſilio generali ad breuia loco ipſius qui ipſum officium ſciat & velit officiare per ſe & exercere & ellectio facta de illo qui nolet vel non poſſet vel neſciret officiare per ſe ſit ipſo iure caſſa & nullius valoris.Ita quod nullus poſſit officiare vel exercere aliquod officium niſi perſonaliter ſit ellectus ad ipſum officium per commune vel habentem licentiam vel bayliam elligendi & quod poteſtas nō poſſit nec debeat ad conſilium ponere de aliquo officiali addendo & ſubſtituendo loco alicuius & predicta attendere ſine tenore & ſi poteſtas predictum capitulum non obſeruauerit & ea que continentur in eo amittat de ſuo ſalario libras.xxv.pro qualibet vice & nihilominus dictum capitulum attendatur a quibus libris.xxv.commune ſit abſolutum.additum eſt in ſupraſto capitulo voluntate ancianorum populi.

¶ Anciani populi ⁊ anciani notariorum.

ITem ſtatutum eſt pro vtilitate communis ꝗ omnes officiales communis Alexā. &c.videlicet ꝗ anciani populi & anciani notariorum habeant bayliam prouidēdi ſuper predicto capitulo in totum & in parte & quicquid eis videbitur pro meliori vtilitate communis & quicquid prouiderint poteſtas & eius familia teneatur & debeat attendere & obſeruare preciſſe & ſine tenore.

¶ De non elligendo aliquem ad aliquod officium niſi prius ei fuerit feudum conſtitutum.

ITem ſtatutum eſt ꝗ aliquis non debeat elligi ad aliquod officium ordinatum vel extraordinatum de quo debeat remunerari niſi prius fuerit ordinatum feudum ſiue ſalarium & ſi aliter electus fuerit ellectio non valeat.

¶ De non babendo niſi vnum officium ſimul ⁊ ſemel.

ITem ſtatutum eſt ꝗ aliquis non poſſit habere niſi vnum officium pro communi ſeu bayliam ſimul & ſi poteſtas permitteret aliquem officiari per ſe vel per alium niſi vnum officium ſimul amittat de ſuo ſalario lib.x.pro quolibet officiali qui officiaret vltra vnum officium ſimul per ſe vel per alium que pena locum habeat ſi hoc denunciatū fuerit poteſtati & nihilominus poteſtas & iudices ſui teneantur & debeāt inquirere & examinare officiales qui elligentur.

¶ Quod aliquis qui non ſoluit fodrum babeat officium pro communi.

Item ſtatutum eſt ꝙ aliquis qui non ſit ciuis Alex. nec ſoluat fodrum pro cõmuni Alex. non poſſit nec debeat habere aliquod officium pro cõi niſi eſſet ſaltarius.

¶ De electione notariorum ſigilli ⁊ iuſtitie.

Item ſtatutum eſt quod octo ſcribe ſtent ad iuſtitiam & q̃tuor ad ſigillum & teneãtur predicti notarii iuſtitie exemplare propria manu omnes res mobiles & immobiles datas in ſolutum per extimatores alicui pro aliquo debito in vno libro quem eis det notarius campanilis & qui ſemper ſtet ita ꝙ quilibet poſſit de ipſo habere copiam ad voluntatem ipſorum & hec infra tertiam diem poſtquam inſtrumentum fecerit de predictis & annum & diem dicte dationis & nomen tabellionis qui inſtrumentum fecit & hoc ſine tenore.

¶ De notariis teſtium eligendis ⁊ de eorum ſolutione.

Item ſtatutum eſt ꝙ quatuor notarii eligantur ad teſtes recipiendos vnus quorũ ſemper ſcribat dicta teſtium ſine tenore & alius interroget qui notarii habeant de quolibet teſte pro receptura tantum ſolidos quinq; & pro exemplatura ſolidos tres & tantum plus & minus quantum videbitur iudici poteſtatis vel iudici iuſtitie inſpecta qualitate facti & ſcripture de queſtionibus & capitulis nihil habeant nec pro interrogationibus faciendis nec ꝑ aliqua alia cauſa vel ab aliqua partiũ vel ab aliquo pro eis accipiant vel accipere poſſint niſi tantum denarios vii vt ſupra legitur & ſi contrafecerit in aliquo poteſtas teneatur eis aufferre ſolidos.xx. & reſtituere id quod plus acceperint & de officio expellantur ita ꝙ in perpetuũ non poſſint eſſe de conſilio nec habere aliquod officium pro cõi Et ſi quis denunciauerit poteſtati aliquem de predictis notariis teſtium contrafacientem & repertus fuerit habeat medietatẽ banni & priuatus teneatur in perpetuum & ſemper ſint duo qui dicta teſtium recipiant ad minus. Item ꝙ predicti notarii non debeant comedere nec bibere cum aliqua partiũ donec erunt in predicto officio & eorum officium duret per quatuor menſes vt ſupra.

¶ De notariis ferratie eligendis.

Item ſtatutum eſt ꝙ ad officiũ ferratie ſiue maſſarie de guaſtis ſint quatuor notarii ſcilicet vnus de quolibet quarterio.

¶ Quod clauarius cõis poſſit facere ſolutionem pro notariis pro eorum ſalario.

Item ſtatutum eſt & ordinatum ꝙ clauarius cõis Alex pñs & futurus ſa poſſit & ei liceat ſoluere & ſolutionem facere notario cuilibet Alex. qui debeat recipere a cõi Alex. pro ſuo ſalario cũ prouiſione notariorũ campanilis & ꝙ rationatores communis teneantur & debeant ponere in rationibus cõis Alex. totũ id quod reperiretur clauarium dediſſe & ſoluiſſe predictis notariis pro eorũ ſalariis cum podere predictorũ notariorum cãpanilis vt ſupra nõ obſtante aliquo ſtatuto ſeu ordinamẽto & reformatione vel prouiſione communis vel populi in contrarium loquentibus.

¶ De notariis literarum elligendis.

Item ſtatutũ eſt ꝙ ad lr̃as & cõſilia debeãt elligi duo notarii q debeãt tenere libros cõſiliariorũ publicorũ & priuatorũ & ſigillũ cõis in vno ſcrineo ꝑ ſe tm̃. Ita ꝙ nullus poſſit vel videre debeat in ipſis libris ſine licẽtia poteſtatis & hoc totum attendit nullo capitulo contradicẽte ſine tenore. Et ptãs teneatur & debeat ponere ſeu poni

facere in conſilio generali duo breuia quando officiales elliguntur in quibus ſit ſcriptum vt ſupra notarius literarum & conſilii que breuia dentur in conſilio generali ſicut alia breuia communis officialium & illi duo teneantur iurare in ipſo cõſilio elligere incontinẽti ipſos notarios bonos & legales ſicut elliguntur alii notarii ſiue officiales qui notarii ſic ellecti ſint & eſſe debeant tales qui bene ſciant ſcribere & bene dictare & ipſos notarios ſic ellectos antequam iurent officium poteſtas cum ſuis iudicibus teneatur & debeat examinare ſi ydonei ſunt ad dictum officium faciendum & ſi bene ſciant ſcribere & bene dictare vt ſupra. Et ſi eos ſic ellectos non eſſe idoneos reperierint non valeat ellectio ipſo iure & qui eos ellegerint amittant pro banno ſolidos.lx. pro quolibet electore in denariis numeratis. Et notarius qui receperit officium & non fuerit idoneus amittat ſolidos.lx. in denariis numeratis & nihilominus de dicto officio expellatur & alius elligatur ſecundum predictã formam. ¶ Qui notarii ſi fuerint reperti idonei vt ſupra faciant ſuum officium ſcilicet ſcribant cõſilia publica & priuata & literas cõis. & inſtrumẽta venditionũ a cõi factarum. ¶ Et alia que pertinẽt ad ipſum & de ipſis literis inſtrumẽtis & ſcripturis que & quas faciẽt in dicto officio accipiant ſecundum ꝙ conueniens erit & viſum fuerit ptãti vel iudici inſpecta qualitate ſcripture & facti de quo ipſa ſcriptura fiat & ipſi notarii teneant ſigillũ cõis & oẽs libros conſiliariorũ in vno ſcrineo per ſe tantum. Qui notarii prima die poſt finitum officium ipſum teneantur & debeant conſignare oẽs libros conſiliariorũ ſui temporis publicorum & priuatorum notariis campanilis ſub pena librarum. x. pro quolibet ipſorum & ſolidos.x. pro omni die quo ſteterit vltra predictam diem ꝙ non conſignauerit predictos libros. Idem obſeruetur & locum habeat in aliis officialibus cõis de oĩbus libris & ſcripturis factis per eos in eorum officio. A communi nihil accipere poſſint niſi de inſtrumẽtis pertinentibus ad commune de quibus ſatis fiat eis arbitrio poteſtatis & Ancianorum ſcilicet vſque in ſolidos.xx. terdoñ. & non vltra. Illud idem obſeruetur & fiat in omnibus aliis officialibus communis videlicet ꝙ electores teneantur iurare de elligendo bonum & idoneum & qui ſciat competenter legere & competenter ſcribere & alia facere que ad officium ad quod fuerit ellectus pertineat ellecto & predictum capitulum teneatur poteſtas facere legi in conſilio quando officiales elliguntur. Et hoc capitulum teneatur poteſtas attendere & obſeruare preciſſe & ſine tenore.

¶ De notariis campanilis.

Item ſtatutum eſt ꝙ notarii campanilis qui ſupererint ad cuſtodiendum libros & ſcripturas communis teneantur & debeant deffendere & manutenere iura cõmunis & intereſſe omnibus rationibus que fient per clauarium ſeu per alium nõie cõis & ipſas rationes ſcribere & non recipere nec facere ſeu ſcribere aliquam compenſationem: ſeu permitti facere fieri niſi ſecundum ꝙ fieri poteſt & debet ſecundum formã ſtatutorũ communis Alex. Que ſtatuta compenſationum teneantur habere penes ſe exemplata & ſi preceptum eis fieret per poteſtatem vel aliquem de familia ipſius. Seu per aliquem nuncium precepto alicuius eorum ſub pena in banno lib.l. pro quolibet ipſorum & qualibet vice quam penã poteſtas illius temporis eis & cuilibet eorũ aufferre teneatur quod ſi non faceret ſequens poteſtas dictam penam exigere teneatur ſine tenore.

Item quod predicti notarii ſeu aliter eorum interſint omnibus contractibus & venditionibus que fient per commune ſiue per conſilium generale & in vno libro communis quem ad hoc ſpecialiter faciant ſcribant annum & diem & terminum & pacta & nomina contrahentium & quantitates & totum contractum de verbo ad verbum. Et quando predicta fieri debebunt poteſtas teneatur facere intereſſe predictos notarios vel vnum ex eis quando predicti contractus fierent & contractus aliter factus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. МЕЧНИКОВА

cōtra cōe vel conſiliū non valeat in fauorem ipſorum contrahentiū cōtra cōe. Sed in fauorem communis valeat. Quod capitulū valeat & poteſtas teneatur facere legi in conſilio quod faceret de predictis contractibus vel venditionibus.

Item quod quando notarii conſtituti ad excutiendum banna & condemnationes ſeu ad excutiendum fodra & talias dacitas ſeu collectas vel aliquas alias impoſitiones factas pro communi faciant rationem de excuſsis & receptis & infraſcriptis nomina illorum a quibus receperint ſeu excuſerint & quicquid & quantum & pro qua cauſa ſecundum quod ipſi excuſſores facere tenentur ex forma ſtatuti loquentis de excutientibus banna & condemnationes &c. Qui predicti notarii campanilis teneantur & debeant ipſos omnes a quibus excuſerint aptare & aptari facere in ſuis libris campanilis & ſcribere id quod ſoluerint & cui & ipſos cancellare ſi totum ſoluerint & predicta faciant ſine aliqua ſolutione & ſi predicta non obſeruauerint dent & ſoluant pro quolibet & qualibet vice ſolidos .lx.

Item quod predicti notarii habere debeant & teneantur vnum librum in quo ſcribāt totum receptum clauarii ſeriatim tam de bannis condemnationibus & fodris quam de aliis quibuſcunque receptis pro communi ſcribendo nomen ſoluentis & quantitatem eius quod ſoluetur & cauſam quare ſoluetur & diem in quo ſoluetur & ponendo id quod ſoluetur ante quartū per ſe & quod ſoluetur cū quarto per ſe nec poſſint nec debeant aliquam condemnationem vel bannum cancellare niſi prius ſcripſerint ſolutionem ipſius in dicto libro ad quem librum ratio clauarii fieri debeat de ſuo recepto. Qui clauarius teneatur ſimiliter dictum receptum ſimiliter facere ſcribi in dicto libro per ipſos notarios infra tertiam diem poſtquā receperit ſub pena que in ſtatuto loquente de clauario continetur.

Item quod predicti notarii teneantur cuſtodire & ſaluare omnes ſcripturas inſtrumenta & res communis que ad manus eorum ꝑuenerint & facere omnia & ſingula ad eorum officia pertinentia.

Item quod predicti notarii teneantur & debeant more ſolitio exemplare & in vno libro ponere omnes condemnationes factas in quolibet regimine & de omnibus dacitis fodris & collectis impoſitis ſiue imponendis tempore cuiuſlibet regiminis durante eorum officiis. Item & de factis rationibus clauarii & aliorum officialium communis & ſi repertum fuerit aliquem ipſorum officialium aliquid debere reſtituere communi teneantur predicti notarii campanilis nomina illorum qui reſtituere debebunt & quantitatem eius quod reſtituere debebunt dare in ſcriptis domino poteſtati vel eius iudici & ei denunciare infra tertium diem poſt rationem factā quod excuciant id quod debet reſtitui communi. Que omnia & ſingula ſupraſcripta predicti notarii & quilibet eorum teneantur & debeant iurare attendere & obſeruare & non contrauenire & facere & exercere continue dictum officium legaliter & bona fide pro vtilitate communis. Et habeant & habere debeant a communi pro ſuo ſalario quilibet eorum libras .xxxvi. & hoc capitulum teneantur predicti notarii habere & tenere penes ſe & exemplatum in campanili. Quod capitulum poteſtas & eius iudices teneantur facere attendi & obſeruari & omnia que in ipſo capitulo continentur preciſſe & ſine tenore.

¶ De Notariis victualium elligendis.

ITem ſtatutum eſt quod elligantur quatuor notarii ad faciendum breuia videlicet vnus pro quolibet quarterio qui nihil accipiant a ciuibus de predictis breuibus faciendis nec alia de cauſa & ſi a predictis ciuibus Alexandri. aliquid accipiet amittat quilibet pro banno pro qualibet vice ſolidos .xx. medietas cuius banni ſit accuſatoris & alia medietas ſit communis pro brazatis aratorum accipiāt & accipere poſſint tantum denarios .iiii. terdoñ. pro quolibet modio & nihil vltra ſine tenore aliquo

modo. Et quilibet ſcriba predictorum ſemper & ſtet in ciuitate videlicet in palatio communis & habeat quilibet ipſorum notariorū ſolidos .lx. pro quolibet pro ſuo ſalario quatuor menſium ſi placuerit conſilio & hoc totum ſine tenore.

¶ De Notariis incendiorum eligendis.

ITem ſtatutum eſt quod duo notarii boni & legales elligantur per poteſtatem in conſilio ad breuia ſicut elliguntur alii officiales qui debeant recipere omnes denunciaſ illorum quibus incendia ſiue damna aliqua data fuerint ſiue facta & illorum qui & recipere teſtes & damna ipſorum & facere ſententias & inſtrumenta ſententiarum quos probationes & teſtes recipere debeant ſemper in preſentia vnius iudicum poteſtatis ad hec conſtituti per commune.

¶ De Notariis excucientibus banna & condemnationes eligendis.

ITem ſtatutum eſt quod quatuor boni Notarii & legales elligantur ad excutieñ. banna & condemnationes & habeant denarios .xii. pro qualibet libra eius quod collegerint & excuſſerint tantum de illis bannis & condemnationibus que in quantitate fuerint & ſi predicti notarii iuerint per ciuitatem cum iudice vel milite ad excutiendum banna non poſſint vel debeant accipere ab aliqua perſona aliquid pro expēſis niſi tantum denarios duos terdoñ. pro quolibet dante pignus pro banno quidenarii duo dentur portatori pignoris & pro ſaltario denarius vnus. Si vero iuerint extra ciuitatem per caſalia vel villas ad excutiendum predicta banna tunc habeāt pro expenſis notariorum ſaltariorum & portatorum pignoris & omnibus aliis auariis ſiue ſumptibus ſolidos duos tantum pro qualibet libra quam excuſſerint & abinde ſupra & infra pro rata de eo quod excuſſerint & ſi contra predicta aliquid facerent vel acciperent ſoluant pro banno quilibet eorum quod contra faceret pro quolibet a quo vltra predicta acciperent ſolidos .xx. & quod plus acciperet illi a quo acceperint reſtituere compellantur. Idem obſeruetur in omnibus officialibus excutientibus fodra vetera ſeu talias communis & ſi poteſtas vel eius iudices vel milites acceperint aliquem bannitum vel condemnatum ſine fauore & auxilio ipſorum notariorū & bannum excuſſerint ab ipſo condemnato vel bannito nihil habeant de ipſa condemnatione vel banno excuſſo & fauor & auxilium tantum intelligatur ſemper in quocunque caſu ſi ipſi notarii ceperint ipſum bannitum vel condemnatum vel cum poteſtate vel cum eius familia interfuerint ad capiendum & captus tūc fuerit vel ipſi fuerint ad domum banniti vel condemnati ad ipſum pignorandum & duret eorum officiū per quatuor menſes ſine tenore.

¶ De Notariis maleficiorum elligendis.

ITem ſtatutum eſt quod quatuor breuia fiant & ſit ſic ſcriptum notarius maleficiorum que breuia dentur in cōſilio generali ſicut alia breuia officialium communis & illi quatuor qui habuerint dicta breuia elligant quatuor notarios duos de populo & duos de communi ſcilicet vnum de quolibet quarterio bonos & legales qui quatuor electores in ipſo conſilio iurent eligere dictos notarios bonos & idoneos & legales qui notarii ſcribant & recipiant accuſationes & denūtiationes & inquiſitiones maleficiorum & teſtimonia & banna ſcribant & legant & ellapſo termino banna debeant dare exemplata notariis campanilis & ſtent predicti notarii per quatuor menſes ad officium. Qui notarii accipere poſſint de ſecuritatibus & aliis ſcripturis quas facient ſolutionem ſecundum quod ordinatam eſt in ſtatuto communis de notariis ſigilli & iuſtitie. & ſi contrafecerint dent pro banno ſolidos .xx. pro quolibet & pro qualibet vice & ciiciatur de officio & alia attẽdantur contra eos que in aliis capitulis continentur de puniendo eos qui delinquerint in officiis & libros ipſorũ maleficiorũ & ixarum & teſtium & bannorum debeant tenere in vno ſcrineo per ſe tantum. Ita ꝙ nullus poſſit vel debeat in ipſis videre ſine licentia poteſtatis vel iudicis & hoc totũ capitulum attẽdatur ſine tenore. Saluo eo ꝙ ſi aliquis produxerit teſtes pro ſe ad ſui deffenſionem qui non intelligãtur teſtes recepti per officium iudicis poſſint dicti notarii accipere pro quolibet teſte ſolidos duos & plus inſpecta qualitate facti & negocii arbitrio iudicis officio preſidentis & recipiant omnes ſecuritates que fiẽt occaſione maleficiorum & rixarum & accipiant tantum ſolidos duos pro quolibet qui fecerit ſecuritatem ſingulariter & ſi fuerint plures tribus ſupra qui communiter ſecuritatẽ faciant accipiant tãtum ſolidus vnum pro quolibet & pro ipſa ſecuritate & ſi aliquis ſindicus ſeu procurator alicuius ville caſalis vel loci nomine ipſius vniuerſitatis vel loci fecerit ſecuritatem coram domino poteſtate vel iudice maleficiorum ſeu aliquo ex ſuis iudicibus vel militibus accipiant notarii de illa ſecuritate a maioribus locis vbi habitant vltra centum homines vſque in ſolidos.x.& non vltra & a minoribus vſq; in ſolidos.v.& non vltra de accuſatione ſeu denunciatione ſeu de titulo inquiſitionis accipiant a ſingulari perſona ſolidus vnum pro quolibet dicto & a cõmunitate loci ſolidos duos & pro qualibet ſcripturarum predictarum & qui cõtrafecerit amittat & condemnetur in ſolidos.c.& reſtituat id quod plus receperit & poteſtas & iudices eius teneantur predicta & ſingula facere attendi & obſeruari cum effectu ſub pena librarum.x.pro qualibet vice preciſſe & ſine tenore.

¶ De Notario populi eligendo ⁊ eius ſalario.

Item ſtatutum eſt ꝙ populus habeat & habeř debeat vel poſſit duos notarios officium quorum non eſtendatur niſi per quatuor ad voluntatẽ populi expenſis cõis Alex.& ꝙ poteſtas teneatur & debeat ipſis notariis ſoluere de toto eo quod habuerit occaſione ſui officii autequam ipſe notarius exeat de officio notarie populi videlicet libras.x.de quatuor in quatuor menſibus & plus & minus ſecundum quod ſteterit in ipſo officio ſi placuerit conſilio ſine tenore.

¶ De militibus iuſtitie elligendis.

Item ſtatutum eſt quod poteſtas teneatur elligi facere ad breuia ſicut & quãdo alii officiales elliguntur in conſilio generali quatuor bonos & legales viros ſcilicet vnum de quolibet quarterio qui debeant ſtare iuxta iudices iuſtitie & dare bona debitorum in ſolutum creditoribus & omnia facere que facere cõſueuerũt p̃dicti extimatores & elligantur qñ predicti iudices iuſtitie elliguntur & ſtent tãto tp̃e quãto ſtabũt predicti iudices & teneantur ſtare ad iuſtitiam tm̃ quantum p̃dicti iudices ſine tenore.

¶ Quod vnus iudex elligatur qui preſit cambiis concedendis ad orphanos.

Item ſtatutum eſt ꝙ elligatur vnus iudex in conſilio gñali qñ alii officiales elligũtur qui preſit cambiis concedendis per cõe Alex.& adiuuet orphanos & perſonas miſerabiles & prouideatur ipſi iudici de ſalario ſecundum quod placuerit conſilio.

¶ Quod poteſtas teneatur fieri facere ſolutionem officialibus.

Item ſtatutum eſt ꝙ poteſtas quilibet Alexã. teneatur preciſſe & ſine tenore facere plenã & integram ſolutionem in denariis numeratis oĩbus & ſingulis officialibus cõis & populi Alex.tam notariis q̃ quibuſcunq; aliis qui habuerint officia ſuo tp̃e de toto eo quod habere debebunt pro ſuis ſalariis antequã exeant de ſuis officiis. Quod ſi nõ fecerit amittat de ſuo proprio libras centum in quibus poſſit ſindicari a quolibet officiali cui non feciſſet ſolutionem vt ſupra ad quas petendas quilibet officialis cui non fuiſſet facta ſolutio habeat actionem & petere & exigere poſſit perinde ac ſi dictam pecuniam ei mutuaſſet ita ꝙ medietas perueniat in ipſum officialem & alia medietas in cõe de quo capitulo non poſſit abſolui nec abſolutionem recipere p̃ conſilium generale vel populi nec per Ancianos nec per aliquam prouiſionẽ nec aliquo modo & ſi conceſſa eſſet abſolutio non valeat nec teneat ipſo iure.& predicta teneatur poteſtas attendere preciſſe & ſine tenore non obſtante aliquo capitulo ſeu reformatione communis vel populi in contrarium obuiantibus.

¶ De ſolutione Notariorum iuſtitie capienda.

Item ſtatutum eſt ꝙ notarii qui fuerint ad iuſtitiam accipiãt ſolidos duos terdoñ. tantũ de inſtrumẽto poſſeſſionis & totidem de inſtrumẽto corporalis poſſeſſionis & de condemnatioñ.denario quatuor p̃p̃.& de exemplatura inſtrumenti ſolidos duos & de inſtrumento procure ſiue tutelle & cure ſolidos duos tantum de inſtrumento inuentarii ſolidos quinque & plus arbitrio conſulis iuſtitie inſpecta qualitate facti & negocii de ſententia ſi fuerit de libris decem & infra ſolidos duos ſi fuerit a libris decem ſupra vſq; in lib.xl.accipiat ſolidos quinq; tantum & a lib.xl.ſuperius quantuncunque fuerit ſolidos decem & de cartis extimi ſolidos quinque & crida & de poſitione denarios duos & de actione denarios duos de terminis denarios ſex de proteſtatione denarios.xii.& totidem pro exemplatura & plus inſpecta qualitate facti & negocii arbitrio conſulis iuſtitie & de inſtrumentis dationis in ſolutum aliter quam per extimatores accipiant ſecundum ꝙ dictum eſt de inſtrumentis ſententiarum & ſi contrafecerint ſoluat quilibet pro banno ſolidos.xx.& id quod plus acceperit in duplũ reſtituat nec amodo in illo conſulatu poſſit eſſe in eodem officio & ſi quis denunciauerit poteſtati aliquem de predictis notariis contra predicta feciſſe & repertum fuerit habeat medietatem banni & credatur denuncianti.

¶ De ſolutione Notariorum ſigilli ⁊ aliorum officialium capienda.

Item ſtatutum eſt quod quilibet notarius ſigilli accipiat de inſtrumẽtis & ſententiis & poſitionibus & aliis ſcripturis tantũ vel tot quantum vel quot debet accipere notarius iuſtitie & de aliis vero non noĩatis videlicet de inſtrumentis ſecuritatẽ accipiant tantum denař.xii.ſi inſtrumentum ſecuritatis fuerit de libris.xxv.vel infra ſi vero fuerit de lib.xxv.ſupra cuiuſcunque ſit quantitatis accipiant ſolidos duos & non plus. Et hoc capitulnm locum habeat in omnibus notariis qui habebũt aliquod officium pro communi vt tantundem accipiant & non plus de inſtrumentis & ſcripturis quas facient occaſione ſui officii quantum ordinatum eſt in hoc capitulo ſuperiori & ſi quis contrafecerit ſoluat quilibet & qualibet vice pro banno ſolidos.xx.& id plus quod acceperit in duplum reſtituat nec amodo in illa poteſtaria poſſit habere illud officium & ſi quis denunciauerit poteſtati aliquem de predictis contrafacientem predicta & repertum fuetit habeat medietatem banni.

¶ De Perficiendo inſtrumenta a notariis.

Item ſtatutum eſt quod oẽs notarii Alex.& diſtrictus teneant̃ cõplere oĩa inſtrumẽta q̃ fecerint ſiue imbreuiauerint infra quindecim dies poſtq̃ aliq̃s ei denũciauerit vel dixerit ꝙ debeãt facere & cõplere dicẽdo notario ſi tu nũ feceris inſtrumẽtũ meũ ego ero cõqueſtus p̃tãti vel iudicibus p̃tãtis ſiue conſulibus & ſi ad dictum terminum inſtrumentũ non fecerit poteſtas teneatur ei aufferre ſulidos quinq; pro qualibet vice ſi de inſtrumento notario fuerit ſolutum & quilibet qui fecerit perfici aliquod inſtrumentum compellatur inde facere ſolutionem notario infra tertiam diẽ & quicunq; notarii qui facient vel fecerunt aliqua inſtrumẽta cõi Alex. de aliquibus pactis vel cõtractibus teneantur infra dies decẽ poſtquam eis fuerit dictum vel denunciatũ vel preceptum a poteſtate vel iudice vel milite ſuo dediſſe ipſa inſtrumenta perfecta penes notarios campanilis habendo a cõi pro ſua ſolutione de quolibet inſtrumẽto ſolidos. xx. terdoñ. quos poteſtas teneatur eis dare & ſoluere de auere communis infra dictũ tempus datis inſtrumentis penes notarios campanillis ſaluo quod inſtrumentis ſindicatus communis nihil habere debeant a communi.

¶ Quod officiales veniant ad palacium horis conſuetis.

Item ſtatutum eſt ꝙ oẽs officiales cõis tam illi qui preſunt iuſtitie reddende quam condemnationibus & bannis recuperandis & alii oẽs officiales cõis & etiã ſaltarii & tubatores quolibet die in mane ad ſonũ campane palacii que pulſatur pro officialibus veniant ad palacium ad eorum officia exercenda & ſtent & ſtare debeãt ibi vſq; ad horam tertie & tunc pulſata tertia debeant ſeparare ſe nec inde diſcedere ante tertiam ſine licentia poteſtatis. Illud idem teneantur & debeant facere poſt nonam qñ pulſatur dicta campana ſcilicet ꝙ veniant & ſtent quouſque pulſabitur campana ad veſperas ad maiorem eccleſiam & aliter non debeant recedere de bancho ſine licentia dñi poteſtatis ante veſperas vel ſine licentia iudicis vel militis & qui contrafecerit ſoluat quilibet & qualibet vice ſolidos quinq; & plus minus ad voluntatem domini poteſtatis exceptis ſaltariis & tubatoribus qui ſoluant tantum denarios. xii. que pene ſint in denariis numeratis.

¶ De officialibus ⁊ notariis communis qui accipere non debeant ab aliqua perſona in officio communis pluſquam in ſtatutis communis continetur.

Item ſtatutum eſt ꝙ ſi aliqui notarii & officiales cõis acceperint ab aliqua perſona aliquam pecunie quantitatem in aliquo officio communis pluſquam in ſtatutis cõis continetur ſoluant pro banno libr. x. pro qualibet vice & ptás & eius iudices teneantur ad predicta facienda obſeruari vinculo ſacramenti & ad reſtitutionem pluris nihilominus officiales teneantur & hec ſine tenore. Ita ꝙ ſemp in introitu officii ipſorum iudices teneantur & debeãt admonere ꝑ ſcripturã publicã ſuos officiales ne contra predicta aliquid faciant & niſi admonuerint ipſi iudices teneant ponere & ſoluere cõi de eorum ſalario pro quolibet lib. xxv. de quibus nullatenus poſsint abſolui.

¶ De officiali inuento in fraudem puniendo.

Item ſtatutũ eſt ꝙ quicunq; officialis qui inuentus fuerit in fraudem in officio ſuo det pro banno lib. xxv. in denariis numeratis ſine aliqua cõpenſatione & ſi nõ ſoluerit ſit in banno de maleficio de quo nõ exeat niſi ſoluto banno & reſtituto damno cõi & ei cui fecerit dictũ damnum in duplum & publicetur in concione & nullo tempore habeat officium in cõi & ſi denunciatũ fuerit ptáti aliquem feciſſe fraudẽ in officio ſuo teneatur ptás inquirere & cognoſcere quam ſubtilius poterit infra menſem a die denunciationis & ſi in fraudem eum inuenerit puniatur vt ſupra & ſi dictum bannum ſoluere non poterit perdat membrum vnum & ſi poteſtas predicta non obſeruauerit amittat de ſuo ſalario lib. l. a quibus commune ſit penitus abſolutum.

¶ De officialibus ſindicandis.

Item ſtatutũ eſt ꝙ ptás teneatur preciſſe & ſine tenore facere ſindicari diligenter & inquiri toto tpe ſui regiminis ſicut melius poterit oẽs officiales cõis Alex. qui habuerint vel habebũt aliquod officiũ ꝓ cõi vel a cõi Alex. qualecũq; ſit vel fuerit illud officiũ ꝙ habuerit vel habebit aliquis ciuis Ale. & hoc finito officio ipſorũ officialiũ vel cuiuſcũq; officialis ſtatim poſtq̃ exierint de officio. Quam ſindicaturã & inquiſitionẽ facere debeat ptás cum illis qui cũ eo ad ſindicandũ & inquirendũ p̄dictos officiales ellecti fuerint & dictã ſindicaturã & inquiſitionem facere poſsint cõtra dictos officiales prout melius & ſubtilius poterit fieri ad vtilitatem tam ciuium q̃ cõis Alex. & ſecundũ ꝙ per eos inuentũ fuerit contra quemlibet officialem attendatur & obſeruetur per cõe Alex. & ptás attendi & obſeruari faciat ſine tenore & ille officialis ſeu officiales qui in fraudem inuenti fuerint & fraudẽ in ſuo officio cõmiſerint & ſtatuta ciuitatis Alex. ad eorũ officia pertinentia non ſeruaſſent puniantur ſecundum ꝙ in ſtatutis cõis continetur & damnum leſo reſtituatur & ſi cõe fraudauerint in duplum reſtituere cõi teneatur & capitulũ attẽdatur ſine tenore & hoc capitulũ locũ habeat tam in fratribus de penitentia q̃ in aliis officialibus & iſtud capitulũ teneatur poteſtas facere legi in quolibet conſilio quod fiet pro officialibus eligendis ſine tenore. Quod capitulũ ſi non obſeruauerit ptás in totum vel in parte amittat de ſuo feudo lib. centum que ſibi relaxari concedi vel remitti vel per conſiliũ vel arengum vel aliquem alium modum nõ poſsint ſine tenore. ¶ Eodem modo ptás teneatur ſindicare & ſindicari facere oẽs collectores fodrorum incendiorũ & bannorum & condemnationũ & aliarũ impoſitionum cõis & oẽs alios officiales cõis Alexã. qui fuerint ad aliquod officiũ conſtituti pro cõi Alex. qui oẽs officiales ſindicentur & ſindicari debeant per quatuor ſapientes qui quatuor per poteſtatẽ & anzianos qui tunc fuerint elligantur. Ita ꝙ non poſsint elligere aliquem de Agnationibus ipſorũ q̃ ellectio valeat nõ obſtãte capitulo de officialibus ad breuia elligendis & habeant predicti quatuor & notarii medietatẽ totius fraudis q̃ inuenerint eos cõmiſiſſe in officiis ſuis & medietatẽ oĩum bannorũ que in ipſis dabuntur & condemnationum que de ipſis fient ſine tenore.

¶ Quod nullus poſſit officiari niſi pro ſuo Quarterio.

Item ſtatutum & ordinatũ eſt quod nullus poſsit officiari aliquod officium pro cõi vel populo niſi pro ſuo quarterio pro quo habet officia & in quo habet regiſtrum ipſe vel pater eius & ꝙ aliquis qui officiauerint aliquod officium datum ad breuia in conſilio per quatuor menſes non poſsit illud officium idem officiari ꝑ alios quatuor menſes ſequentes per ſe vel alium & ꝙ illi qui ellecti fuerint ad aliquod officium non poſsint aſſociare aliquem ad illud officium ꝗ officiet ſecũ. Sed loco ſui bene poſsint ponere dum tñ non fuerit ad illud officium ante & dum tamen ſubſtitutus ſit de quarterio ſubſtituentis ſaluo ꝙ ſi aliquis officiaſſet aliquod officium per quatuor menſes & poſtea fuerit ellectus ad dictum officium quod ad dictum officium poſsit alium ſubſtituere loco ſui per alios quatuor menſes ſequentes ſi fuerit de dicto quarterio.

¶ De officialibus mutandis.

Item ſtatutum eſt quod omnes officiales mutentur de quatuor in quatuor menſibus ſine tenore exceptis notariis campanilis quorum officium duret quouſq; placuerit conſilio & excepto ꝙ ſi aliquis elligetur iudex iuſtitie qui nolit eſſe vel non poſſet eſſe ad dictum officium tũc quilibet alius de collegio iudicũ qui velit eſſe ad ipſum officium elligatur qui placuerit ellecto.

¶ Quod clerici non habeant officium pro communi.

Item ſtatutum eſt ꝙ nullus clericus ſecularis de Ale. vel diſtrictu poſſit vel debeat habere nec accipere nec officiari vel elligi per ſe vel per alium ad aliquod officiū cōis. nec per cōe Alex. ꝙ ſi fecerit amittat fructus & godias ſue prebende ſiue prebēdatiā illius anni qui oēs fructus & godie debeāt cōuerti cōſilio & volūtate dn̄i Archidiaconi Alex. in vtilitate illius ſiue eccleſiarū cuius vel quarum fuerit clericus nec etiā ſit de conſilio cōis Alex. & ptās teneatur preciſſe & ſine tenore predicta attendere & obſeruare & attendi & obſeruari facere & etiā ipſum clericū nullo modo habere nec tenere pro officiali cōis ſed ipſum ab omni officio cōis ad ꝙ elligeretꝛ vel ellectus eſſet remouere teneatur & debeat & predicta omnia ſtatuta & ordinamenta ad ipſius domini Archidiaconi Alex. & inſtantiam facta ſunt.

¶ De libris officialibus faciendis.

Item ſtatutū eſt ꝙ clauarius debeat facere fieri expenſis cōis oēs libros officialibus cōis & papirrū & ceram eiſdem debeat diſpēſare vel diſpenſari facere & ſi aliquis officialis vel aliter libros papirrum vel ceram acceperit clauarius ſoluere non teneatꝛ & poteſtas teneatur hec attendere & attendi facere ſine tenore.

¶ Quod omnes libri ⁊ ſcripture communis dentur notariis campanilis.

Item ſtatutum eſt ꝙ libri & ſcripture cōis dentur ad cuſtodiendum notariis cāpanilis donec conſilio placuerit qui debeant cuſtodire ipſos & ipſas ſaluare.

¶ Quod poteſtas teneatur conſignare libros ⁊ res communis clauario ſiue notariis campanilis.

Item ſtatutum eſt ꝙ ptās & iudices & milites & ſua familia teneantur & debeāt cōſignare clauario cōis alex. vel notariis campanilis oīa ſtatuta & oēs libros pertinentes & pertinēctia cōi Alex. q ſunt & fuerūt penes eos & in cuſtodia ipſorum & oēs res q̄ ſunt in domo cōis & oēs claues ipſius domus & portarum ciuitatis Alex. ꝑ vnū diem antequam exeant de regimine ciuitatis Alex. preciſſe & ſine tenore.

¶ Qnod poteſtas compellat notarios ⁊ officiales communis quod dent libros communis notariis campanilis.

Item ſtatutum eſt ꝙ ptās & eius iudices & milites teneantur compellere notarios & alios officiales cōis Alex ponere & conſignare penes notarios campanilis oēs libros inſtrumēta & ſcripturas quas ipſi notarii & officiales habēt ſeu habuerint pertinentes cōi Alex. ſemper finito officio notarii & officialis videlicet ipſo die quo notarii ipſi ſeu officiales exibunt de ſuo officio & ſi nō fecerit amittat ptās de ſuo ſalario libr. xxv. & notarius ſeu officialis qui non poſuerit & conſignauerit predictos libros & ſcripturas penes dictos notarios campanilis vt ſupra puniatur in ſolidos. c. preciſſe & ſine tenore.

¶ De bicbucberio elligendo ⁊ de eius officio.

Item ſtatutum eſt quod vnus bonus homo & legalis
& habere debeant pro ſuo ſalario libr. xii. ſi placuerit conſilio ſecundum quod habere conſueuit cuſtos bichoche & habeat medietatem predictorum denariorum infra duos menſes poſtquā intrauerit & aliam medietatem infra ſex menſes. Et poteſtas teneatur & debeat ipſum paſcere

cum familia ſua qui homo elligatur in primo conſilio in quo elligentur officiales cōmunis infraſcripto modo videlicet quod fiat vnum breue in quo ſit ſcriptū ellector cuſtodis bichoche & ille qui habuerit dictum breue teneatur & debeat ſuo ſacramento elligere illum quem crediderit meliorem & vtiliorem ad ipſum officium & ille q electus fuerit vt ſupra ſtet ſuper bichocham & habeat que ſuperius continentur & ſi ille cuſtos bichoche eſt vel erit vno anno de cōi ſequenti ſit de populo & ecōuerſo.
Item quod. d. vicarius clauarius Anziani rationatores & maſſarii teneantur attendere & obſeruare omnes prouiſiones factas. d. Nicolino canefro & pro factis ipſius & q̄ ipſum. d. Nicolinum tangunt que omnia cum effectu facere teneantur nullo ſtatuto obſtante.

¶ De clauario communis ⁊ eius ſacramento.

EGO clauarius iuro ad ſancta dei euangelia quod bona fide & ſine fraude remoto odio amore & timore & damno & proficuo meo & ſpeciali & alterius faciam & exercebo officium meum & omnia & ſingula que ad officium meum clauarie pertinent nec furtum nec fraudem faciam in ipſo officio nec facienti nec facere volenti conſentiam & bona fide dabo conſilium poteſtati pro hiis que petierit a me conſilium ſibi dari & ſecreta mihi iniuncta ſiue tenenda ſecreta tenebo que iurare non teneatur ſi fuerit frater religioſus. Promittere teneatur tantum ſub fide & veritate ſue religionis.

¶ Quod clauarius non accipiat aliquid niſi quod conceſſum ſibi fuerit pro ſuo ſalario.

Item quod non accipiam aliquid per me nec per aliquam perſonā ſub aliquo ingenio quod excogitari poſſit occaſione mei officii a communi nec ab aliqua perſona niſi id quod mihi conceſſum eſt pro meo ſalario a communi.

¶ De ratione clauarii pedagii ⁊ maſſariorum molendinorum facienda.

Item ſtatutum eſt quod poteſtas teueatur & debeat compellere clauarium pedagerios maſſarios molendinorū & quoſlibet alios qui receperint vel recipient aliquid pro communi facere rationem tam de receptis quam de expenſis ſingulis duobus menſibus bona fide & ſine fraude in preſentia poteſtatis vel vnius ex ſuis iudicibus vel militibus & quatuor ſapientum ad hoc ellectorum qua facta poteſtas teneatur eā legi facere ſingulis duobus menſibus in conſilio de denarꝛ. in denarꝛ. & predicti quatuor elligantur in conſilio ad breuia quorum quatuor medietas ſit de populo & alia medietas de communi ſine tenore.

¶ Quod clauarius communis Alexan. ſit ⁊ eſſe debeat de ordine humiliatorū ⁊ de ellectione ipſius.

Item ſtatutū eſt ꝙ clauarius cōis Alex. ſit & eſſe debeat humiliatus de ordine humiliatorū q clauarius elligatꝛ p ꝑpoſitū humiliatorū & ſtet in ipſo officio tm̄ quātum alii officiales Ale. & ſemp mutetꝛ qn̄ alii officiales mutanꝛ ita tm̄ ꝙ ſemp debeat
eſſe de illis fratribus q morantur in domibus & ſciat ſcribere & per ſe ſcribat omnes
rationes ſuas vel notarium habeat ſecundum voluntatem conſilii generalis. Qui notarius elligatur ſecundum quod alii elliguntur notarii maleficiorū & mutetur ſemp
quando alii officiales cōmunis & nullus alius poſſit dictū officiū exercere & elligantꝛ
ſemp vt ſupra. Qui clauarius recipiat & in eū ꝓueniat oīs pecunia cōis & q̄ in cōe pue
nire debet aliquo modo vel cāu. & oēs redditus & ꝓuentus cōis & faciat vnū librū de

receptis in quo nihil ſcribat pro recepto niſi id quod receperit & per ipſum clauarium fiant omnes expenſe communis ita quod non poſſit aliquid ſcribere in expenſis niſi illud quod expenderit & de expenſis faciat vnum librum & aliquis officialis pedagerius vel alia perſona ad cuius manus pecunia communis ſeu que communis eſſe debeat & perueniat non poſſit nec debeat modo aliquo vel ingenio expendere aliquid pro communi nec de auere communis. Sed illud totum conſignet & conſignare teneatur in manibus clauarii & ſi aliquis officialis ſeu aliqua alia perſona expendiderit aliquid de auere communis quocunque modo vel cãu. & excepto dicto clauario non ponatur modo aliquo in rationem per notarios campanilis vel rationatores communis ſed non obſtantibus expenſis predictis totum teneatur clauario conſignare & teneatur dictus clauarius & debeat ſtare arbitrio poteſtatis ſicut alii officiales communis ad campanile ſeu palacium communis pro ipſo officio exercendo & ibi ad dictum campanile habeat ſcrineum in quo teneat libros. Que omnia & ſingula predictus poteſtas teneatur & debeat adimplere & ad impleri debeat facere cum effectu nullo ſtatuto predictis obuiante que ſi non obſeruauerit amittat de ſuo ſalario libras centum que perueniant in commune ita quod commune ipſo iure de predictis libris centum ſit abſolutum. Quod capitulum & ea que continentur in eo locum non habeant in matolta ſaleria pedagiis & aliis redditibus communis obligatis ſeu alienatis per conſilium Alex. que illi quibus dicti redditus ſaleria & matolta ſunt obligati & obligate habeant omni modo ſecundum quod continetur in inſtrumentis que habent de ipſis obligationibus & quicquid inde percipietur ponatur in rationibus predictis licet non peruenerint ad manus clauarii quouſque fuerit ei ſatisfactum. Et hoc capitulum factum fuit Milleſimo ducenteſſimo quinquageſſimo ſexto inditiõe nona per Anzianos & ſocietates & habeat dictus clauarius pro ſuo ſalario de auere cõmunis quolibet die denarios. xxiiii. ſi placuerit conſilio.

ET ſi de predictis humiliatis dictus clauarius haberi non poterit teneatur poteſtas ellectionem ipſius clauarii facere ſecundum voluntatem conſilii generalis dummodo eius officium non duret niſi tantum per quatuor menſes ſed mutetur de 4. in quatuor menſibus Qui clauarius omnia predicta & ſingula que continentur in dicto ſtatuto teneatur & debeat attendere & obſeruare ſuo ſacramento.

¶ De Pecunia communi conſignanda per iudicem ⁊ officiales.

ITem ſtatutum eſt quod quilibet iudex miles & notarius & quilibet alius exactor pecunie communis & quilibet officialis ipſorum & communis teneatur & debeat dare & conſignare clauario communis Alexandri, incontinenti ſcilicet infra tres dies totam pecuniam quam exigerit. Nec aliquo modo poſſit ipſam peccuniam nec partem ipſius pecunie alii dare conſignare ſoluere vel in ſolutum dare compenſare vel excuſare precepto poteſtatis vel iudicis vel aliquo alio modo & ſi contrafecerit det & ſoluat pro qualibet vice libras decem & inſuper notarius qui contrafecerit expellatur de officio non obſtantibus aliquibus capitulis & hoc totum ſine tenore.

¶ Quod omnes pecunie communis expendantur per clauarium communis.

ITem ſtatutum eſt ꝙ omnis pecunia communis & que perueniet in commune ſiue peruenire debeat omnino perueniat & peruenire debeat in manus & fortia clauarii communis & quod poſſit per ipſum expendi in negotiis & vtilitate cõmunis precepto poteſtatis & anzianorũ in ſolidos. lx. pro ſpiis & nunciis mittẽdis & aliis nũtiis cõis vltra vero non poſſint expendi ſine voluntate conſilii & ptãtis non poſſit dictũ

clauarium prohibere predictam pecuniã habere nec vllo modo poſſit ipſe poteſtas nec aliquis de ſua familia ipſam pecuniam deponere ſiue deponi facere ad aliquod tabulum ſiue cambium nec penes campſores nec penes aliquam perſonam & ſi contra fecerit amittat poteſtas de ſuo ſalario libras centum & quilibet alius de ſua familia libras. xxv. pro qualibet vice de quibus poſſit ab omnibus ſindicari. Et hoc totũ ſine tenore quod capitulum legatur omni menſe in conſilio publico vel priuato.

¶ De pecunia communis per officiales non recipienda.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt quod dominus poteſtas Alexand. ſiue iudex ipſius qui preeſt officio camere communis teneatur & debeat admonere omnes & ſingulos officiales communis deputatos ſiue deputandos ad excutiendum auere communis & eiſdem precipere quod ipſi vel aliquis ipſorum non debeant vel preſumant recipere ab aliqua perſona ſeu vniuerſitate aliquam pecunie quantitatem que peruenire debeat & que perueniat & ſoluatur communi Alexã. aliqua occaſione ſeu pignora aliqua que pignorentur pro communi & ſi aliquis ipſorum officialium aliquã pecuniam vel aliquod pignus receperit aliqua occaſiõe ſeu aliquo modo ab aliqua perſona vel vniuerſitate vt ſupra poſt denunciationem admonitionem & preceptum factum eidem per dictum. d. poteſtatem vel iudicem condemnetur per ipſum. D. poteſtatem vel iudicem pro qualibet vice & quolibet contrafaciente in libr. xxv. in denariis numeratis ſtatuto ſeu reformatione aut conſuetudine aliquibus non obſtantibus ſaluo quod ſi dictus iudex camere vel milites poteſtatis vel alius de familia poteſtatis iret per ciuitatem vel diſtrictum Alexand. excutiendo cum ipſis notariis vel aliquo ipſorum auere communis tunc poſſint impune recipere pecuniam vel pignora que excucientur & capientur per ipſam familiam dum tamen ipſa die in ciuitate fuerint vel ſequenti ſiue ſecunda qua redierint in ciuitate ſi in diſtrictu excuſſerint clauario communis Alexandri nomine dicti communis reſtituant & conſignent. Et hoc preciſſe & ſine tenore. & predicta admonitio & pena ſcribatur in actis communis.

¶ De ſcribendo receptum in libro Clauarii.

ITem ſtatutum eſt quod clauarius communis poſtquam receperit aliquam pecuniam communis poſt receptionem ipſius teneatur & debeat infra tertiam diem illud receptum facere ſcribi in libro in quo ſcribi debet receptum clauarii qui eſſe debet penes notarios campanilis faciendo ſcribi nomen ſoluentis & quantitatem eius quod ſoluetur & cauſam quare ſoluetur & diem in quo ſoluetur & id quod ſoluetur ante quartum per ſe & quid ſoluetur cum quarto per ſe. Ita quod ad ipſum librum campanilis fiat ratio de recepto ipſius clauarii. Et clauarius ſi predicta non obſeruauerit intelligatur commiſiſſe fraudem in ſuo officio. & puniatur ſecundum formam precedentis capituli & pecuniam quam non feciſſet ſcribi in duplum communi reſtituere teneatur & ſi clauarius receperit aliquam ſolutionem de aliquibus condemnationibus vel bannis qui ſolui debeant in denariis numeratis in totum vel in partem non poſſit nec debeat poſtea ipſos denarios alicui debenti recipere a communi ſoluere vel reſtituere in fraudem alicuius compenſationis faciende ſub aliquo ingenio. & ſi de hoc fieret aliquod preceptum ei per poteſtatem vel aliquem de familia ſua non valeat nec teneat nec illud obſeruare teneatur nec inde aliquam penam ſubſtineat. & ſi rationatores communis hoc ſcire poſſunt teneantur id quod ſoluerit non ponere in expenſis ipſius clauarii & non poſſit dictus clauarius aliquid ſoluere ſeu expendere pro communi exceptis nuntiis & ſpiis niſi ſecundum formam precedentis capituli.

❡ De clauario pūniendo ſi in fraudem repertus fuerit.

ITem ſtatutum eſt ꝙ ſi clauarius in fraudem repertus fuerit det pro banno libras quinquaginta pro vnaquaque vice & reſtituat furtum ſiue damnum quod fecerit communi vel illi cui fecerit in duplum & rempueatur ab officio & publicetur in cōtione & nullo tempore habeat officium in communi & non poſſit emere clauarius per ſe vel per alium aliquam rem que vendatur pro communi & ſi contrafecerit det pro banno libras decem.

❡ De clauario non albergando cum poteſtate.

ITem ſtatutum eſt ꝙ ſi clauarius vel aliquis notarius iuerit in exercitum vel caualcatam vel ambaſatam extra ciuitatem Alex. non debeat nec poſſit albergare nec ſtare cum poteſtate Alex. aliquo modo ſed per ſe ſtare & albergare debeat in alio hoſpitio vel albergaria ſine tenore. Et qui contrafecerit ſoluat quilibet & qualibet vice ſolidos .lx.

❡ Quod clauarius non babeat ſoldum ſtando in exercitu.

ITem ſtatutum eſt ꝙ clauarius eundo & ſtando in exercitu vel caualcata ſolidos non habeat nec habere poſſit a communi ſine tenore.

❡ Quod non expendatur pecunia communis niſi per clauarium communis.

ITem ſtatutum eſt quod nulle expenſe vel aliqua datio ſeu ſolutio fiant nec fieri poſſint per aliquem vel aliquos niſi per illum qui eſt vel fuerit clauarius communis & qui contrafecerit amittat ſolidos centum pro qualibet vice qua contrafecerit. quam penam teneatur ei poteſtas aufferre in denariis numeratis & ſi aliter factum fuerit dictus clauarius non ponat nec poni faciat illud quod expenſum fuerit ſolutum ſeu datum in ratione communis Alexandri. Et attendatur illud capitulum ſine tenore.

❡ De capiendo illum qui clauario fecerit ſecuritatem.

ITem ſtatutum eſt quod poteſtas teneatur perſonaliter capere & detinere illum qui ſecuritatem fecerit clauario vel communi & omnes ſuos manuleuatores & ipſos captos detinere ſibi & ſicut ipſe clauarius voluerit & ad ipſius voluntatem donec ſatisfecerit ipſi clauario vel communi id totum in quo ille qui fecerit ſecuritatem fuerit condemnatus & hoc ſine tenore. Et hoc capitulum locum habeat in clauariis preſentibus preteritis & futuris ſi fuerit poteſtati manifeſtum & hoc ſine tenore.

❡ De ellectione duorum bominum facienda qui denuncient bomines male fame.

ITem ſtatutum eſt ꝙ ptās infra mēſem vnū poſtq̄ intrauerit regimē ciuitatis Alex. debeat facere elligi in qualibet rugata duos bonos hoīes & legales qui per totum annum referāt illos quos crediderit eſſe male fame & ab illis quos dixerint eſſe male fame poteſtas teneatur accipere bonam ſecuritatem de offenſione aliqua non facienda in Alexan. vel in iuriſditione & ſint priuati illi duo ellecti & hoc idem faciat in caſalibus & villis per duos homines villarum ſiue caſſalium ſine tenore.

❡ De guardiis pro meretricibus fugandis elligendis.

ITem ſtatutum eſt ꝙ poteſtas teneat infra .xv. dies poſtq̄ intrauerit regimē elligi facere quatuor guardias qui debeant & teneant omni ſero in nocte ire & in circuitu maioris eccleſie & expellere oēs meretrices q̄ faciant adulteria aliqua ſubtus domos q̄ ſunt in circuitu dicte eccleſie maioris nec etiā in ipſa platea in ſero & q cōtrafecerit det pro bāno ſolidos .x. cuius banni medietas ſit accuſatoris & alia medietas ſit cōis & ille q repertus fuerit cū muliere ſit in bāno ſolidorū .x. & ſi p̄dictū bannū ſoluere nō poterit fuſtigetur p ciuitatē alex. & ꝙ nullus qui ſtet vel habitet in platea ſiue in domibus coherentibus ipſi platee debeat dare cibum vel potum alicui meretrici in die vel in nocte nec aliquā hoſpitari & q contrafecerit ſoluat pro bāno pro quolibet & qualibet vice ſolidos .xx. & quilibet accuſator habeat medietatem banni & alia medietas perueniat in cōi & teneatur ptās hoc capitulum facere legi in prima contione quam faciet & hoc locum habeat in meretricibus.

❡ De meretricibus fugandis a confinibus prope plateam.

ITem ſtatutum eſt ꝙ nulla meretrix pu. a domo balbi veniende verſus domum nec a platea veniendo per aliam viam vſque in eccleſiā ſancti franciſci nec in aliqua contrata ciuitatis coherente domibus ſiue ſediminibus alicuius religionis ſtare vel hoſpitari debeat in aliqua domo & ſi quis eas hoſpitatus fuerit ſoluat pro banno pro qualibet vice ſolidos .xx. in denariis numeratis & quilibet accuſare poſſit & habeat medietatem banni & predicta omnia teneatur poteſtas attēdere & obſeruare ipſe & eius iudices.

❡ De meretricibus expellendis.

ITem ſtatutum eſt ꝙ oēs meretrices publice expellantur ita ꝙ non poſſit nec debeant morari in ſtratis nec in viis publicis nec in plateis Alexā. nec ſub porticibus pannorum nec caſei nec in croſa prope porticibus per decem perticas nec aliqua alia perſona Alex. debeat eas hoſpitari nec receptare in domo ſua in predictis locis, nec aliquis tabernarius vel tabernaria poſſit vel debeat dare ipſis meretricibus bibere vel comedere & qui vel que contrafecerit ſoluat pro banno pro qualibet vice ſolidos .xx. in denariis numeratis nulla compenſatione admittenda ſaluis aliis capitulis loquentibus contra meretrices & quilibet poſſit accuſare & credatur ſuo ſacramento ſequele poteſtatis & liceat cuilibet perſone eas expellere & percutere ſine pena preciſe & ſine tenore, Et hoc capitulum legatur ter in anno, in contione & cridetur per ciuitatem Alexandri. Et per Anzianos populi elligantur quatuor guardie boni homines & legales & quod poteſtas teneatur facere iurare omnes tabernarios & albergatores qui ſtant circa plateam ꝙ non albergabunt ne receptabunt meretrices nec eis dabunt cibum vel potum vel fauorem ſine tenore.

❡ De xematoribus ſeſtariorum grani vini calcine ⁊ ſalis elligendis.

ITem ſtatutum eſt ꝙ duo xematores elligantur pro communi vel pro aliquo habente iura a communi qui debeant xemare ſeſtarios tam grani quam vini ſalis & calcine & ſint fatres penitētie. Qui xematores teneantur & debeant xemare omnes ſeſtarios grani & vini ad ſeſtarios de ramo communis & omnes alias menſuras deſcēdentes ab eis ad quas venditur ad minutum & ſeſtarios ſalis ad modum & formam menſure ienuenſis & omnes menſuras deſcendentes ab eis ipſa menſura ſalis ad quas menſuras venditur ad minutum & ſeſtarios calcine ad modum ſeſtarii ſalis qui conſueuerat eſſe in Alexandria, pro communi nec aliquam de predictis menſuris faciant vel permittant ſignari ſigno cōmunis ſeu poteſtatis niſi prius bene & legaliter predicte menſure ſecundum modum predictum fuerint xeimate. Et ſi cōtra predicta vel aliquod predictorum facerent vel ſignarent vel ſignari permitterēt ſeu facerent ſoluant quilibet eorum xeimatorum pro banno ſolidos. x. pro qualibet menſura que non reperiret iuſta & legalis & bene xeimata legittime & ſi qua menſura reperiretur ſignata ſigno communis que nō eſſet legalis vel legitime xeimata det pro banno ille qui eam ſignauerit ſolidos. x. pro qualibet menſura & ſi aliquo tēpore dicta xeimatura ſeu ſignatura venderetur pro commune teneantur & debeāt emptores & xeimatores & ſignatores conſtituti ab ipſis emptoribus predicta omnia & ſingula attendere & attendi facere ſecundum quod ſuperius continetur ſub penis & bānis ſupradictis. Et nihilominus amittant omne ius ſibi acquiſitum ex dicta emptione & perueniat ad commune ſine reſtitutione alicuius precii ipſis emptoribus facienda. Et hoc capitulum legatur in conſilio generali quando dicta xeimatura vendetur pro commune.

❡ De tubatoribus communis ⁊ eorum officio.

Item ſtatutum eſt quod illi qui ſunt vel erunt tubatores communis habeant & habere debeant a communi pro ſuo ſalario & pro paſtura equorum ſi equos habuerint & pro veſtibus lib. xxv. pro quolibet & non plus & ſi irent in exercitum vel caualcatam in quo iacerent habeat quilibet ſolidos tres pro quolibet die & ſine equo habeat ſicut alii ſalarii. Quas libras. xxv. habeāt in denariis numeratis quilibet eorū videlicet medietatem vſq; ad Kalendas auguſti & aliā medietatem vſq; ad Kalēdas ianuarii. Et incantent omnes venditiones que fient pro communi pro quibus habeāt tantum quantum conſueti ſunt habere & habeant pro quolibet gonellam vnam caputium vnum & duas caligas ſi placuerit conſilio ad feſtum ſanti Petri. Et ſi aliquis ex tubatoribus fuerit ſine equo teneatur poteſtas cuilibet ex eis non habenti equm facere emi equm vnum de auere communis infra duos menſes poſtquam intrauerit regimen ciuitatis Alexan. & non poſsit dare de auere communis Alex. pro precio cuiuſlibet equi vltra lib. xv. & hec omnia intelligantur ſi placuerit conſilio generali & debeant ipſi tubatores ſtare in exercitibus ſiue caualcatis & alii nuntii per ſe ſine poteſtate iuxta hoſpitium & albergariam poteſtatis Et debeant ipſi nuntii de pede habere denarios. xviii. pro quolibet & qualibet die. Ita tamen ꝙ aliquis ipſorum tubatorum nou debeat preſtare equum ſuum ad victuram & qui contrafecerit ſoluat ꝓ qualibet vice ſolidos. xx. inſuper amittat totam aiam ſcilicet ſupradictas libras. xxv. & non poſsit preſtare equum ſuum alicui perſone ſine voluntate domini poteſtatis vel ſui iudicis & ſi contrafecerit amittat totam aiam ſcilicet predictas libras. xxv. & ſemper quando conſilium generale fiet quilibet tubator ſemper ſtet ad conſilium in banno Solidos. xx. pro quolibet & qualibet vice niſi remanſerit volūtate poteſtatis vel eius licentia & hoc totum ſine tenore. Equos autem habere debeant & tenere ſi placuerit conſilio & aliter non & ſi equos habuerint & tenuerint habeant predicta ſalaria vt ſupra & poteſtas inquirat ſi dictos equos tenuerint quolibet menſe. Si autē equos non tenuerint habeant tantum pro ſuo feudo a communi & pro veſtibus libr. xv. pro quolibet & non plus pro toto anno niſi iuerit pro communi in exercitu vel caualcata vel alibi pro communi & tunc habeant vt ſupra & vnus ex dictis tubatoribus qui fiat ſindicus communis & vadat annuatim ad poteſtatem cauſa portandi & preſentandi inſtrumentum poteſtati e proiectis ſortibus inter ipſos ita ꝙ ille qui ſortem habebit vadat & ille qui iuerit vno anno non poſsit poſtea ire donec omnes alii iuerint & teneantur ipſi tubatores ſemper eſſe & ſtare continue ad omnes contiones communis & que fient per Anzianos populi ſub pena & banno Solidos. x. pro quolibet & qualibet vice. Qui tubatores poſsint facere ambaſatas ſicut alii ſaltarii Alexā. ſalua

ſalua ſemper conuentione communitatis & qualitatis.

❡ De preconizationibus per tubatores communis faciendis.

Item ſtatutum eſt ꝙ oēs preconizationes que hactenus fient & que erunt pro cōi faciende fiant & fieri debeant ſemper per dictos tubatores euntes ſuper equis ſi habuerint equos alioquin vadant pedes. Qui tubatores teneantur ſalario ſupraſcripto facere ſupraſcriptas preconizationes & ire preconizando per quarteria ciuitatis in quolibet vico cuiuſlibet quarterii habendo tubam quilibet ipſorum quam teneantur pulſare per tres ictus antequam preconizent ad hoc vt gentes melius ſint intenti ipſi preconizationi & ſi contrafecerint ſoluat quilibet pro banno qualibet vice ſolidos quinque & hec intelligantur & locum habeant in preconizationibus que fient pro factis communis & populi non in hiis que fient occaſione maleficiorum & conſulatus iuſtitie niſi hoc videatur poteſtati pro meliori.

Item ſtatutū eſt quod ille qui eſt vel erit nuntius populi poſsit & debeat facere requiſitiones vt ſaltarii communis faciunt proclamationes & venditiones rerum communis & tubatores faciunt ſi eis fuerit iniunctum vel impoſitum per poteſtatem vel eius familiam ſiue per alium iudicem conſulem vel magratum communis Alex. Idem intelligatur de bichocherio nullo capitulo obſtante vel contradicente & hoc totum ſine tenore.

❡ Quod omnes tubatores teneantur venire ad palacium ⁊ reddere ambaſatas ſuas.

Item ſtatutum & ordinatum eſt ꝙ oēs tubatores communis teneantur & debeant venire omni mane ad palaciū cōis quādo pulſatur campana pro officialibus cōis & inde nō diſcedere ſine licentia. d. ptātis & eodem modo teneātur poſt nonā & vltra predictas horas quotienſcunque pulſaretur die noctuque conſilium generale vel priuatum & ſi contrafecerint ſoluant pro qualibet vice denarios. xii. & plus ad voluntatem domini poteſtatis & teneantur & debeant facere ambaſatas & cridas eis impoſitas bene & legaliter ſecundum ꝙ eis impoſitum fuerit & eis factis faciant ſcribi eam diem ſi facta fuerit in mane vel ſequenti ſi facta fuerit poſt nonam ante tertiam corā illo qui perceperit dictam cridam vel ambaſatam per ſuos notarios & requirere illos notarios q eā ſcribant ſub pena & bāno ꝓ quolibet & q̄libet vice qua cōtrafecerint & predicta non obſeruauerint ſolidos. v. & ſi per notarios ſteterit ꝙ eam non ſcripſerit incontinenti poſtquam eidem fuerit denunciatū ſoluat notarius pro bāno ſolidos. x.

❡ De Saltarijs ⁊ eorum Salarijs.

Item ſtatutum eſt ꝙ oēs ſaltarii cōis Alex. ſiue morantur in ciuitate ſiue in caſſalibus ſiue in villis que ſunt de corpore ciuitatis ita tamē ꝙ detur ſalarium in aliqua villa niſi pro vno ſaltario habeant quilibet ipſorum anno quolibet ſolidos. lx. & tantum & non plus nec habeant vel habere debeant vltra dictum ſalariū. Nec pro ambaſiatis quas facient in ciuitate Alex. vel extra in predictis villis a ciuibus Alexā. qui morantur in villis predictis vel in ciuitate vel in caſſalibus aliquid accipiant vel habere debeant excepto ꝙ ſi exirent extra ciuitatem cā faciendi ambaſatas & tunc habeāt pro quolibet miliari denarios duos pro eundo vel redeundo ad caſſalia & vltra caſſalia Alex. denarios tres pro quolibet milliari. Si iuerint vltra caſſalia predictis villis vltra predictas villas cauſe requirendi aliquem qui moraretur in ſupraſcriptis villis vel ſi irent in aliqua vt ſupradictum eſt pro cōi & ſi requiſiti fuerint ab aliquo ciue vt faciant aliquā ambaſatā requiſitionē & eam nō fecerint ſoluat qlibet & qualibet vice qua requiſitus eſſet ſol. quinq; niſi remaneret iuſta de cā vel iuſto dei impedimento de aliis vero videlicet poſſeſſus ſaximentis & proteſtationib⁹ accipiāt de poſſeſſus deñ. ſex & ſi fuerit in ciuitate data vel extra ciuitatē infra medium milliare ſi vero fuerit vltra denarios duodecim & de proteſtatione denarios quatuor & totidē de ſoximento & pro de ſaximento denarios quatuor. Si fuerit ſaximentum factum in ciuitate ſi vero extra ciuitatē ad villas ſupraſcriptas & caſſalia denarios duodecim pro ſaximēto & pro deſaximento denarios ſex. & ſi contra predicta vel aliquod predictorum cōtrafecerit aliquis ſoluat quilibet p̄dictorū ſaltariorū pro qualibet vice ſoli. quinq; & teneat̄ quilibet ſaltarius de ſupradictis villis & caſſalib⁹ die lune & die veneris in ciuitatem venire & ambaxatas facere & reddere tam pro ciuibus q̄ qui morant̄ in caſſalibus & ſupraſcriptis villis ſi inde fuerit requiſitus & cōtrafecerit ſoluat pro qualibet vice ſol. qnq; & habeāt ſupraſcripti ſaltarii de duobus in duobus mēſibus ſcilicet quibuſlibet duob⁹ menſib⁹ ſextā partem & debeāt ipſi ſaltari eſſe numero .xxxii. & nullus eorū poſsit eſſe minor .xx. annorū tam in ciuitate q̄ in ſupraſcriptis villis & caſalibus & qui elligant̄ quolibet anno per quatuor ſapientes qui elligantur per ptātem & officiales ſuos & ſint omnes ſcripti in libro communis penes notarios campanilis.

¶ Saltarii teneantur portare inſulas rubeas per ciuitatem.

ITem ſtatutum eſt ꝙ quilibet de Alex. & caſſalibus & villis q̄ ſunt de corpore ciuitatis qui voluerint eſſe nuntii cōis debeāt portare inſulā rubeā & ſi contrafecerit amittat pro qualibet vice ſol. quinq;. Quam inſulam poteſtas ſemper in principio ſui regiminis quilibet eorum emi faciat de auere communis.

¶ De ſubtellaribus ſaltariis emendis.

ITem ſtatutum eſt quod ptās teneatur & debeat dare vel dari facere vnicuiq; ſaltariorum cōis Alex. & villarum & caſſalium vltra predictum ſalarium pro ſubtellaribus infra menſem poſtq̄ intrauerit regimen Alex. ſolldos .x. de auere communis.

¶ Quod ſaltarii non debeant ludere nec preſtare ad aliquem ludum taxillorum.

ITem ſtatutum eſt quod ſaltarii nō debeant ludere nec preſtare ad aliquem ludum taxillorum & qui contrafecerit ſoluat pro banno ſoli. lx. & ſi non poterit ſoluere bannum fuſtigetur per totam plateam & tunc a dicto bāno ſit abſolutus & hoc factū ſine tenore & quilibet poſsit accuſare.

¶ De ſaltariis qualiter ⁊ infra quod tempus debeant reddere ambaſſatas.

ITem ſtatutū eſt ꝙ oēs ſaltarii teneantur & debeant bene & legaliter facere ambaſatas eis impoſitas & poſtq̄ eas fecerint teneantur & debeāt eam reddere ſi fuerit facta ambaſata in mane vel ſequenti die ante tertiam ſi fuerit facta in ſero ſub pena & banno pro quolibet & qualibet vice ſolidos quinque ad voluntatem domini ptātis.

¶ De pignore ſaltariis non vetando.

ITem ſtatutum eſt ꝙ ſi quis ſaltarius vel nuncius cōis fuerit de mandato dñi ptātis vel alicuius de ſua familia vel alicuius officialis cōis vel iudicis iuſtitie ad accipiēdum aliquod pignus alicui & ei ꝓhibitū fuerit quin pignus acceperit ſoluat ꝓhibēs pignus ſol. xx. & credat̄ dicto ſaltarii de p̄dictis & quolibet p̄dictorū ſine aliqua ꝓbatione & hoc niſi iuſta de cauſa prohibens vetauerit & iuſta cauſa intelligatur arbitrio domini ptātis vel iudicis iuſtitie quam cauſam probare debeat prohibens ea die vel ſequenti niſi in ſero eſſet quando voluerit pignus accipere & prohibitū fuerit & cauſam prohibitionis probet ſequenti die ſi videbitur domino poteſtati & vltra probare non poſsit nec audiatur.

¶ De ellectione poteſtatum villarum.

ITem ſtatutum eſt ꝙ aliqua villa ciuitatis Alex. non poſsit aliquem elligere in poteſtatem vel rectorem ſindicum maſſarium procuratorem negotiorum geſtorem vicarium deffenſionem nunciū vel alium quocūq; noīe cenſeatur vnde fiat fraus vel intelligatur vel videatur fieri fraus poteſtarie niſi datus fuerit & ellectus in conſilio generali ciuitatis Alexā. ad breuia. Que breuia nigra ſcribantur per vnū ex notariis campanilis & qui habuerint ipſa breuia in ipſo conſilio teneantur & debeant ipſa breuia cōſignare in manibus notarii predicti qui ea ſcripſit ne inde aliqua fraus fiet ita tñ ꝙ illa villa que habebit ptātem de cōi aliquo tpe habeat & habere debeat ſequenti tpe & tanto & cum tanto ſalario de populo & econuerſo & hoc quando voluerit habere ptātem Aliter ellectio facta de aliquo non valeat hoc acto ꝙ aliquis finito termino poteſtarie ad quam ellectus fuerit non poſsit tpe ſequenti ipſe vel aliquis de ſua parentella eſſe vel ſtare pro ptāte vel vicario vel ſindico vel aliquo alio modo pro ſe vel pro alio in ipſa villa. Et ſi aliquis de ipſa villa populo fuerit ellectus in poteſtaria vel rectoria alicuius ville nō poſsit ponere ſeu dimittere vel conſtituere loco ſui vel vicarium ſuum facere aliquem de cōi Saluo ꝙ villa quelibet poſsit elligere conſules vel maſſarios de ipſa villa. & ſi contra predicta vel aliquod predictorum factum fuerit ſoluat cōe illius ville pro pena & bāno lib. l. & ille qui ellectus aliter fuerit ſi iret in dicta poteſtaria ſoluat pro banno lib. xxv. & tantūdem quilibet qui contra p̄dicta vel aliquod de p̄dictis faceret vel veniret & nihilominus ille qui aliter eſſet ellectus vel alio modo q̄ ſupradictū eſt dictum officiū poteſtarie reciperet vel exerceret remoueatur & pro remoto habeatur a dicta poteſtaria & qui ellectus fuerit in dicta poteſtaria alicuius ville non poſsit poſtea ꝑ ſe nec per alium dictum officium poteſtarie habere vel exercere vſq; ad duos annos ſub p̄dicta pena & bāno in cauſis vero ſuis poſsint facere ſindicū de ſe ipſis cōmorantibus vel ꝙ cōſueuerūt cōmorari in ipſis villis ſiue in ipſa villa que conſtituet ipſum ſindicū & ēt de Alex. ad cauſas tamen quas haberēt in Alex. & ſi villa cuius datus fuerit ptās ad breuia vt ſupra nō recipiet ipſum in poteſtatem vel non tenebit ipſum vſque ad ſuū terminū ſoluat pro banno lib. c. in denariis numeratis & ſoluat & ſoluant ſaltarium conſuetū predicto ptāti de quibus bāno & ſalario nō teneant̄ orphani & vidue & ꝙ ville & loca diſtrictus Alex. que nō debēt habere ptātem vel rectorē ad breuia nō poſsint ſeu debeant ptātem vel rectorem ſuū finito tpe ſui regiminis cōfirmare ipſum vel de nouo elligere neq; aliquē aliū de ipſius parentella & ſi ellectus vel cōfirmatus fuerit ipſe vel aliqs de ipſius parētella & ipſam ellectionem vel confirmationē approbauerit vel acceptauerit puniat̄ cōfirmatus & ellectus in lib. xxv. in denariis numeratis q̄ penam vicarius tenetur excutere incontinenti poſtq̄ ei denunciatū fuerit ſub pena periurii & infamie q̄ oīa & ſingula attendantur preciſe & ſine tenore nullo ſtatuto ſuperiori vel inferiori facto vel faciendo reformatione conſilii prouiſione anzianorum facta vel facienda in contrarium obſtante q̄ omnia ſint caſſa & irrita & nullius valoris.

¶ Quod aliquis non poſſit eſſe poteſtas alicuius ville niſi de conſilij voluntate.

ITem ſtatutū eſt ꝙ ptās teneat̄ & debeat quemlibet hominē ſiue ciuē Alex. ellectū in ptātem ſecundū formā ſtatutorū ciuitatis Alex. per aliq̄ villam ciuitatis Alex.

deffendere & manutenere in poteſtaria & regimine ipſius ville vſq; ad tp̄s ſui regiminis & ꝑ totum tp̄s quo ellectus fuerit in ptātem ipſius ville ita tñ ꝙ tp̄s ellectionis ſue ſiue poteſtarie non excedat annum & facere ſibi dari ſalarium cōſtitutū ſue ellectiōis.

¶ De eodem.

Item ſtatutum eſt ꝙ quilibet ptás conſul. vel rector cuiuſlibet loci caſſalis vel ville Alex. teneatur ſacramento iurare in manibus ptátis Alex. accuſare ſiue denūciare ptáti Alex. vel eius iudici & in ſcriptis poni facere oīa maleficia rixas & ſerutas que facta fuerint vel cōmiſſa in villa vel loco vel campo illius ville vel loci de quo vel de qua fuerit ptás cōſul rector vel maſſarius infra dies. x. poſtq̄ predicta facta fuerint vel cōmiſſa & in eorū accuſationibꝰ ſiue denūciationibꝰ teneantur nominare primo perſonam de furto olim facto iurante vel ſindico ſeignoraſſe factū neq; audiuiſſe denūciari & ſi predicta nō obſeruauerit ſoluat quilibet & qualibet vice lib. x. & cōe illius loci lib. xxv. & oīa ſupradicta attēdere & obſeruare teneanť iurare predicti ptás cōſul vel rector vel maſſarius ſi a ptēte Alex fuerint requiſiti. Quos ptás Alex. iurare compellat attendere & obſeruare offendentes & rixantes & qui maleficia comiſſerunt tñ nō teneantur noīare predicta & hoc ſine tenore & poteſtas Alex. teneatur hoc capitulū infra dies. xv. poſtq̄ intrauerit regimen Ale. mittere in ſcriptis cuilibet loco Alex. ſeu ville & conſignare & dimittere cuilibet rectori ſeu maſſario vel eorū vicario cuiuſlibet loci ꝑ aliquē notarium Alex. vel nuncium Alex. de qna p̄ntatione ſeu cōſignatione credatur ipſi notario vel quam inde fecerit ſcripture & relatione dicti nuncii.

¶ Quod poteſtas ⁊ rectores villarū poſſint imponere bāna pro rixis ⁊ maleficijs.

Item ſtatutum eſt ꝙ oēs ptātes ſiue rectores alicuius ville iuriſditiōis Alex. poſſint & debeāt ponere & poni facere bāna ſtatuta & ordinamenta facere ſuper rixas & maleficia denunciatis ptāti Alex. ſecundum formam ſtatuti loquentis de denuuciationibus maleficiorum faciendis & euntibus per ipſas villas vel loca de nocte poſt horas conſtitutas cum armis vſque in ea quantitate banni & pene quod & que ordinate & firmate fuerint per ipſa loca & per conſilium ipſius loci vltra capitula ciuitatis Ale. ſi placuerit conſilio dictarum villarum ſine tenore ſaluis mandatis poteſtatis Alex. & ſaluis hiis que continentur in capitulo inferiori de iure in villis reddendo.

¶ De ſolutionem fieri faciendo Poteſtati alicuius ville.

Item ſtatutū eſt ꝙ ſi aliqs ciuis fuerit vel erit de cetero ptás alicuiꝰ ville iuriditiōis Alex. & ꝑ eum nō ſteterit quo minus fecerit regimen ſuū ſi nō habuerit ſalarium ſibi cōceſſum vel ordinatū ptás teneať ei dare auxiliū & iuuamē oibꝰ mōis de iure vt p̄dictum ſalariū habeat nō obſtāte aliquo ſtatuto & ſi ꝙ capitulū huic cōtradiceret ſit caſſum & inutile & iſtud in ſuo robore ꝑſeueret & hoc ſine tenore eo ſaluo ꝙ ſi aliqs fuerit ellectus ad aliꝙ regimē alicuius ciuitatis ville vel loci cōtra formā p̄cedētis capituli ꝙ eſt ſub rubrica ꝙ aliqs nō poſſit eē ptás alicuius ville niſi de cōſilii voluntate &c. nō poſſit nec debeat petere vel habere per ſe vel aliū ſeu aliquis alius qui haberet cauſam ab eo aliquod ſalarium vel aliquid aliud quod ei cōſtitutum a dicta villa ciuitate vel loco ſed ipſo iure ipſa villa ciuitas & locus & hoīes ipſorum ab ipſo ſalario & toto eo quod ei promiſſum eſſet ſint abſoluti aliquo capitulo non obſtante.

¶ De Poteſtaria Trixinarie.

Item ſtatutū eſt ꝙ ptāria trixinarie ſemp elligať in conſilio gñali ad breuia ita ꝙ vna vice elligať de populo & alia de cōi & econuerſo & ad tm̄ tp̄s & ſalarium & ꝙ aliter ptātem ſeu rectorē q nō ſit de dicta villa habere nō poſſit & ille qui aliter iret ibidē pro ptāte vel rectore amittat libr. xxv. & occaſione ꝙ ipm̄ reciperet in lib. l. q̄s penas poteſtas teneatur & debeat excutere & excuti facere in pecunia numerata ſine aliqua compenſatione & hoc totum preciſſe & ſine tenore idem obſeruetur et fiat de poteſtaria baſarucii, cum locus baſarucii peruenerit in commune Alex.

¶ De iure in villis reddendo vſq; in ſolidos. x.

Item ſtatutum eſt ꝙ in aliquibus villis vel caſſalibus Alex. per vicarium ipſarum ſi vicarius ibi fuerit neq; per conſules ſeu maſſarios vel alias perſonas quocunque noīe appellentur nō debeat ius reddi nec aliqua cā teneri ſub aliquo ingenio vel occaſione vltra quantitatē ſol. x. & de ipſis ſoldis decem cognoſcere poſſint & non vltra ſi debitū vel cauſa pro quo vel pro qua agiť ſit dicte quantitatis & infra alioquin cognoſci nō poſſit de aliqua quātitate & q̄libet villa in qua cōtrafieret ſit in banno lib. xxv & ptás ipſius in libris. x. pro qualibet vice nec inde ſnīa lata vel condēnatio facta valeat nihilominus ſoluto banno hoc capitulū in ſuo robore ꝑſeueret & hoc teneať ptás attendere & iurare ſine tenore & ſic facere iurare ſequentē ptātem & ſic ſequens ſequentē in ꝑpetuū niſi guerra eſſet & etiā tunc nō poſſit cognoſci nec reddi ius tpe guerre vltra ſol. x. niſi auctoritate cōſilii gñalis Alex. & ꝙ nullus faciat aliq̄ ſcripturā de aliqua cauſa vel qōne vel cōfeſſione q̄ ſit vltra ſoli. x. & ſi contrafecerit ſoluat pro qualibet vice ſol. lx. & quilibet poſſit ipſum accuſare & quilibet qui mouebit qōnem ciuilem vel criminalē alicui cōtra predictā formā ſit in banno pro qualibet vice ſoli. xx. & cadat ipſo iure ab ipſa qōne & omni ſuo iure & hec locū habeāt excepto in illis villis quibus conceſſum eſt ꝑ pactū ſpāle cū recepte fuerint ad citamaticū & hec oīa predicta & ſingula teneať ptás Alex. facere iurare ptātes cōſules & rectores cuiuſlibet loci vel ville & p̄dicta attendere & obſeruare & ꝙ ponēt & poni faciēt capitulū iſtud in capitulis locorum vel villarum de qbꝰ ptātes vel rectores vel cōſules fuerint & nullus habeať pro ptāte conſule vel rectore niſi primo fecerit predictum ſacramentū in manibꝰ ptātis Alex. & ſi predicta oīa nō obſeruauerint & hoc totū attendať & in illis villis poſſit cognoſci & ius reddi vſq; ad quantitatē conceſſam in pacto tm̄ ſcilicet ſi debitū de quo eſt lis ſit dicte quantitatis vltra vero dictā quantitatē non poſſit in illis villis cognoſci nec ius reddi per ptātem vel cōſules ipſius ville de aliqua ſumma vel quantitate dicti debiti ſine tenore & ſi quis ellectus fuerit ptás conſul rector vel maſſarius alicuius ville loci vel caſſalis Alex. nō poſſit nec debeat regimen rectoriam vel maſſariā ipſam ſumere nec iurare nec etiā exercere aliquo mō niſi prius ſtatuta ſeu ordinamēta ipſius ville loci vel caſſali viſa fuerint & approbata ꝑ cōſilium gñale vel habentes auctoritatē ab ipſo conſilio Alex. & ſi contra p̄dicta aliqs ptás conſul vel rector ſeu maſſarius fecerit vel ſe miſcuerit det pro bāno lib xxv. pro quolibet & qualibet vice & de ipſa ptāria rectoria cōſulatu vel maſſaria expellať & eiꝰ electio ſit caſſa & nullius valoris & locus ſiue villa q & q̄ cōtra p̄dicta retinuerit p̄dictū ſic ellectū in p̄dicto officio det pro banno lib. l. Que oīa predicta ptás Alex. teneatur attendere & obſeruare nō obſtante aliquo capitulo vel ſtatuto ſuꝑiori vel inferiori Additū eſt in predicto capitulo ꝙ aliquod debitū ꝙ aſcēdat vltra quātitatē ſol. x. nō poſſit particulariter peti nec diuidi nec debitor particulariter condēnari poſſit ēt ſi expreſſe cōſentiret ſiue nō & condēnatio inde facta nō valeat & ſi petitor ſiue creditor contrafecerit cadat ab omni iure ꝙ haberet in ipſo debito & ſub pena in ipſo ſtatuto contenta & predicta omnia attendantur preciſſe & ſine tenore.

¶ De cuſtode carceris puniendo ſi carcerati receſſerint.

Item ſtatutū eſt ꝙ ſi aliqs cuſtos vel guardia incarcerati cōis exiſtēs ꝓ cōi guardia ſeu cuſtos illū incarceratum ꝑmiſerit in fraude a carceribꝰ abire vel ſi īcarceratus a carceribꝰ auffugerit ſeu receſſerit ſine reuerſione guardia ſeu cuſtos ſoluat cōi penā exinde promiſſam & damnū ſeu intereſſe cōi reſtituat arbitrio ptātis vel ſoluat ſiue ſubſtineat tandem penam q̄ deberet ſoluere vel ſubſtinere de iure ſiue per ſtatuta ille q aufugiſſet vel receſsiſſet q̄ penā & bannum & intereſſe ſoluat in denariis numeratis ſine aliqua cōpenſatione & ptās infra menſem vnū poſtq̄ auffugerit de carcere incarceratus teneatur excutere capiendo ipſum & eius manuleuatores infortia cōis donec predicta fuerint ſoluta & exacta & ſi penam non promiſſerint neque manuleuatores dederint pro eo ptās poſsit & debeat ipſum punire realiter & pſonaliter arbitrio ſuo & ſi haberi nō poſsit ponatur in banno de lib.ccc.& tantū plus quātum poteſtati videbitur de quo non exeat niſi ſoluerit dictum bannum & penam apponitam hoc idē ſtatutum eſt in manuleuatoribus.

¶ De non portando limam ſiue aliquod inſtrumentum incarceratis communis.

ITem ſtatutū eſt ꝙ ſi aliquis miſſerit vel portauerit limā ad carceres in qbꝰ detinentur latrones ſeu banniti ſeu incarcerati cōis ſeu dederit dictis carceratis communis limā ſcopellū ſeu aliquod fecerunt vel ſcallā ſeu aliquod inſtrm̄ de quo ſeu occaſione cuius poſsint incarcerati frāgere murum vel hoſtiū turris ſeu carceris vel limare ferreas ſiue compedes vel aliquo mō offendere cuſtodes carceris in perſonis vel rebus ſeu alio quocūq; mō de carcere exire ptās teneat ei aufferre pro qualibet vice & pro quolibet de p̄dictis inſtrumētis lib.xxv.tam illis q miſſerūt q̄ illis q portauerunt ſiue qui dederint aliquid de p̄dictis & ſi ope cōſilio vel adiutorio alicuius aliqs incarceratus auffugerit vel a carceribꝰ vi vel furtiue receſſerit ille cuius ope auxilio ſiue adiutorio receſſerit vel auffugerit habeat & ſubſtineat illam penā corporalē ſiue pecuniariā q̄ ille qui receſſerit debuerat habuiſſe vel ſubſtinuiſſe & ſit in eadē condēnatiōe & ptās teneatur ex officio ſuo ſup p̄dictis oībꝰ diligēter inquirere veritatē tam ab incarceratis q̄ ab aliis & attēdere & obſeruare oīa ſupra dicta ſine tenore & hoc idē intelligatur in aliis incarceratis cōis ſine tenore & hoc capitulū legatur in contione.

¶ De faciendis ſecuritatibus pro incarceratis communis cuſtodiendis.

ITem ſtatutū eſt quod quicūq; recipiet in cuſtodia incarceratos cōmunis vel debitores cōis vel alios detētos pro cōi faciant ſecuritatē cōi de ſoluēdo penas poſitas per ſtatuta vel conſiliū Alex.ſup p̄dictis & de ſoluēdo eo quod ille carceratus vel debitor vel detentus debet ſiue debebat dare & ſi pene inde non eſſent ſtatute quod poteſtas teneatur facere fieri ſecuritatē de ſoluēdo ad ſui voluntatem.

¶ De pedagio ſalis ⁊ lini colligendo.

ITem ſtatutū eſt ꝙ quecūq; perſona traxerit ſalē de ciuitate Alexandrie cū plauſtro naui vel alio mō ſoluat pedagiū ordinatū & quicūq; duxerit ſalē ad introitū ſoluat pedagiū ordinatū.Ita tamē ꝙ ſal quē in Alex.duxerit & inde extrahere voluerit ſoluat maltotā & oīa alia ſuper ſale impoſita.Si aūt linū extraxerit de ciuitate det cōi denarios duos de q̄libet torta & ꝓ quolibet faxo de lino denariū vnū & ꝙ totus ſal qui duceret in Alexandria debeat ſolūmodo intrare ad portā ianuēſem & p portam marēchanam & nō alibi ſi venerit p terram & qui per aliā portā intrabit poſtq̄ in die amonitus fuerit amittat ſalē & beſtiam & illud denūciet & dicat oībꝰ pedageriis ꝙ inde amoneat aſmarios & hoc totū ſine tenore ſaluo ꝙ ex predictis non preiudicetur alicui dato facto p aliquē ex nunciis dn̄i de datiis.Et idē intelligatur de omnibus ſtatutis loquentibus de datiis & pedagiis & maltoltis ſeu gabellis.

¶ De non faciendo alienam mercantiam ſuam pro pedagio excuſando.

ITem ſi quis dixerit vel fecerit alienam mercantiā ſuā cā excuſandi pedagiū ſoluat pro vnaquaq; vice libro.x.& ille q cū accuſauerit habeat medietatē banni iſtius ſi cognitū fuerit ꝙ fecerit alienā negociationem ſuā cā excuſandi pedagium ſi vero aliquis duxerit aliquid vnde pedagium ſolui debeat vel ſolui cōſueuerit ſine eo ꝙ dederit pedagiū ſi fuerit victualis amittat beſtias & dn̄s amittat negociationem ſi victualis duxerit voluntate domini ſi vero cum plauſtro amittat ille qui duxerit boues vel ille cuius ſunt boues & plauſtrum & dn̄s amittat negociationem ſi eius voluntate ducta fuerit & ſoluat pro banno ſoli.lx.ſine tenore & quilibet poſsit eū accuſare & habeat tertiam partem bāni & accuſator teneat priuatus & pedagerius teneat amonere oēs a portantes ſiue ducētes res de quibus pedagiū ſolui debeat vt ipſum pedagiū ſoluat.

¶ De pedagio vini colligendo.

ITem ſtatutū eſt ꝙ quilibet de Alex.poſsit ducere & facere duci vinum in ciuitate Alex.& diſtrictu & iuriſditione Alex.& aliunde ſine aliquo pedagio a medio mēſe ſeptembris in antea vſq; ad ſanctum Martinum ſi duxerit pro ſuo vſu ſi vero duxerit cauſa vendendi vel cauſa canauandi vel duci fecerit infra dictum terminum & vltra det denarios.xii.p̄p̄.pro quolibet ſeſtario vini & ſi quis ciuis Alex.fecerit alienū vinū ſuum cauſa fraudandi pedagium duplicatum pedagium ſoluere teneatur & quilibet poſsit accuſare contrafacientes in oībꝰ predictis caſibus & habeat medietatem banni liceat vero cuilibet foritaneo quolibet tpe ducere vinum in Alex.& iuriſditione & ꝓ pedagio det pro plauſtro vini ſoldos decem & pro barotia ſoldos quinq; & plus & minus ad voluntatem conſilii & ſi duxerit vinum in Alex.vel iuriſditione & pedagium non ſoluerit amittat boues plauſtrum & vinū.Additum eſt quilibet qui vendit vinum ad minutum ſeu qui vendi facit in Alex.& diſtrictu poſsit ducere & duci facere vinū pro ſuo vſu & familie ſue ad bibendum ſicut alii homines Alexā.& pro ea quantitate que ſibi & familie ſue fuerit neceſſaria & teneatur ſoluere pedagium ſicut alii homines Alex.eo iurante quantum vinum eſt neceſſariū pro ſuo vſu & familie & ꝙ ipſum non ducit pro aliquo alio cauſa fraudandi pedagium nec habuit vinum in ſuis vineis tm̄ ꝙ ei illud quod habuit nō ſit ſibi neceſſarium & familie ſue pro ſuo vſu ipſo anno & ꝙ tantum ei deficit quantum petit pro eo ſibi excuſari pedagium & hoc addito habeat locum poſt tempus venditionis facte.M.cc.lxxxxii.

¶ Quod pedagerij teneantur eſſe de fratribus qui morantur aſſidue ad domum humiliatorum.

ITem ſtatutū eſt ꝙ oēs pedagerii debeāt iacere ad portas & pontem & eſſe debeant de illis fratribus qui morantur aſsidue ad domum humiliatorum.Qui pedagerii elligant per prepoſitum humiliatorum & ſi hoc facere diſtulerit omnia bona ipſorū ſint extra bannū & habeat quilibet pro ſuo ſalario denarios.xii.& pro quolibet die & hoc totum ſine tenore quos ptās elligi faciat vel facere debeat infra dies octo poſtq̄ capitula fuerint aperta ſine tenore & mutentur pedagerii de ſex in ſex menſibus & teneantur pedagerii facere vnum librum de quolibet pedagio in quo ſcribant totū id quod receperint pro pedagio & nomen illius qui dederit pedagium & quantū & diē & pro qua re pedagium dabitur & alium librum in quo ſcribāt totum id ꝙ expēdent & quantum in qualibet re & cui dabunt denarios pedagii & quantum cuilibet & diē quo dabūt ſuper quibus libris fiant rationes pedagiorum & hoc totum habeat eo tpe quo pedagia non fuerint vendita per commune Alex.

¶ De non colligendo pedagium alicui ciui Alex.in iuriſditione Alex.

ITem ſtatutum eſt ꝙ in iuriſditione Alex.& diſtrictus non poſsit nec debeat colligi pedagium aliquod nec tolli nec aliqua dacita pretextu pedagii alicui ciui Ale.vel extero niſi pro cōi tantum & ſi aliquis contrafecerit ſit in banno de maleficio libr.c.

pro qualibet vice & commune illius loci de quo erit ille qui contrafecerit teneatur prohibere ne colligat dictum pedagium ſeu dacitam poſtquam fuerit denunciatum pro communi & ipſum perſonaliter dare & ducere in fortia cōmunis Alex.ſub pena librarum centum dicto communi & reſtitutione dicti pedagii pro qualibet vice & ſi vllo tempore contrafecerit ſit in banno lib.centum pro qualibet vice & poteſtas teneatur illud bannum excutere infra menſem vnum poſtquam fuerit ei dictum & infra dies quindecim poſtquam capitula fuerint aperta denunciari faciat predicta per loca iuriſditionis Alex.& hoc ſine tenore.

¶ De non ſoluendo niſi vnum pedagium.⁊ de pedagio feni ſoluendo.

ITem ſtatutū eſt ꝙ vnum pedagium debeat ſolui ad introitum ciuitatis Alex.ſecūdum modum conſtitutum & non extra ciuitatem ſicut antiquitus faciebāt ſi placuerit conſilio & ꝙ de plauſtro feni non aufferantur niſi ſolummodo denarii.xii.

¶ Quod nullus colligat pedagium niſi ad hoc fuerit conſtitutus.

ITem ſtatutum eſt quod nullus poſsit vel debeat colligere pedagium in poderio Alex.niſi ad hoc fuerit conſtitutus vel niſi hoc fiat ex licentia vel parabola ſibi data a conſilio generali ita quod due partes conſilii ſint de hoc in concordia & ſpecialiter quod aliquis qui eſt vel erit in cuſtodia montis caſtri non poſsit nec debeat colligere pedagium in poderio Alex.vel maltotam citra tanagrum vel vltra tanagrū aliquo modo nec in tanagro in poderio montis caſtri vel ponzani & ſpecialiter ab aliquo homine de Alex.vel eius iuratione vel aliunde vndeconque ſit & ſi quis contrafecerit ſit in banno lib.xxv.de maleficio pro qualibet vice & omnia & ſingula teneat poteſtas attendere & obſeruare ſine tenore & ſi hoc capitulum eſſet huic contrarium ſit caſſum & inutile & illud in ſuo robore perſeueret & cuilibet ſit licitum ſe deffendere ne ſoluat ſibi predictum pedagium ſaluis omnibus iuribus cuilibet ciui Alex.

¶ De pedagio quod non ſit communis a ciuibus non colligendo.

ITem ſtatutū eſt ꝙ aliquis ciuis vel extraneus vndecunque ſit non poſsit nec debeat aliquo modo vel ingenio in ciuitate Alex.& niſi pedagium ſit communis & in cōmune perueniat & tunc colligi vel diſtrictu colligere nec capere aliquod pedagium vel maltotam nec curariam pro aliquo ciue in Alex.vel pro aliquo forenſi ſiue extraneo ſiue collegio vel vniuerſitate niſi pro communi Alex.& niſi pedagium ſit communis & in cōe perueniat & tunc colligi poſsit & qui cōtrafecerit ſoluat quilibet & pro qualibet vice ſol.lx.ſaluis conuentionibus ſtrate & ſaluis conuentionibus pacis & pedagium q; acceperit vel collegerit perueniat in commune & quilibet poſsit eum accuſare & ſi bannum ſoluere non poterit banniatur in perpetuū de maleficio & ſi capi poterit puniatur in perſona niſi ſoluerit vt ſupra & hoc capitulū totū attendat ſine tenore & ripatum montiſcaſtri tantum quantum conſueuerunt accipere antiquitus ciues Alex.& capere conſueuerunt vbique impune & ſine aliquo banno.

¶ De mutando pedagerios.

ITem ſtatutū eſt ꝙ pedagerii ciuitatis Alex.qui ſtant ad pedagia colligenda mutentur & mutari debeant de quatuor in quatuor mēſibus & ille qui fuerit in illis quatuor menſibus non poſsit eſſe in toto anno ad dictum officium & hoc preciſſe & ſine tenore nullo ſtatuto huic obuiante & hoc locum habeat quando pedagia nō fuerint vendita per commune.

¶ Quod pedagerij teneantur aptare pontes.

ITem ſtatutū eſt ꝙ pedagerii vbicunq; ſint ad pedagium cōmunis poſsint & debeāt aptare & aptari facere omnes pontes ſuper quibus mercantie ducuntur in Ale.de auere communis ſecundum ꝙ eis melius & vtilius videbitur preciſſe & ſine tenore.

¶ De non colligendo aliquod pedagium ad pontem vel ad portas communis preter pedagia communis.

ITem ſtatutū eſt preciſſe & ſine tenore ꝙ poteſtas Alex.& capitaneus populi ſuique iudices & milites preſentes & futuri teneantur & debeant omnibus modis & cum effectu prohibere ꝙ in Alex.ad pontem tanagri vel ad portas cōis Alex.vel diſtrictu nō colligatur aliquod pedagiū per aliq̄ perſonā collegiū vel vniuerſitatem nec aliqd aliud quocunq; iure vel noie appelletur niſi tantūmodo pedagiū cōis Ale.& quod ad ipſum cōe ſpectat & per ipſum cōe colliget & hec oia & ſingula ſine tenore nec inde poſsit aliqua abſolutio in toto vel in parte peti vel concedi in conſilium vel arēgum cōis vel populi nec per dn̄m papam nec per aliq̄ pſonā eccleſiaſticā vel ſecularem & ſi aliquo modo aliqua abſolutio vel remiſsio fieret nō valeat ipſo iure immo predicta oia & ſingula ſemper & perpetuo durent & obſeruentur & maneant in perpetuā firmitate.Quod capitulum & omnia que continentur in eo poteſtas & eius familia pn̄s & futurus in perpetuum attendere teneatur preciſſe & ſine tenore nullo ſtatuto decreto vel ordinamento ſeu reformatione conſilii communis vel populi vel prouiſione obſtante & non audire aliquem dicentem vel allegantem contra pn̄s ſtatutum & punire contra facientes pro vnaquaque vice in lib.xxv.nulla compenſatione adhibita & non dare ſapientem alicui perſone contra formam pn̄tis ſtatuti non obſtantibus capitulis que loquuntur de dandis ſapientibus quod ſtatutum & omnia que continentur in ipſo poteſtas & eius familia attendere & obſeruare teneatur & ſi nō obſeruauerit amittat de ſuo ſalario lib.l.pro quolibet articulo neglecto vel omiſſo que perueniant in commune.

¶ De menſuratoribus ſalis quod nihil de ſale accipiant.

In denariis numeratis niſi minor fecerit xiiii. ānis vel niſi fuerit ad ſui defenſionē vel niſi fecerit ſeparādo vel parciendo vel piocū Si autē factum fuerit extra rixam & meditate ſoluat ꝑ bañ libras tricentas niſi fuerit minor quatuordecim ānorū Si vero In platea maiori vel in locum pro platea maiori intelectus ſiue habitis predicta facta fuerint ſoluatur duplum Et plateam Intelligimus citra beale & vltra & circa eccleſian maiorem & ipām eccleſiam vel porticus qui ſunt circa ipſam eccleſiam vſq; ad terminos ibidem poſitos pro cōmuni intra plateam & ſedimina platee coherentia & ectiā porticus domorum & vias que ſunt circa plateam & maiorē eccleſiā vſq; in muros ſiue parietes ipārū domorū extra ipos muros ſiue parietes & portic⁹ palatij veteris & abinde vſq; in plateā & via que vadit platea ante domū poteſtatꝫ vſque ad domū pavalionum & domū ſiue palatium cōis & porticus ſub quibus Iuſticia redditur & borlietum ꝙ eſt Iuſta palatium & domos omnes poteſtatis & curiam iporū domorū & ſedimia cōis cōtigua ipſis domibus Et ſic Intelligatur hic & vbique platea cōis nō in ſtatutis cōis vel populi de ea mentio habetur Et hoc idem tam in clerico q̄ in layco i clerico Intelligatur ſi habuerit vnde ſoluat de ꝓprio ſet nō de rebus eccleſie Et ſi nō habuerit vnde ſoluat de ꝓprio poteſtas teneatur accipere ꝑbendam ipius & tenere in cōi donec ſoluerit dānum & expellatur de ciuitute Alex & Iuriſdictione Et ſi nō ſoluerit bañ predictum bāniatur de maleficio Et ſi capi poterit tā clericus q̄ laycus Infra mēſem poſtq̄ captus fuerit ſi non ſoluerit ſupſcrita bañ amitat pedem vel manum Et ſi capi nō poterit bona ſua publicentur & pueiāt in comuni Et hec omnia ſupſcrita & ſingula poteſtas ateneatur atendeꝛ & obſeruare ſine tenore Salua libertate eccleſie in omnibus.

¶ De illo qui percuſſerit conciuen in collo ⁊ acollo ſuperius palma vel pugno;

ITEM quod ſi qs in aliquo loco cōciuē Iniurioſe In collo & a collo ſuplus palma vel pugno vel alio modo ſine gladio percuſſerit aut ꝑ capillos apiliauerit det pro bāno libras vigintiqnque & tantum minus quantum viſum fuerit poteſtati Inſpecta qualitate perſonarum inferentis Iniuriam vel percucientis & ſuſtinentis ſiue recipientis Iniuriam & qualitatem illate Iniurie & percuſſionis Intelligatur dicta pena & ſufficiat pro omnibps pugnis & palmis & aplicationibus capillorum factis in vna & eadem rixa & in vno & eodem Inpetu Et ſi a collo Inferius palma pugno Vel calcibus det pro banno libras decem in vna & eadem rixa vt ſupra Et predicta ſi faceret in platea maiori vel in locis ſuperius denotatis pro platea ſoluat duplum exceptis patribus & auis & proauis & filiis emancipatis & filiis in poteſtate conſtitutis & ablaticis fratrib⁹ & ſororib⁹ & patruis auūculis & nepotibus & filiis fratuū & filiis ſororū & aliis cōſanguineis germanis & eorum filijs & domeſtica pſona & familiari & matꝛ & filiab⁹ omnibus & nuri & pronuri & marito vxore & mulieribus omnibus inter ſe & in quacunque parte perſone ſe percuſerint niſi gladio ſe vlnerarēt in quo cauſa bene cernatur ac ſi maſculi feciſſent & niſi fecerint ad ſui deffenſionem, que defenſio ſit cum moderamine inculpate tutelle. vel cauſa diuidendi rixam vel piocum vel niſi ſit tutor vel curator illi.

ITem ſi a collo Inferius palma vel pugno percuſſerit det pro banno libras decem .& ſi calce percuſerit det pro banno libras xxv. & ſi in platea duplum & in locis ſupius denotatis pro platea exceptis ſupraſcriptis exceptatis & niſi fuerit minor quatuordecim anorum qui non teneantur in alquo de predictis caſibus. & hoc locum habeat in ciuilibus. ciues Intelligimus & vbique eos qui expendunt pro comuni, & ſoluunt Fodrum pro comuni & fuerit in ſcriptis extimi comunis, & omnes eos qui de Iure poſſunt & debent ciues appellari. ſi vero nō ſoluerint Fodrum pro comuni Alexañ, nec ſunt de Alexañ, Sed habitauerint in Alexañ, vel Iuriſditione per ſex ānos & aliquis eum percuſſerit & fecerit Sanguinem ſiue non vel eum Interfecerit ſoluat

bampnum vt in capitulo loquente de eo qui non ſit ciuis ſecundum diſtinctionem que in ipſo capitulo continetur niſi fuerit minor, x i i i j. annis. Saluo capitulo de homicidio facto in ciue non habitante in Alexandria.

¶ De illo qui Percuſſerit aliquem, vel Inſultum: fecerit, ſeu Occiderit, Vocatum ad Conſiliū Publicū vel Priuatū.

ITEM Qnod ſi qnis in nocte percuſerit vel inſultum fecerit ſeu occiderit aliquem de Ciuitaie vocatum ad conſilium publicum vel priuatum, vel qui ad conſilium publicum vel priuatum iret vel rediret ſeu in ipſo conſilio ſtaret vel reqſitum vt veniat ad poteſtatem vel capitaneum in Ciuitate Alexandriæ, vel alibi eſſet precepto, Poteſtatis vel Capitanei vel Iudicis, vel Militis Poteſtatis. vel Seu inde

rediret ſi ille percuſſus fuerit inde mortuus, puniatur percuſſor Ita quod ei caput amputetur & bona eius perueniant in comūe & publcata permaneant donec vixerit ipſo vero mortuo perueniant ad heredes tam ex teſtamento quam ab inſteſtato. Si vero inde non moriatur puniatur ac ſi in platea percuſiſſet, & ſi aſſalitus fuerit & non ꝑcuſſus puniatur qui aſſalti fecerit ac ſi in platea aſſaltin feciſſet. Item Intelligatur inuocatis per capitaneum populi vel ancianos ſeu precepto ipſorum ad cōſilium populi publicum vel priuatum & eodem modo puniatur offenſor vt ſupra. & hoc locum etiam habeat in eo qni percuſſerit vel iuſultum fecerit ſeu occiderit aliquem euntem ſtantē vel redeuntem ad aliquem ignem poſitum vel accēſum malo modo in ciuitate Alex. vel diſtrictus ſeu Iuriſditione, cauſa extinguendi vel adiuuandi dictum ignem, & hoc totum Imperpetuum atendatur ſine tenore.

¶ De auctoꝛe rixe Puniendo.

ITEM Si quis fuerit auctor alicuius rixe In qna homicidium perpetratū fuerit det pro banno ſi verbis & ſine gladio auctor fuerit libras quinquaginta in denarijs numeratis, & ſi cum gladio fuerit auctor det pro banno libras centum, in denarijs numeratis, & in platea duplum & in locis ſuperius pro platea denotatꝫ. & ille qui fecerit homicidiū puniatur vt in capitulo de homicidio contineꝛ, niſi fuerit minor quatuordecim annis, Si vero in ipſa rixa non fieret homicidium ſed feruta de qua ſanguis exeat det pro banno libras vigintaquinq; in denarijs numeratꝫ, & ſi ſanguis nō exierit libras decem, & qui ipſas ferutas fecerit puniatur ſecundum formam capituli ſuperioris quod Incipit. Item ſi quis in rixa & cet. Et ſemper auctor rixe ſoluat duplum ſi predicta fuerint in platea vel in locis platee ſuperius denototꝫ.

¶ Quod Poteſtas, Iudices, ⁊ Milites, ⁊ Conſules, Iuſticie, poſſint Inponere, bannum rixantibus.

ITEM Quod ſi Poteſtas, vel Iudices, vel Milites, ipſius vel Cōſules Iuſticiæ, ſuperuenerint alicui rixe que fuerint in Ciuitate vel in diſtrictu vel in aliqua Caualcata vel Exercitum inter Homines Alexandriæ, & eius diſtrictus poſſint Inponere bannū & penam & mulctam ſuper rixantes & eos qui interfuerit arbitrio ſuo ſecundū quod melius ei videbitur. & eam penam vel bānum & mulctam & illa ordinamēta q̄ quas ordinauerint ſtatuerint vel Inpoſuerint ſub rixa illa vel occōe illi⁹ rixe aliqt ꝑcipiēdo aliqb⁹ vel inter aliquos ratū eſt firmū ꝑmaneat. Itē obſueꝛ de quolibet q eēt alicubi ordinat⁹ loco pōtatꝫ vel cōſiliū vel q miſſ⁹ eēt ꝓ capitāeo aliquorū militū vel peditū

¶ Quod pōtas neq; eius familia percuciat aliquē de Alex.

ITEM Quod neq; poteſtas neq; ſui Iudices vel milites vel aliquis de ſua familia debeat aliquem de Alex. nec officialem nec ſaltariū percutere vel verberare vel ponere ad berlinas cū armis nec ſine armis niſi eſſent ī rixa vel ſturmo vel extra niſi eſſent in exercitibus vel caualcatis vel deſcheraret cum eſſemus in campis cū inimcis vel ſe partiret a confalone, & ſi aliquis ipſorum contrafecerit ſoluat pro banno lib. quinq;. & tantum diminuatur de ſalario ipſius poteſtatis Inſpecta qualitate perſone & ferute, & hoc totum ſine tenore.

¶ Quod nullus debeat ire cum armis ad domo rixantium.

ITEM Quod nullus debeat ire cum armis ad domos ſiue domos illorū inter quos fuerint rixe. & qui contrafecerit ſoluat pro banno libras decem pro qualibet vic ſi fuerit pedeſtus & ſi equeſtus libras vigintaquinq;.

¶ De non currendo ad arma occaſione alicuius rixe.

ITEM Quod ſi aliqua rixa vel epiglácia fuerit inter aliquos homines vel d̄ſonas in Ciuitate Alexandriæ, vel alibi intra Alexandriam vel campis ſeu vilis, caſſalibus aut locis diſtrictus Alex. quod nullus debeat currere ad arma, vel arma ſumere ſiue accipere, nec ire pedes vel eques ad ipſam rixam vel epiglanciam cum aliquibus armis ſiue armatus nec verſus illam partem, locum, villá, vel caſale, vbi rixa vel apiglancia fieret, vel diceret fieri, & ſi rixa fieret extra ciuitatem, debeat ire etiam ſine armis, & ſi quis contra predicta, vel aliquod predictorum veniret faceret vel iret, ſi vero fuerit eques ſoluat pro bampno lib. x x v. quilibet, & qualibet vice. & ſi fuerit pedes lib. x. in denariis numeratis. Ita quod nulla compenſatio admittatur, Quam penam & bampnum Poteſtas teneatur exigere infra quindecim dies poſtquam ei, vel ſuo Iudici, vel militi conſtiterit aliquam contra predicta feciſſe, ſeu iuiſſe, vel veniſſe, & ſi ille qui contra predicta vel aliquod p̄dictorum fecerit vel venerit non inueniatur ſoluendo, teneatur poteſtas infra tertiá diem poſt p̄dictos, x v. ipſum in bampno & pena ponere comunis vſq; in predictas quantitates lib. x x v. ſi fuerit eques vel lib. x. ſi fuerit pedes de quo banno non poſſit exire prius niſi ſoluerit ipſam penam & bannum in denariis numeratis, & hoc totum preciſe & ſine tenore, niſi predicta ſi fieret de mandato poteſtatis.

¶ De nō eundo in rixa cū armis in ciuitate vel diſtrictu Alex.

ITEM Si quis in rixa in Alex. vel in diſtrictu ſeu Iuriditione cum armis fuerit ſoluat pro banno libras decem, ſi fuerit pedeſter & ſi equeſter lib. vigintiquinq;, niſi fecerit parabola poteſtatis, & ſi poteſtas preconizari fecerit, vel preceperit quod aliqs nō vadat vel inde recedat poſſit auferr̄ vſq; in lib. q̄nq̄ginta cōtrafaciēti cuilibet.

¶ De nō exeundo ciuitatem vel locum aliquem cum armis, in offenſione vel defenſione alicuius.

ITEM Ad conſeruationem boni & pacifici ſtatus Ciuitatis Alex. & diſtrictus, Statutum eſt quod aliquis de Alex. vel diſtrictus vel alius vndecōq; ſit nō audeat nec p̄ſumat exire ciuitatē Alex. vel villá ſeu locū aliquē eiuſdē diſtrict⁹ cū armis in offenſionē vel auxiliū alicui⁹ pſone vel vniuerſitatis abſq; ſpeciali licētia & exp̄ſſo mādato pōtat̄ vel cap. dicte ciuit. & q̄ ꝯfecerit ſi fuerit eq̄s dt ꝑ bañ lib. cc. & ſi fuit peds lib. c.

quas penas ſi ſoluere non poterit contrafaciens pedis amputatione multetur, & dn̄o poteſtas & eius Iudex hác baylam & arbitrium inquirendi & procedendi cōtra quoſcūnq; atemptantes vel facientes vel feciſſe notatos contra predicta & puniendi in hauere & perſona vt dictum eſt. & hoc totum preciſe & ſine tenore ſtatuto alio non obſtante, & ad predicta diuulgenť per ciuitatem & diſtrictum Alex. Infra q̄ndecim dies introitus regiminis poteſtatis, & hoc capitulū factū fuit, M. CCC. VI. Inditiōe. 4.

¶ De nō portando vel habendo in rixa arcū vel baliſtam.

ITEM Quod ſi quis in rixa in ciuitate vel in diſtrictu ſeu iuriditione Alexādriæ arcum vel baliſtam portauerit vel habuerit det pro bāno lib. ducentas & tātum plus quātum in capitulis de ferutis continet, & ſi nō habuerit vnde ſoluat ponatur in bāno de quo nō exeat niſi eo ſoluto, & ſi haberi poterit manus eius abcidat ſi dictum bānum nō ſoluerit infra dies decem poſtq̄ captus fuerit & qui lapidem traxerit ſoluat pro banno libras decem.

¶ De nō ex̄hendo lapidem vel cutellum vel aliquid, aliud vnde nocere poſſit vel detineri ſeu domo.

ITEM Quod ſi aliquis Iniurioſe traxerit de turri domo vel belfredo lapidem vel cutellum vel ailquod aliud vnde nocere poſſit in via publica vel ſuper domum alicuius quod turris domus vel belfredum deſtruatur vſque in terram & fundamentum ipſius domus vel turris vel ſoluat dn̄s turris vel domus lib. centum in denariis numeratis ꝑ quolibet qui Alex. de ipſa domo vel turri vel belfredo, infra dies xv. a die condemnationis facte vel cōſignet illum poteſtati qui traheret & eum in cuius fortia tradat qui tradens eandem penam ſuſtinat quá ſi nō ſoluerit in denariis numeratis amputeť ei manus vſq; ad dies decem poſtq̄ fuerit in fortia pōtatis traditus. Excepto ꝙ ſi dn̄s turris foret aſſaglitus vel obpugnareť ad domum ſuá vel turrim ſuam vel in qua habitat traheret ad ſui defenſiō Ita tamē quod nō trahat ſuper domnm alicui⁹ vel in curia alicuius niſi de domo illa vel de illa turri vel curia vel via ſibi traheretis vel offendentur. & qui contrafecerit ſuſtinat predictam pená & p̄dictum bánum.

¶ De non extrahendo lapidem ſuper domum, vel in curiam alicuius vel cun arcu, vel cum baliſta.

ITEM Quod ſi quis traxerit Iniurioſe de nocte ſuper domum vel curiam alicuius lapidem ſoluat pro banno lib. x x v. & ſi cū arcu vel baliſta traxerit ſoluat libras quinquaginta etiam ſi non percuſſerit, & ſi percuſſerit det pro banno lib. centum & tantum plus quantum in capitulis de ferutis cōtinetur. & ſi bannum ſoluere non poterit ponatur in banno de quo non exeat niſi ſoluto banno & bona eius publicentur comuni Alexaudriæ, & ſi capietur man⁹ eius dextra amputetur niſi bannum ſoluerit ſupra dictum.

¶ De illo qui de nocte in hoſtio domus alicuius, dederit vel percuſſerit.

ITEM Si quis de nocte in hoſtio domus ſiue columnis vel porticus alicuius dederit vel p̄cuſſerit gladio vel percuti fecerit det ꝑ bāno libras vigintiq̄nq; & liceat ei in domo cui⁹ lapides ꝓiecti fuerint vel hoſtia ſeu colúne p̄cuſſe fuerit vel cū arcu vel cū baliſta vel in qomo tractū fuerit ꝓbať ꝑ pugná cōtra eū de quo diciť extraxiſſe vel extrahi feciſſe, & ſi ille cōuict⁹ vel cōfeſſus fuerit de predictis vel de aliquo predictorum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ſoluat bānum predictum & omnes expēnſas qua ille qui eum cōuincerit vel conuicti fecerit. & ſi predictum bānum & penam & expenſas ſoluere & reſtituere non poterit amitat pedem vel manum,

¶ De modo puniendi qui ad domum alicuius iniurioſe iuerit cun armis,

ITEM Si quis ad domum alicuius iniurioſe cū armis iuerit ſit in bāno libr, xxv, & ſi domū vel curiā intrauerit vel colūnis vel in clauſuris ꝑcuſſerit actor audax ſi ꝑcuſſerit det pro bāno libras centum. & quilibet qui cū eo iuerit & ꝑcuſſerit libras qnquaginta, & ſi capi poterit & nō ſoluerit dicta bāna infra decē dies poſtq̄ capti fuerint amitat membrū vnum pro quolibet. & ſi capi nō poterit ponant in bāno lib. de malleficio vſq; in quātitates predictas ſecūdū ꝙ ſuꝑius deſtincte ſunt de quo nō exeant niſi ſoluto bāno,

¶ De incendio ⁊ igne furtiue poſito ⁊ vinee inciſionem,

ITEM Quod poſuerit ignem in domo alicuius vel in aliqua alia re exiſtēte in dicta domo vel curia ad q̄ iniurioſe iuerit det pro bāno libras qngētas in denariis numeratis & damnū ei datū vel factū ꝓpter incēdium vel alio mō in reb⁹ ipi⁹ emēdet in duplū ei⁹ ꝙ valerēt res amiſſe vel deguaſtate. & ſi ſoluer̄ nō poterit p̄dictū bānū & mēdam & pōtas eū capere poteri: capite puniat̄ Itaq; ei amputetur caput infra decē dies poſtq̄ capt⁹ fuerit, & ſi hēri nō poterit ponat̄ in bānū p̄dicto lib qngētarū de malleficio & in q̄ntitate damni dati & extimati & in duplū de quo nō exeat niſi p̄dicta ſoluerit. Eodē mō tēeat̄ emēdar̄ dānū datū vel factū vicino vel vicinis p̄dicta occaſiōe Si vero poſuerit ignem in aliq̄ re poſita extra domū vel curiā alicui⁹ ſoluat ꝓ bāno lib. trecētas & emendet damnū in duplū & puniat̄ vt ſup̄. Eodem mō & forma puniatur ille q incendiū fecerit furtiue de nocte ſeu inciderit vineā alicui⁹ vt dictū eſt ſup̄, Hoc idem in omnib⁹ intelligat̄ ponēcib⁹ ignem malicioſe in q̄cūq; re quocūq; modo,

¶ Quod nullus vadat armatus ad aliqꝫ incendium,

ITEM Quod ſi in ciuitate Alex, de die vel de nocte cōtingeri ignē poni vel eſſe ꝙ abſit in aliquo loco dicte ciuitatis ꝙ nulla ꝑſona audeat vel ꝑſumat aliquo mō ire cū armis ad ip̄m ignē ſub pena librarū qnq̄ginta ꝓ quolibet cōtrafaciēnte ſi de nocte fuerit. & ſi de die lib, xxv. & dn̄s pōtas teneat̄ & debeat mitere de ſua familia ſemp in dicto caſu ad locū in quo eſſet ignis & diligit ingri facer̄ portātes arma & munites cōdēnar̄ & cōdēnation̄ exiger̄ i pecunia numerata, & arma itelligāt offenſionis. Saluo quod liceat ſcutū ceruelariā & q̄nlibet armaturā capitis cuilibet portar̄ & furcā ferream. & hoc totū ꝑciſe & ſine tenor̄, & p̄dicta legāt ſemel in arengho.

¶ De homicidio facto in rixa vel ex̄ puniendo,

ITEM Quod ſi qs in rixa fecerit homicidiū in ciuitate Alex, ſiue Iuriditiōe Alex, vel alibi ſiue cōciue Alex, i ciuitate habitātē vel aliōi vel vaſſalū obſeruātē pacta & cōuentiones cōis Alex occiderit bāniat̄ in lib, qngētis de quo bāno nō exeat niſi prius a parte iterfecti pacē hūit & ꝓ bāno ſoluerit lib, qngentas in denariis numeratis cōi Alex. & cū cōi concors fuerit, & exinde nō morabit̄ in ciuitate Alex. nec alibi Iuridictiōe Alex ipe q homicidiū fecerit, niſi volūtatem partis interfecti & frūm & patrui & auūculi & cōſanguineorū germāorū & ex parte p̄ris & matris & nepotū id erit filiorū f̄ris vel ſororis ex vtroq; parēte ex parte p̄ris filiorū mortui & ablaticorū & ſi

Interfectus non habebit parentes & parte patris ille qui interfecerit non morabitur in Ciuitate ſine voluntate parentum ex parte matris vſque in ſex de propinquiorib⁹ & hoc modo intelligatur pars interfecti. Si vero in rixa filius alicuius vel ablaticus in poteſtate patris vel aui conſtitutus homicidium fecerit ſoluat pro banno libras quingentas & bānitur vt ſup̄ & ſi predictū bānum homicida non ſoluerit & capi poterit capite puniatur ita quod caput ei amputetur infra decem dies poſtquam captus fuerit & ſi quod bānum datum fuerit contra hanc formam ſit caſſum & caſſari debeat & ſi pater pro malleficio filii expulſus fuerit de ciuitate vel de ipſa ciuitate exiuerit poſſit libere & ſecure redire & ſtare in Alex & diſtrictu ſine aliquo gra vel pena Si vero in platea maiori hoc fecerit vel locum pro platea ſuperius denotatis ſoluat duplum. & ſi bānum non ſoluerit & haberi poterit capite puniatur, ita quod amputetur ei caput, & hoc totum ſine tenore, & ſi aliquod capitulum contra iſtud eſſet ex nunc ſit caſſum & invtile nec per conſilium vel arenghum poſſit remoueri. Si vero aliquis maior quatuordecim annis occiderit conciuem meditate & capi poterit capite puniatur, itaquod amputetur. ſi vero capi non poterit bāniatur in libras mille in denariis numeratis & bona eius omnia perueniant in comune & publicent̄ & publicata permaneant donec vixerit homicida, poſt vero mortem homicide bona ad ad ipſius heredes perueniant ex teſtamento quam abinteſtato & ſi capiet̄ & venerit in fortiis comunis capite puniatur vt ſup̄, ſi autem in platea vel loc⁹ pro platea intellectis predicta facta fuerint duplicetur bānum. & qui meditate aliquem ciuem interfecerit vt ſup̄ capietur poſt bānum ſibi datum vel ante capite puniatur, itaquod caput ei amputetur infra decem dies poſtqnam condemnatus fuerit, & ſi condemnatus fuerit & terminus cōdemnationis elapſus erat amputetur ei caput infra dies qnq; a die captionis, & hoc obſeruetur tam in homicidio facto quam in rixa quam extra niſi pacem fecerit con patre interfecti & ſi patrem non habet cū filiis fratribus & conſanguicis germāis ex parte patris & patruis, & dictū bānū ſoluerit i dēariis numeratis & quilibet eorum qui fuerit con eo qui meditate occiderit non prohibēs eum poſſet det pro banno libras centum & nihilominus puniatur ſi rixam con eo vel percuſſionem fecerit ſecundum formam capitulorum, & hec omnia intelligatur ſi percuſſor non fecerit predicta ad ſui defenſionem, & ſi defenſio ſit con moderamine inculpate tutelle, & hoc totum ſine tenore & quod in omni delicto pene teneat tantum ſuos autores & vltra non extendantur.

¶ De non faciendo Fazuras.

ITEM Statutum & ordinatum eſt quot aliqua perſona de Alex. vel deſtrictus vel vniuſcunq; ſit in Alex. vel diſtrictu nō poſſit audeat vel proſumat facere vel fieri facere aliquas fazuras vel ei vti artem magicam ſacrilegia cantationes ſeu denunciationes nec pumblatas, & qui contrafecerit puniatur arbitrio dn̄i poteſtatis inſpecta qualitate perſonarum & negocii, & ſuper predictis dn̄s poteſtas & eius iudices hēant poteſtatem auctoritatem & merum & largum arbitrium inquirendi & procedendi & puniendi ad ſuam omnimōda voluntatem.

¶ De puniendo illum qui poſt pacem fecerit homicidium.

ITē ꝙ ſi qs poſt pacē vel treguā factā ab amicis vel parēt b⁹ aliqꝫ interfecerit meditate bāniat̄ imꝑpetuū & eius bona ꝑueniāt in cōe & publicatā donec vixerit homicida poſt vero mortē ei⁹ ꝑueniāt ipa bona ad heredes tā ex teſtamēto q̄ abinteſtato & i bañ pōat̄ de libris mille ſi capi nō poterit & ſi i fortiā cōis hēri poterit capite puniat̄ itaq; capite ei amputet̄ ifra qnq; dies poſtq̄ capt⁹ fuerit & ſi termin⁹ bāni vel cōdēnatiōis nūdū cucurreāt amputet̄ ei caput ī, terminū cōdēnatiōis, & ſi poſt pacē ꝑcuſſit meditate itaq; ſāguis exeat ēt ſi nō moriat̄ cōdēet̄ & bāiet̄ i lib, ccc, & ſi i fortia comunis haberi poterit manũ cum qua ꝑcuſerit amitat vel predictum bãnum ſoluat in denariis numeratis infra decem dies poſtquã fuerit captꝰ vel cõdẽnatus ſi vero ꝑcuſerit aliquo mẽbro debilitauerit & vel ꝑcutiens capi & haberi poterit in fortiam communis & poteſtatis debilitetur ipſe parcutiẽs eodem mẽbro quo percuſſum debilitauerit & nihilominus dictum bãnum ſoluere teneatur ante quã exeat de fortia poteſtatis & communis Et ſi ꝑcuſerit & ſãguis nõ exiuerit ſoluat ꝓ bañ libras ducẽtas ĩ denariis numeratis & ſi capietur amputet ei manum niſi dictum bañ ſoluerit infra decem dies poſtquã captus fuerit Et ſi inſultũ fecerit & nõ ꝑcuſerit ſoluat ꝓ bañ libras centum in denariis numeratis de quibus penis & bãnis teneatur minor quatordeci annis & poteſtas teneatur facere teneri firmas & ratas & atẽdere paces & treguas factas inter ciues Alex. & conuentiones habitas in ipa tregua & pace ſi ide fuerit requiſitus Et ſi fecerit ĩ platea vel locis ſupius ꝓ platea denotatis ſoluat duplũ Si vero poſt pacem vel treguam factã vel ipoſitam a poteſtate vel eius Iudicibus vel conſulibus occiderit puniatur vt ſupra eodem capitulo continetur Et ſi ꝑcuſerit & ſãguinẽ fecerit vel nõ puniatur ſecũdum ꝙ ĩ capitulo de rixis cõtinetur & ſoluto bãn ſoluere teneat̃ penã bãna Inpoſita vel Inponemda a poteſtate vel eius Iudicibus vel cõſulibus Qui poteſtas vel eius Iudex aut Iudices vel conſules penã poſſint Inponere omnibus ciuibus Alex. ne offendãt ſe adinuicẽ vſq; ĩ quãtitatẽ librarũ, c c. & plus ad volũtatem poteſtatis medietatẽ cuius pene hẽat & hẽre dẽat cõe Alex. & aliam medietatẽ hẽat & habere debeat ille cui facta ſit offenſio ſi viuit & ſi mortuꝰ fuerit filii eius eam habeant & ſi filii nulli ei ſup fuerit aliter pars illius cui facta fuerit offenſio ꝑuẽiat ad ꝓpinquiores ex parte patris Quibus aũt deficiẽtibus ꝓpinquiores ex parte matris & ſi dictũ bãnũ & pena nõ ſoluerit ponatur ĩ bãn de maleficio vt ſupra de quo bãn nõ exeat niſi prius ſoluerit dictã penã & bãn & ſi capi poterit teneatur ĩ forcia cõunis ĩ carceribus Et ſi dictã penã & bãn, nõ ſoluerit poſtquã captus fuerit puniatur vt ſup̃ & hoc capitulũ atendatur ſine tenore.

¶ De modo puniendi illum qui non ſit de Iuriditione Alexã.

Item ſi qs huius ciuis cuius vel aliqs de noſtra Iuridiciõe vel aliũde ꝑcuſſerit vel iterfecerit aliquẽ q nõ ſit de noſtra iuridiciõe poteſtas Alex, tenẽatur ei auferre tãtũ quãtũ daret ꝑcuſſus vel aliqs q eẽt de ciuitate vel loco vñ eẽt percuſſus ſi ꝑcuſerit vel Interfecerit aliq̃n ciuem Alex. vel Iuridiciõis & poteſtas debeat ĩq̃rẽ ad melius q̃ poterit q̃tum ſoluerẽt ille de cuius loco fuerit ꝑcuſſus vel interfectus ſi ꝑcuteret vel ĩterficeret aliq̃n hominẽ ciuẽ Alex. Eo ſaluo ꝙ ſi aliqs ciuis Alex. ꝑcuteret vel interficeret aliquẽ hominem alicuius marchionis comitis vel caſtellani vel alicui loci q nõ teneatur de õibus maleficiis facere rationẽ ĩ Alex. ꝙ nõ poſſit portare ſeu amitteř maius bãnum vel penam quam ſi percuſiſſet aliquem ciuem alicuius ciuitatis Imo tantũ minus quãtum ille marchio comes vel caſtellanus vel baronus vel ille locus auferet ſuo homini ſi percuteret vel interficeret aliquem ciuem Alex. vel diſtrictus.

Et Si inuenire vel ſcire poterit ciuis Alex. vel de Iuriditione alex. ſoluat pro banno libras ducentas, ſi fuerit mortuus, & ſi percuſſerit & ſanguinem fecerit libras decem, & ſi menbro eum debilatauerit det pro banno libras quinquaginta, Si vero percuſerit & ſanguinem non fecerit nec menbro debilitauerit & pro banno libras tres, & eodem modo & forma puniatur de percuſione vel iniuria facta ei Si vero venientem ad mercatum vel feriam interfecerit poteſtas teneatur & auferre libras ducentas, & Idem, intelligatur ſi in aliis diebus veneris rediens vel ſtans portauerit vel reportauerit mercantias, & ſi percuſſerit & ſanguinem fecerit poteſtas teneatur & auferre libras decem tantum, & ſi percuſſerit, & non fecerit ſanguinem det ꝓ bañ

libras tres. Si quis vero ambaſſatorem alicuius loci qui non ſit de noſtra iuriſditione percuſſerit & interfecerit perinde puniatur ac ſi in ciue percuſiſſet vel interfeciſſet & hoc ſine tenore & ciues intelligantur omnes officiales communis Alex.

¶ Quod liceat meditate agreſſo vel percuſſo ſe defendere.

Item ſi quis medietate aliquẽ percuſſerit vel aſſalierit cum gladio ferreo vel eneo vel alio tello ſeu armis liceat percuſſo ſiue aſſalito ſe defendere & inſultantem ac percutientẽ percutere incontinenti & ipſo inſtanti abſq; pena aliqua & ſi quis in auxilio illius qui percuſſus ſiue aſſalitus fuerit incontinenti percuſserit vel aſſalierit nõ ſoluat banna aliquod neq; penam aliquam inde ſuſtineat,

¶ De illo qui inuenierit aliquem in domo vel curia ſua.

Item ſi quis ciuis vel habitator Alex. vel de nr̃a iuratiõe vel aliqs de eiꝰ familia inuenerit aliquẽ de nocte in domo vel in curia ſua vel in qua habitat & eum interfecerit vel vulnerauerit in ipſa domo vel in curiam non teneatur nec propter hoc poſſit puniri in hauere vel perſona idem intelligatur ſi inuenerit aliquẽ furtiue de die in domo ſua vel curia Si vero ipm̃ detinuerit & p̄tãs pñtauerit vel p̃dicta ꝓbare poterit ſi in nocte fuerit p̄tãs teneat ei auferre qui inuentus fuerit in aliena domo vel curia libras centũ ꝓ bañ, in denariis numeratis & ſi in die fuerit liberati vigintiquinq; in denariis numeratis & ſi predicta banna ſoluere non poterit amitat pedem vel manum.

¶ De modo puniendi laicum clericum offendentem.

Item ſi laicus verberauerit ſeu vulnerauerit vel percuſſerit aliquẽ clericum ſeu interfecerit ſeu iniuriam ei fecerit talem penam tãtummodo patitur quale clericus ſuſtineret de iure ſi faceret contra laicum in aliquo articulo de predictis.

¶ De fidantia data a poteſtate aliqui non rumpenda.

Item ꝙ ſi aliqs rũperit fidantiã alicui datã ꝑ p̄tãtem vel capitaneũ vel ꝑ nuntiũ alicuius eorũ vel volũtate conſilii gñalis inde facti alicui venienti in ciuitate puniatur vſq; in lib̃ vigintiquinq; & plus & minus q̃tum p̄tãti viſum fuerit inſpecta qualitate pſone & delicti & offenſi & nihilominus teneatur ad reſtitutionem rerũ oĩm ablatarum vel amiſſarum cum pena legali eo ſaluo ꝙ ſi percuſſerit cum ſine gladio vel cũ gladio aut interfecerit puniat̃ in ſingulis caſibus & delictis ac ſi ciuem Alex. percuſiſſet vel occidiſſet & hoc ſine tenore eo ſaluo quod dicta fidantia reperiatur ſcripta in libro cõis per officiales ipſius & aliter non puniri poſsit,

¶ De illo qui ad domum alicuis inſultum fecerit.

Item ſi aliquis manu armata & iniurioſe iuerit ad domum alicuius propriam vel conductam vel in qua habitat & contra eum inſultum fecerit vel aggreſſum puniatur in libris ducentis quas ſi non ſoluerit amputetur ei manus.

¶ De fure ⁊ raptore puniendo.

Item ꝙ ſi aliquis in Ale in iurãtione vel diſtrictu in die rapuerit vel furatus fuerit aliqd ꝙ valeat ſoldos decẽ vel infra det pro banno ſoldos centũ & furtũ & dãnũ ſcđm ius reſtituat & emẽdet. ¶ Et ſi bãnũ & reſtõnẽ ſoluere nõ poterit puniat̃ ĩ pſona ſecundum quod videbitur poteſtati coqui eum faciendo vel fuſtigari per plateas & vicos ciuitatis Alex. ſeu poni in berlinis vel ei oculum extrahi faciendo inſpecta qualitate furis furtum vel rapinam facientis niſi fuerit minor quatuordecim annorum. ¶ Et ſi furtum fecerit vltra ſolidos decem vſq; in ſoldis quadraginta & de ſoldis quadraginta ſoluat pro banno lib. vigintiquinque. ¶ Si vero furtum vel rapinam fecerit a ſoldis quadraginta .ſ. vſq; in libris decem ſoluat pro banno lib. l. & furtum & rapinam & damnum in predictis caſibus emendet ſecundum ius. Quod ſi nõ fecerit & ſoluerit vt ſupra in perſona puniatur videlicet quod amitat pedem vel manũ in electiõe poteſtatis. ¶ Et ſi a libris decem ſupra cuiuſcunque fuerit quantitatis puniatur in libris centum aut pedem vel oculum amittat. ¶ Si vero furtum vel rapinam fecerit in nocte puniatur in perſona videlicet oculos ei extrahi faciendo vel ſoluat bannum lib. ducentarum cuiuſcunque rei vel quãtitatis furtum ſit & damnum cum pena legitima reſtituat. ¶ & ſi de pluribus factis furtis tam de die quam de nocte conuictus vel confeſſus fuerit & bannũ non ſoluerit in qualibet cauſa vt dictum eſt ſupra poteſtas teneať & debeat penam corporalem imponere videlicet ꝙ faciat ipſum furchis ſuſpendi per gulam ita quod moriatur. ¶ Si quis vero de nocte furtiue ruperit vel rumpere tentauerit domum parietem ſeu murum vel aliam clauſuram domus alicuius vel hoſtium ruperit vel aperuerit aliquo modo pro ipſa ruptura ſeu apertura vel a temptatiõe det pro banno lib. trecentas quas ſi ſoluere non poterit ad furchas ſuſpẽdatur per gulam ita quod moriatur ac ſi feciſſet licet non intrauerit vel furtum aliquod ibi non fecerit ¶ Et ſi inde aliquid fecerit de predictis ſoluat pro banno libro centum. Quas ſi ſoluere non poterit perdat manum vel pedem quod ſit in electione poteſtatis.

¶ Si quis in ſtrata vel alibi fecerit rapinam ſeu robariam ſoluat pro banno libras quingentas & rapinam & damnum ſecundum ius reſtituat & emendat quod ſi non fecerit corporaliter puniatur videlicet quod furchis ſuſpendatur per gulam ita quod moriatur & ſi de pluribus robariis in ſtrata vel alibi factis fuerit conuictus vel confeſſus pro qualibet robaria puniatur & condemnetur vt ſupra Et ſi pena ſeu bannum in pecunia numerata non ſoluerit & reſtitutionem non fecerit vt ſupra dictum eſt in omnibꝰ & ſingulis caſibus ſupradictis poteſtas teneatur eum punire vt ſupra corporaliter infra tertiam diem poſtquam captus fuerit & fuerat condemnatus & terminus condemnationis elapſus alias eo elapſo. Et ſi condemnatus non fuerat & capietur & per poteſtatem vel iudicem de crimine fuerit confeſſus ſeu conuictus poteſtas teneatur & debeat eidem confeſſo ſeu conuicto ad ipſius defenſionem faciendam quinque dies pro termino aſsignare. Quibus elapſis quinque diebus & defenſione nulla & nõ legitime facta teneatur poteſtas ipſum condemnare infra duos alios dies proxime ſubſequentes ad penam pecuniariam ſoluendam vel corporalem ſuſtinendam vt ſupra declaratũ eſt pro mõ criminis & qualitate delicti vt ſupra infra tres dies ꝓximos ſubſequentes & infra tres dies proxime dictos pro cõdemnationis termino aſsignatos realis pena nõ fuerit per ſoluta communi poteſtas die quarto proximo ſequenti ipſam corporalem penam faciat executioni mandari in omnibus articulis & caſibus antedictis & eodẽ modo ſtatutum eſt quod ſi quis receperit furem vel furtum vel rapinam ſeu raptorẽ quod puniatur pecunialiter corporaliter & perſonaliter ſecundum quod de raptore & de fure dictum eſt. Et hoc totum habeat in furtis & rapturis non pertinentibus ad maſer guaſtantium. Et hoc totũ preciſe & ſine tenore nullo ſtatutorum ordinamẽto reformatione vel prouiſione ſeu conſuetudine aliquibus faciendis in contrarium obſtantibus.

ITem ſtatutũ & ordinatum eſt ꝙ quotiens aliquis malefactor ex ſententia & condẽnatione facta vel facienda per. D. poteſtatem Alexã. occaſione alicuius maleficij debuerit furchis ſuſpendi quod dominus poteſtas & eius familia vinculo ſacramẽti & pena librarum quinquaginta ſui ſalarii teñ. & debeant ipſum cõdemnatum vel condemnanda

demanda ſuſpendi facere ad furchas ꝑ gulam cũ catena ferrea & nõ con corda vel capiſtro canapis vel alio modo niſi cũ ipa catẽa ferrea tantũ & ꝙ aliq̃ ꝑſona non audeat vel ꝑſumat ipum ſuſpenſũ a furchis deponere vel deponi facere aliquomodo vel ingenio ſu eã cũ licentia poteſtatꝭ vel familie vel alterius ꝑſone vel ſine ſub pena librarũ ducẽtarũ de maleficio Et quilibet poſſit acuſare & denũciare poteſtati vel eius Iudici & ꝑpetuo in credẽtia teneať & hẽat medietatẽ dicte pene que perueniet & ſolueť cõi Et poteſtas teneať p̄dicta facere legi in qualibet concione in qua fiet & executioni mandabiť aliq̃ ſententia corporalis de ſuſpenſiione alicuius malefactoris faciẽda Et hoc totũ p̄ciſe & ſine tenore.

¶ De illo ꝗ derobauerit vel manũ poſuerit In ꝑſonã alcuiꝰ ciuis tẽpoꝛe pacis.

ITem ꝙ ſi alqs derobauerit aliquẽ de Alex. vel poſuerit manũ in ꝑſonã alicuiꝰ ciuis Alex. tẽpoꝛ pacis & reptus fuerint in Alex. poteſtas teneať dictum derobatorẽ capere & capi facere & ꝑſonalr̃ detinere donec reſtituerit robariã ſi p̄dictus derobatus ꝓbare poterit p̄dictum derobatorẽ ipum derobaſſe alioqui abſoluať.

¶ De illo ꝗ violauerit vel rapuerit aliq̃ mullierem.

ITem ſtatutũ ꝙ ſi aliquis in ciuitate Alex vel diſtrictu rapuerit vel violauerit vel pere ſeu violare temptauerit aliq̃ mullierem vel feminã ſoluat pro bãno libras ducentas in denarijs numeratꝭ ſine aliqua cõpenſatione niſi fuerit publica meretrix cuius pene ſiue bañ medietas ꝑueniat in mullierem vel feminã raptam vel violatã ſeu rapi vel violari temptatã & alia medietas in cõe Et ſi iſtud bañ ſoluere nõ poterit teſticuli ei extrahanť Et ſi haberi nõ poterit bãniať vt ſup̄ in librꝭ ducentꝭ de maleficio & de hoc bañ nulla poſſit fieri compẽſatio de quo nõ exeat niſi ſoluto bañ & cõcors fuerit cũ muiliere vel femina & amicis eius & niſi fuerit publicata meretrix Et ſi aliqs violauerit vel rapuerit aliq̃ mullierẽ vel feminã forenſem in poderio vel diſtrictu Alex. ſoluat ꝓ bañ libras cẽtum niſi fuerit publicata meretrix Et p̄dicta bãna ſint in denarijs uumeratꝭ Et hoc totũ atendať ſine tenore Et ſi aliquis cognouerit aliq̃ mullierẽ volentẽ q; nupta ſit & ſit de Alex. vel diſtrictu ſoluat ꝓ bañ lib. c. ſ. & ſi nõ habuerit vlrum lib. x v. Si vero forenſis ſponte cognita in nullo teneatur.

ITem ꝙ ſi conſtiterit poteſtati dũ aliqua mullier ſiue femina cõſiſterẽt in fortia ipius vel cõis eã aliq̃ voleutẽ vel inuitam carnalr̃ cognouiſſe puniať in libris quingentꝭ qualibet vice vel caput amputeť ita ꝙ a corpore mutileť niſi ſoluerit penã ipam.

¶ Quod poteſtas poſſit Inquirere ⁊ ꝓcedere omnino contra famoſos latrones.

ITem ꝙ ſi contingeret ꝙ ad manus ſiue fortiã dñi poteſtatꝭ ꝑueniret aliquis famoſus latro raptor ſiue derobator vel receptator furtorum rapinarũ & robariarum vel alicuius eorum de quo eẽt publica vox & fama talẽ eſſe vt dictum eſt tunc ipe dñs poteſtas poſſit & ei liceat ſi huiuſmodi delicti & delictorũ ac taliũ delinquẽtium veritas lucide neq;at reperiri ingrere & ꝓcedere contra talẽ vel tales famoſos latrones fures raptores vel robatores vel receptores eorũdẽ ꝑ omnẽ modum & viã quẽ & q̃ eidẽ videbiť ad ſuã liberã voluntatẽ Condemnãdo ſemp ipos ſecũdun formam ſtatuť cõis & hoc p̄ciſe & ſine tenore ſtatuto aliquo nõ obſtãte Saluo caplo ſup̄ poſito ꝙ eſt ſub rubrica de nõ ponẽdo aliquẽ ciuẽ ad curſũ.

¶ Qꝺ cõmunitas villarũ ⁊ locorũ Alex. teneãť ad reſtitutionẽ robarie. In quoꝝ territorio facta fuerit niſi denũciauerint.

ITEM Ad hoc maleficijs facilius obuleť & vt malfactoribꝰ malus & durius obstaculū opponať & iuris rigor cōtra illos & fautores eoꝝ vlteriꝰ se diffondat statutū & ordinatū est ꝙ si aliq̄ robaria seu rapina furtū vel captio facta seu comissa in districtu Alex. in ꝑsona vel de ꝑsona alicuiꝰ de Alex. vel districtu vel aliūde vndecūq; sit per aliq̄ ꝑsonā bampnitū ꝙ cōitas illius ville casalis castri vel loci cōitatꝫ aut vniuersitatꝫ vel quocūq; alio nōe censeātur vel appelleť dūmodo sita situm vel situs sit in districtu Alex. de foris ciuitatis in cuis teritorio posse vel districtu facta fuerit teneatur in personis vel rebus seu alio quocūq; modo de carcere exire pōtas teneatur ea auferre ꝓ q̄libet vice & ꝓ quolibet de p̄dictis Infrascriptis lib. xxv. tā illis qui miserunt q̄ illis qui portauerint seu qui dederint aliquid de predictis. & si opere cōsilio vel adiutorio alicuius aliquis incarceratus aufugerit vel a carceribus i vel furtiue recesserit ille cuius ope auxilio seu adiutorio recesserit vel aufugerit habeat & sustineat illā penā corporalem siue pecuniariam ille q recesserit debuerat habuisse vel sustinuisse & sit in eadem dānatione & pōtas teneatur ex officio suo super predictis omnibus diligenter Ingrere veritatem tam ab incarceratis quam ad alijs & atendere & obseruare oia supra scripta sine tenore. & hoc precise & sine tenore.

De priuato carcere non faciendo.

ITem ꝙ si aliquis in ciuitate Alex. seu eius districtu caperit aliquam ꝑsonam seu capi fecerit & cōtra suam voluntatem in domo aliqua seu aliquo alio loco priuato capta tenuerit ita ꝙ recedendi nulla habeat pōtatem in lib. mille & si captam roborauerit seu redimi fecerit vltra predictā penam. condēneť in restitutione rerum ablatarum & redemptionis facte p capitaneū. Quas si non soluerit capitis āputatiōe mulctetur. Idem in omnibus & per oia Intelligatur si quis de Alex. vel districtu aliquā personam ceperit vel tenuerit modo p̄dicto vbicūq; & in quacumq; loco ceperit seu tenuerit in districtu Alex. seu extra.

De non tondendo monetam.

ITem ꝙ aliq̄ ꝑsona vndecūq; sit siue ciuis siue extranea in ciuitate Alex. vel Iurisdictiōe non debeat tondi seu tondi facere aliquam monetam. & pōtas toto tēpoř sui regiminis teneatur q̄m subtilius poterit per se & suos Iudices inquirere illos q tondunt monetā. & si per suū officium vel alio modo repertū fuerit ꝙ aliquis tondat monetam pōtas ponat ipsum in bañ lib. centum. quas cōi in denarijs numeratis soluere teneatur. & si soluere non poterit amputetur ei manus dextra & si quis inuenerit heře famam q tondat monetam teneatur pōtas facere ipsam prestare bonam securitatem de libris quingentis. In quibus possit & debeat condēnari in denarijs numeratis si post securitatem factam repertum fuerit ipsum vel ipsos tondere vel tondisse monetā aut tondi facere ve fecisse monetam & ꝙ per totum tempus sui regiminis pōtatꝫ nō possit nec debeat expendi moneta tonsa in Alex. vel districtu & hoc sine tenore. & ꝙ pōtas teneatur infra quindecim dies ab introitu sui regiminis facere denunciari per nūcios comunis omnibus campsoribus & mercatoribus & reuenditoribus ꝙ nō dabunt scienꝫ alicui vel aliquibus ipsos denarios tonsos pro bonis. Item quod nulius debeat trabucare denarios aliquos. & si quis predictorū dederit simul vltra denarios duodecim tōsos pro bonis soluat pro quolibet & qualibet vice soldos sexaginta in dēarijs numeratis. Quorum bannorum medietas sit comunis & alia medietas sit accusantis.

De non fabricando vel expendendo falsam monetam.

ITEM Quicūq; monetam nouam fabrcauerit seu fabricari fecerit vel receptabit

fabricatores monetam in domo sua castro vel villa siue ponderis boni siue mali fuerit tanquam fabricator monete false pena legitima puniatur & domus & castrū villa seu locus vbi fabricata fuerit. funditus destruatur & cōi Alex. publicetur & publicatū ꝑpetuo remaneat in comuni Ita ꝙ rehedificari vnquam nullo tempore possit nec modo aliquo restaurari. Si autem nō solum fabricabit seu faciet fabricari. sed etiam expēdet eā quia in pluribus pecat. dignum est vt multiplici pena castigetur pena falsant monetam puniatur & bona oia sua adinstar criminis lese maiestatis cōi Alex. publicetur nulla filijs portione relicta nisi forte filij denunciare crimen in publicum deuenire In quo causa filius siue filij bona paterna non perdant sed ea habeant pleno iure. & ꝙ de filijs dictum est de filiabus etiam debeat obseruari.

De non portando ad ciuitatem vel districtu Alex. aliquam monetam falsam.

ITEM quicūq; monetam aliquam falsam ab aliqua fabrica monete adduxerit ad ciutatem Alex. vel districtum & eam alicui de ciuitate vel districtu dederit modo aliquo vel ingenio quia falsa monetam fabricantibus misterium prebuit tamq; fabricator monete false pena legis legitime puniatur pena est simili castigetur ille qui monetā falsā ab aliqua fabrica de ciuitate Alex. vel districtu accepit & esset alicui de Alex. vel districtu dederit vllo modo. & etiam qui monetam aliquam tōdere ausus erit vel minuere vllo modo. & hoc precisse & sine tenore.

De modo puniendi expendentem falsam monetam vel alicui dantem.

ITEM si quis monetam aliquam falsam alicui dederit vel expēdet quadruplū cōi Alex. soluere teneatur eius ꝙ dedisse vel expendisse inuenietur. & nihilhominus illi vel illis qui monetam receperint ab eodē illud in quo moneta deficeret siue aliq̄ iuris solēnitate vel libelli oblatione satisfacere cōpellatur. & hoc p̄cisse & sine tenore. Ita ꝙ in hoc casu pretextu ignorātie nequeat se defendere vel excusare a pena quadrupli. & moneta illa igne vel forcipibus delimetur.

De satisfaciendo iudicanti fabricantem monetam falsam.

ITEM quicūq; denūciauerit seu Iudicauerit aut notificauerit aliquē q monetā falsam fabricaret seu fabricari faceret vel esset fabricātes fabricatores teneret in domo sua vel castro vel villa & p eius iuditiōem fabricator fabricari faciēs seu receptator inueniatur in fortia cōis perueniat habeat & habere debeat cētum lib de condemnatione illius malefactoris seu de hauere cōis. & ꝑpetuo in credentia teneatur.

De non dando alicui monetam aliquam iniusti ponderis vel lige.

ITEM ꝙ nullus campsor seu qui campsor modo aliquo nūcupantur siue tablarius aliquā monetam quā aliunde habuerit q̄ a fabricatoribus seu delatoribus noiatis dare debeat alicuiq; nō sit iusti ponderis & iuste lige ad quā primitus facta fuit. & q cōtrafecerit duplum eius quod dederit cōi Alex. soluetur cōpellatur & nihilhominus ei q dederit illū in quo moneta deficierit satisfacere cōpellatur pena esset simili puniatur qui monetam aliquā non iusti ponderis in ciuitate Alex. vel districtu & expendere modo aliquo. ausus erit & nihilhominus acceptori illud in quo moneta deficerit restituere teneatur Illam monetam iusti ponderis penitus Iudicetur que ad pensum nūc currentem in Alex. boni ponderis reputatur Intelligatur & habeať esset ꝓ campsore qui monetarum emptionem inditionem & dispositionem abhinc retro cōsueuerit recipere & exercere in ciuitate Alex. & hec omnia precisse & sine tenore.

¶ Qualiter qcumqꝫ poſſit denunciare facientes contra p̄dicta ſtatuta de moneta.

ITEM ꝙ quolibet habẽs perſonam legitimã ſtandi in Iuditio poſſit accuſare & denũciare notificare & Iudicare facientes cõtra predicta vel aliqͦ predictoꝝ loquemtia de moneta & hẽat & habere debeat a cõi quartã partem eius ꝙ occaſione p̄dicta modo aliquo in commune veniret & in credentia penitus teneat.

¶ Quod fiat ſumaria ratio cõquerentibus de moneta.

ITEM ꝙ dñs poteſtas & eius Iudices teneanť & debeant cuilibet conq̄renti de moneta falſi ponderis facere ſumariã rõnem & ſine libelli oblatione & ſine aliq̄ Iuris ſolemnitate & ſine litiꝫ conteſtatione dummodo per teſtes vel alr̃ veritas legitime conprobetur & compellere illum vel illos qui falſam monetam dederit ſatiſfacere illi cui dederit omni modo.

¶ Quod poteſtas villarum teneatur denumciare rixas ⁊ maleficia.

ITEM ꝙ quilibet poteſtas cõſules vel Rector cuiuſlibet loci caſſalis vel ville Alex. teneatur ſacramento Iurare in manibus poteſtatiꝫ Alex. accuſare ſiue denuntiare poteſtati Alex. vel eius Iudici & in ſcriptis poni facere oĩa maleficia & rixas & ferutas que facta fuerint vel cõmiſſa in villa vel loco vel campo vel territorio illius loci caſſalis vel ville dequo vel deq̄ fuerit poteſtas conſul rector vel maſſarius infra diem qntũ poſtq̄ predicta facta fuerint vel commiſſa & in coꝝ accuſationibus ſiue denumciationibus teneatur nomĩare offendentes & rixantes & qui maleficia comiſſerunt tamen nõ teneatur nominare ꝑſonam furto clam facto ſi ſuo ſacramẽto voluerint Iurare ſe ignorare perſonam nec audiuiſſe nominare Et ſi predicta non obſeruauerit ſoluat quelibet & qualibet vice libras decem & commune illius loci libras vigintiqnq; Et omnia ſup̄dicta attendere & obſeruare teneatur iurare predicti poteſtati conſul vel rector vel maſſarius ſi a poteſtate fuerint requiſiti Quos poteſtas Alex. iurare cõpellat atẽdere & obſeruare predicta Et hoc ſine tenore infra quindecim dies poſtquam Intrauerit regimẽ Alexãdriæ.

¶ De poſſeſſione occupata.

ITEM ꝙ ſi intraſſet vel fregerit terram vineam vel poſſeſſionen quam aliqua perſona de Alex. vel diſtrictu poſſideat ſeu teneat occaſſione frangendi vel occupãdi poſſeſſionẽ vel tenutam ipſius terre vinee vel poſſeſſionis vel acq̄rendi ſibi Ius amittat ꝓ qualibet vice libras .xxv. & cadat ab omni Iure ꝙ habet vel diceret ſe habere in p̄dicta terra vinea vel poſſeſſione & ſit illius cuius eſt vel erat dicta terra vinea vel poſſeſio vel qui eam tenebat & poſſidebat & hoc preciſe & ſine tenore eo ſaluo quod quotienscumq; partes eſſent in concordia aute ſententiam vel condemnationem ꝙ inde nullam penam vel condemnationem inccurruntur. & ſi non fuerint cõcordes & aliqua ſententia ferratur victus victur condenetur In expenſis p̄ciſe & ſine tenore.

Quod bubulci arantes dimitant vnum pedem prope terminos.

ITEM ſtatutum & ordinatũ eſt ꝙ bubulci ſeu laboratores terrarũ teneãtur & dimitere debeant q arabunt pedem vnũ de plando prope terminum q̄ nõ areat ſed terrã inaratam & non motã ꝑ pedem vnũ circa terminos dimitant ſub pena ſoldorũ viginti contra faciẽti ꝓ quolibet & qualibet vice & credat ſuo ſacramento cuilibet accuſanti.

¶ De rebus litigioſis non emendis.

ITEM ad obuiandum ambitionibus aliquoꝝ qui temere & in probe aquirere ſepe procurãt Iura in rebus litigioſis & vt auferatur eis & quibus aliis omnis materia & occaſio ſucceſſendi lites & Iurgia ſed potius de medio reſecẽtur & res in Iudiciũ vel queſtionẽ deducta ſuum cognoſcat legitimun poſſeſſiſores ſtatutum eſt ꝙ nulla pſona ciuitatiꝫ Alexandriæ vel diſtrictus audeat vel preſumat aliquo modo ſine Iure emere vel aquirere ſuo vel alieno nomine nec pſe vel aliq̄ ſubmiſſam aliquam rem imobilẽ litigioſam vel in Iuditium deductam vel deq̄ ſit mota queſtio lis vel controuerſia aut diſcordia in Iuditio inter aliquas pſonas vel Iura ſeu actiões aquirere in re ipſa titulo emptionis donattionis permutationis vel quouis alio titulo cuiusuis alterius contractus durante ipa lite queſtione contrauerſia aut diſcordia vt ſup̄ ſub pena tam vẽdenti q̄ ementi & tam alienati q̄ aquirenti contra predictam formam libraꝝ cẽtum ꝓ q̄libet perſona aquirentiũ & alienantium & qualibet vice Et plur & minus arbitrio poteſtatiꝫ Inſpecta qualitate illius rei Immobilis Et poteſtas teneatur & debeat tam vendentem q̄ emẽtem & tam alienaten quã Iura aquirenten vt ſup̄ dictum eſt condẽnare vt ſup̄ & condemnationem exigere in pecunia numerata Et contractus inde factus Irritus ſit & inanis nulliusq; momenti & ipa etiam Iura & actiones ſimilis aquiſitas nec ꝓpter hoc habent pociora iura in re ipſa imobilia inferať aliqͦ nocumentũ & ꝙ nulla perſona ſub p̄dicta pena audeat ſua autem turbare poſſidentẽ rem deq̄ eẽt contrauerſia vel violentia aliq̄ inferre alicui poſſidenti rem dequa eẽt contrauerſia vt ſupra ſub proteſtu alicuius tituli ſup̄dicto vel alio modo ꝑ ſe vel aliun Et nichilominus teneať ad rei reſtitutionẽ & ad dimitendũ pacificã poſſeſſionem turbato vel illi cui violentia eſſet ilata & de p̄dictis poſſit & debeat põtas Inq̄rere & inquiſitionẽ facere ad ſuã liberam voluntatẽ nec pp hoc habenti potiora Iura in re ipa inferať alicui nocumentum ſeu p̄iudiciũ Saluo ꝙ ſi emens rem ipam vel Iura ſeu actiones aq̄rẽs ꝯm p̄dictã formã remiſiit ſe reuocauerit ius aq̄ſitũ in ipſa re infra tertiũ diem poſtq̄ ſibi manifeſtum fuerit ꝑ denũciationẽ alicuius partiũ litigãtiũ de re ipſa vel ꝑ iudicẽ maleficioꝝ vel alio mõ rem ipſam eſſe litigioſam vel in Iudiciũ deductã vel ꝙ de ea ſit mota q̄ſtio aut ſit cõtrauerſia vel diſcordia vel violẽtia ſit comiſſa tã emptor q̄ venditor & tã alienans quam aquirans nõ teneatur ad penam ſuperius memoratam & ipſe venditor ſeu alienator emptori infra alios tres dies poſt rei aquiſite remiſſionem & precium inde habitum ſub eodem pena per dominum poteſtatem reſtituere conpellatur. Et hoc totũ preciſe & Sine Tenore.

¶ De non Inponendo maiorem penam quam In Statutis continentur ⁊ de maiori Securitate non exigenda.

ITEM Quod Poteſtas, vel Iudices, vel Milites, vel Conſules Iuſtitiæ non poſſint Imponere alicui de Ciuitate Alexandriæ, vel diſtrictus. maiorem penam vel maius bannum vel mulctam quam ordinatum eſt & continetur in Statuto Alexandriæ, vel auferre ſecuritatem maioris quantitatis quam poſſit condemnare. & ſi quod bãnum vel pena vel condemnatio maius vel maior datam vel data vel facta fuerit per ipſum poteſtatem alicui Ciui Alexandriæ, aliqua occaſione quam continetur in Statutis Ciuitatis Alexandriæ. Poteſtas teneatur illud bãnum penam & condemnationẽ caſſare, & Irritare, & reducere illud vel ipſam ad formam capitulorum quę loquunť de illa occaſione de de qua fuerit condemnatus vel in pena poſitus infra dies decẽ poſtquam fuerit ei denuntiatum & quotiens Poteſtas contrauenerit in aliquo eorum quę continentur in hoc capitulo, amittat de ſuo ſalario libras quinq̄ginta, & contra p̄dictam formam bampnum ſeu condempnatio datum vel facta fuerit, ſeu data ipſo Iure ſit nulla & nullum in eo quod extenditur vltra quantitatem in qua debeat fieri condemnatio, vel dari bampnum vel pena imponi, ſecundum formam Statutorum Alexandriæ, Et hoc locum habeat ſi bannitus vel condemnatus vel cui eſt pena Impoſita vel alius ſufficiens pro eo venerit ſtare mandatis Poteſtatis a die banni dati vel comdemnationis facte infra menſem vnum Sed ſi aliquis eſſet contra Poteſtate vel eius Iudice vel milite vel aliquo alio rectore Communis Alexandriæ & nolet Iurare eorum precepta poſſit ei precipere vt Iuret in banno ad ſuam voluntatem quociens voluerit & illud banum aufferre Ita tamem quod Poteſtas & eius Iudex & miles teneantur primo ei dicere cauſam palam quare ipſum Iurare voluerint & quare ſecuritatem ab eo perierit. Alioquin ſi cauſam non dixerit non teneatur nec debeat Iurare nec ſecuritatem facere nec banna ſuper hoc Impoſita valeant ſed ipſo Iure ſint caſſa. & ſi cauſa expreſſa facta fuerint ſeu dicta nō teneat Iurans ſiue ſecuritatem preſtans niſi tamen modo pro illa cauſam que fuerit expreſſa.

Pro illis vero in quibus non eſt certum bānum vel pena poſſit punire & mulctare tamen vſque in ſoldos ſexaginta & non plus ſecundum quod ſibi videbitur pro modo delicti & qalitate perſone exceptis grauibus Iniurijs & maleficijs dictis & factis in quibus nō eſt bannum certum vel certa pena ſtatuta pro q̄bus poſſit punire & mulctare & condēnare ad ſuam voluntatem vſque in lib. quinquaginta & plus & minus realiter & corporaliter ſecundum Ius Comune Imſpecto modo delicti & qualitate perſone & ſi Poteſtas Iudex vel miles vel conſules Iuſtitie mandauerit alicui vt veniāt corā eis poſſint ſi voluerit mādare trib⁹ vcib⁹ in banno ſoldoꝝ x x. ꝓ vna quaq; vice Inponēdo pro vna quaque in ipſis caſibus in quibus non eſt pena certa conſtituta. & ſi adhuc venire diſtulerit vel contempſerit poſſit precipere vt ſequenti die veniat corā eo in banno lib. decem. & ſi propter hoc venire diſtulerit vel contempſerit poſſit facere pulſari cāpanas ad conciones & per ſola pulſatione auferat ei libras vigintiquinque. & ſi adhuc veniret diſtuberit poſſit ire cun contione ad domum ipſius & pro ſola andata aufrat ei libras vigintiquinque. & ſi adhuc venire contempſerit vel diſtulerit domus eius diruatus & banno ponatur dequo banno non exeat niſi ſolutis libris quinquaginta & ſupraſciptis bannis & niſi Iurauerit precepta Poteſtatis vel conſulum. & hoc locum habeat in eo qui eſſet in ciuitate in prima requiſitiōe niſi ramneret Iuſto dei impedimento. Et ſi habeat domum comnnem cum aliquo vel forte cum patre ſtaret eius ſolomodo diruatur vt ſupra in homicidio dictum eſt, quod quidem obtineat & locum habeat non obſtante ſuperiori Capitulo quod Incipit Item ſi quis requiſitus fuerit pro maleficio & & non veniret & cet. Saluo & excepto quod ſi poteſtas vel cius Iudex vel miles aliquem requiſierit vel requiri fecerit vt veniat ante ſe pro rixa vel occaſione rixe vel maleficij poſſit ei precipere & bannum imponere pro prima vice vſq; in quantitatem lib. decem, & nihilominus poſſit & teneatur ipſum requiſitum bannire pro quo fuerit requiſitus vſq; in ea quātitate que continetur in capitulis inſpecta qualitate delicti & cauſe pro qua & pro quo fuerit requiſitus. Item pro iniuria ſibi facta ab aliquo de Alexandria, vel aliunde dicto vel facto vel in perſona ſui iudicis vel militis poſſit punire bannire & condemnare ad ſuum arbitrium & voluntatem inſpecta qualitate delicti & facti & dicti. Pro iniurijs vero dictis vel factis quocnnq; modo in aliquem de familia ſua exceptis Iudicibus, & Militibus, poſſit Poteſtas puniri & bāniri & penam Imponere ſic imponentur & inponi poſſet, pro iniurijs dictis vel factis contra Ciues Alexandriæ, pro alium conciuem.

¶ Quod Poteſtas poſſit minuere ⁊ moderare banna, ordinata ⁊ per ipſum Impoſita.

ITEM ꝙ Dn̄s poteſtas per ſe vel per alium fecerit poni vel cridari aliquod banuum ꝑ ciuitatē vel diſtrictum Alex. vel ſup ſe vel alius ex Iudicibus Militibus ſuis perſonalr̄ alicui Preceperint vel aliquibus & bānum aliquod Inpoſuerit dictum bānum Cridā vel per eum vel per aliquem ex predictis inPoſitus poſſit auferre diminuere & moderari ad eius arbitrium & voluntatē, Nō obſtante aliquo ſtatuto Inſpecta qualitate rei & perſone extimatione habita negocij & facti ꝓ & eiſdem videbitur facien̄. Et predicta habeant locum in rixis Prohibit̄ & ſedandis & occaſione ipſaꝝ tātum ꝙ quidem & incondemnationibus ſuperiorem vel contra Ius litigatoris factꝭ & faciēdis obſeruetur prout domino poteſtati videbit expedire conſilio peritorū quibus credat Quos ſapientes dare teneat ſemꝑ & q̄ncumq; petiti fuerit ꝓ partē ſeu aliq̄ eaꝝ.

¶ Quod poteſtas non debeat aliquem punire vltra bañ. medietatis ſi pax facta fuerit.

ITEM ꝙ poteſtas non poſsit alicui vel aliquibus de Alex. vel diſtrrictu aliꝙ Iuſta ei Inpoſita per cōe habeat & teneat & tratetur pro ciue non obſtante ſtatutū quod eit ſub rubrica ꝙ quilibet poſſit venire in Alexandria. ad habendum ſine fodro & ſtatuto ꝙ eſt ſub Rubrica de bañ. & penis eoꝝ qui non dederint regiſtrū & quolibet alio Saluo ꝙ ſi contingeret per cōe Alexandriæ ſi°. reg. de nouo ten. & dēat facere reg. cōi ſicut alij ciues alioquin non hēat nec teneatur cine & hoc totum preciſſe & ſine tenore,

¶ De non puniendo illum qui damnū dederit alicui bānito de maleficio.

ITEM ꝙ omnis Iniuriā damnum feruta homicidiū data dicta ſeu facta vel dactū verbis vel facto In ꝑſonis vel rebus alicuius bamniti de maleficio ꝙ ſit vere maleficium vel Publicum ſeu occaſſione viri vel publici maleficij deſcendat ſemper & ꝑpetuo ſtet & remaneat Inpunitū & inpunita. Ita ꝙ nullo modo contra talem vel tales Iniuriantem occidentem vel offendentem procedat modo aliquo Iure ſiue cauſa dum modo bānum vel condemn̄ aparcat facta fide de dicto bāno per ipſum principalem vel ꝑ procurſore ipſius aut defenſorem de predicto offenſo ſed ſemꝑ dictum maleficiū homicidium iniuria & offenſio ſit & remaneat perpetuo Inpunitum & inpunita Ita ꝙ nullo modo per poteſtatem vel eius familia contra talem vel tales ꝓcedi poſſit vel ipſos ſeu ipum giuuare ſub pena libras. D . poteſtati vel iuare de ſuo ſallario ſoluenda & diminuenda. Et hoc totum atendat ꝑciſſe & ſine tenore.

¶ Quod banniti de maleficio nō alienerit bona ſua.

ITEM ꝙ ſi aliquis ciuē interfecerit vel aliquo vulnere vulnerauerit vel vulnerari fecerit ex quo vulnere moriat vel maleficiū omiſſerit vel bañ de maleficio receperit non poſſit nec debeat ſub aliquo ingenio vel aliquo titulo bona ſua & poſſeſſiones ſuas & partē poſſeſſionū ipſoꝝ poſt comiſſum maleficiū alicui alienat vel in aliquem traſferre & q ab ipſo interfectore vel vulneratore aut bannito de maleficio poſſeſſiones ſuas ſiue partem ipſaꝝ poſſeſſionum aliquo titulo acceperit vel ab aliquo alio pro illo ſit in banno lib. vigintiqnq;. Et nihilominus dictus contratus ſit irritus & nullius valoris Saluo omni Iure creditoribus omnibus habentibus pociora Iura Ita ꝙ commune infra menſem oīo ſoluere teneat aut bona dicti banniti dimitere penitus expedita vſq; in q̄titatem debiti ſui Et non poſſit nec debeat dictus percutiens interfectoꝝ aut bannitus de maleficio poſt comiſſum maleficium alquod pactum facere vel liberationē debitorib⁹ ſuis nec ab ipſis liberationem aliquam ſolutionem accipere nec alius pro ipſo & ſi ali qui debitores ſoluerint teneat̄ quilibet ipſoꝝ debitoꝝ tantūdem dare cōi quantum erat debitū de quo teneat̄ ei. & hoc totū ſine tenore, & hoc intelligatur niſi pacem fecerit de maleficio & delicto cōmiſſo & bānum ſiue cōdemnationē ſoluerit ſecundū formam ſtat̄ cōis. & ſi repiretur aliquis cōtractus alienatiōis factus añ comiſſum delictū & tpre maleficij cōmiſſi malefactor eſſet in poſſeſione rerum alienatarū pſumatur ipā alienatio facta in fraudem & nō valeat nec teneat & non obſtante dicta alienatione.

¶ De bonis ⁊ poſſeſſionibus bānitoꝝ de maleficijs non colendis;

ITEM quod nemo debeat colerē vel laborarē terras vel poſſeſſiones alicuius qui ſit vel erit in bāno de homicidio quas dictus bānitus ſiue homicidia tenebat vel poſſidebat tempore ipſius maleficij perpetrati niſi ipas habuerit inſolitum pro aliquo de quo ei teneatur vel alij a quo requiſiuerit iura ante ipum maleficium comiſſum & tenuerit & poſſederit eas tempore maleficij perpetrati & ante Er qui contra fecerit ſoluat ꝑ bañ libras vigintiqnq; quotiens contra fecerit & nihilominus ſoluto ipſo bāno dicte poſſeſſionis cum ipſis laborerijs remaneant publicate comuni Alexādriæ donec vixerit homicida. niſi in concordia fuerit & pacem fecerit cum amicis interfecti vel iniuriato vel banno ſoluerit ſecundum formam capitulorum communis Et hoc capitulū ſine tenore atendatur.

¶ De non receptando bannitos in domo.

ITEM quod nulla perſona ciuitatis vel diſtrictus Alexandriæ debeat in domo ſua vel conduta ſeu gratis conceſſa recipere & tenere ſeu hoſpitari aliquem bannitū de homicidio vel robaria vel furto vel proditione vel de incendio furtiue poſito vel guaſto furtiue facto de nocte de quo eſſet condemnatus vel per poteſtatem ex maleficio rum officio vel de rapta ſeu violentia Mullierum vel femina vel de feruta facta medi tate de qua ſanguis exiuerit vel de pace rupta vel de hereſi vel de crimine leſe mageſta tis vel de falſa moneta vel de falſo teſtimonio ſeu de falſo teſte producto vel occaſione quod extraxiſſet blaua vel de iniuria illata ſeu dicta poteſtati Alexandriæ vel alicui de ſua aut capitāei populi familia vel occaſione ſtatus ſocietatis Iuſtitie vel alio publico crimine in quo inponatur pena ſanguinis vel ex forma ſtatuta conditorum ſuper pacifico ſtatuto ciuitatꝭ & diſtrictus & alia de cauſa bannitum ſeu condemnatum in libris quinq̄ginta & abinde ſupra Et qui contrafecerit ſoluat pro banno libras quiquaginta pro quolibet bannito homicidij robarie proditionis pacis rupte hereſis Iniurie illate ſeu dicte poteſtati vel alicui de ſua aut capitanei familia vel occaſione ſtatutꝭ. ſentēcie Iuſtitie vel pacifici ſtatutis Alexādriæ. & qualibet vice in reliquis ſupſcriptꝭ caſibus libras. x x v. pro quolibet bannito & qualibet vice Et ſi aliquis aſociauerit vel defenderet aliquem ex predictis bannitis contra aliquen volentem ipſum bannitum offendere vel capere amitat pro banno ſi bānitus debeat mori libras ducentas Et ſi mori non debebat ſoluat bannum aliquod ipſe bānitus tenebatur & hoc inteligatur pro quolibet bannito & qualibet vice. niſi in fortia cōmunis pſentauerit bannitum vel bannitos ad voluntatem poteſtatis Et ſi aliquis fecerit iniurian vel offenſan aliquam defendēti vel defendentibus aliquen de preditis bānitꝭ nullam inde pacitur penā nec poſſit in aliquo condemnari. Si vero aliquis dederit vel vendiderit cibum vel potum alicui de predictis bānitis ſit in banno libras decem pro quolibet bānito & qualibet vice licet eum non receptauerit in domo ſua ſiue in qua habitat. Quod capitulum dominns poteſtas teneatur atendere & atendi facere preciſe & ſine tenore.

¶ De dando auxiliū poteſtati ad capiendum bānitos;

ITEM quod quilibet comunitas cuiuſlibet caſtri vel ville vel caſalis vel alterius loci diſtrictus Alexandriæ & homines ipſarum terrarum teneantur & debeāt dare operam quod nullus bānitus comunis Alexandriæ pro maleficio ſtet vel moretur i eorum terris vel pertinentijs ipſarum terrarum Et poteſtas conſules ſeu maſſarij dictarum terrarum ſeu locorum teneantur denunciare hominibus dictarum terrarum vt dictos bannitos debeant pro ſequi & capere & in fortia comunis preſentare ſub pena & banno libras decem qualibet vice & pro quolibet ipſorum Et quod quilibet poteſtas ſeu conſul vel maſſarius qui predicta non denunciauerit & fieri non fecerit condēnetur in libras vigintiquinq; Et quelibet communitas ſeu vniuerſitas comdemnetur in lib. qnq̄ginta ꝑ quolibet bānito & q̄libet vice & q̄libet ſingulis perſona que dederit auxilium vel conſilium dictis bannitis & predicta non obſeruauerit in libris decē pro quolibet bannito & qualibet vice & plus & minus ad volumtatem Domini poteſtatis inſpecta qualitate bāni & loci. medietas cuius banni ſit communis Alexandriæ Et alia accuſatoris Et hoc totum preciſe, & ſine tenore.

¶ Quod ſi communia villarum ⁊ eorum rectores non denumtiauerint bānitos puniat̄.

ITEM Quod ſi aliquis bānit⁹ Cōis Alexandriæ occaſione alicuius Maleficij contemti in Capitulo ſuperiori quod eſt ſub Rubrica de non receptando bannitos in domo Quod ſic Incipit. Itē Quod nulla pſona Ciuitatꝭ vel diſtrict⁹ Alexandriæ &c. fuerit ſteterit Et moram fecerit in aliqua Villa Caſtro vel caſali Cōitate vel vniuer ſitate Seu loco Quocumq; alio Nomine numcupetur diſtrict⁹ Alexandriæ, dummo do ſit extra foſſata Ciuitatis Alexandriæ Poteſtas, Rectores, Conſules, Maſſarij, Et alij Preſidentes Dictis locis Quocumq; alio nomine numcupetur Debeant dennntia re Domino poteſtati Alexandriæ. In ſcriptis Ea die Vel ſequenti Qua ibi fuerint ſtete rint vel moram traxerint. Sicut illi Banniti ſunt vel fuerunt Aut moram traxerunt in ipſo loco. & ſi in Domum alicuius Sereduxerint vel Repcetauerint vel Cibum vel Potum ſumpſerint Et ſi conſtitit Domino Poteſtati Alexandriæ predictos Bannitos, Vel aliquem eorum fuiſſe ſtetiſſe Seu moram Traxiſſe Vel ſe ad Domum alicuius reduxiſſe Vel Cibum Vel potum Ab aliquo ſupreſiſſe Commune illius Loci Vt ſupra Puniatur In Libris Quinquaginta. Pro quolibet Bannito Homicidij Robarie Prodi tionis Pacis Rupte Hereſis Iniurie illate ſeu Dominice Poteſtatati Vel Aliqui de ſua Aut Capitanei famillie Vel Occaſione Statuti Sōc Iuſtitię Vel pacifici Statutis Alexandriæ, Et qualibet vice puniatur In Libris Decem quilibet ipſorum Et Si fuerit Bannitus Vel Condemnatus Ex aliquo Reliquorum Caſuum. Excepto vt ſupra vt In alia Capitulo Vel In Libras Quinquaginta Et abinde Supra alia De Cauſa quam Per predictis que In Capitulo De non Receptando Bannitos Contineatur Puniatur Comune In Libras Vigintiquinq; pro Quolibet Et Qualibet vice Et rectis In libras Decem vt ſupra Et Ille Nihilominus Qui Bannitum aliquem Reduxiſſet Vel Cibum Aut Porum dediſſet Similiter Condemnetur Communitate Eſſet Cōdemnata quod Si predicti Rectores Denumciauerit vt ſupra Et per eos Predicta fuerit Fides Poteſta ti Alexandriæ, de receptatore ſeu cibum vel potum dantem liberētur ipſi, & comune loci a penis prefatis. Et tunc in receptantem vel cibum vel potum dantem, Impo natur & ſit in banno ſiue pena libras quinquaginta vel libras vigintiquinq;. vt ſupra diſtinguitur pro quolibet bannito & qualibet vice. Et ſi contingeret aliquem bannitum Vt ſupra Fuiſſe Stetiſſe Vel Moram Traxiſſe In Aliquo Dictorum locoꝫ & non fuerit receptatus in domum alicuius vel cibum vel potum non habuerit ab aliquo vtſup̄ et denũtiauerit ipſi rectores & fidẽ ſic fecerint poteſtati vtſup̄dictũ eſt liberet apenis predictꝫ libraꝫ . x . comune vero puniaꝶ ꝓportione vel mora bāniti in dictꝫ quinq̄ginta libris ſiue vigentiqnq; vtſup̄ Si vero ex denumciationem alicuiꝰ vel alio modo aliquo conſtituerit poteſtati vel Iudici malefitioꝫ bannitum aliquẽ receptatum vel hoſpitatum fuiſſe vel cibum vel potũ habuiſſe vel iuiſſe ſtetiſſe aut moram traxiſſe in aliquo dictorum locorum puniatur comunitas ipſius loci in libris quinquaginta ſeu vigintiquinq; Pro quolibet & qualibet vice & rectores in libras . x. pro quolibet & qualibet vice vtſupra Eo ſaluo quod ſi bāno ille habuerit agnatos qui ſint de comuni & ciues de corpore ciuitatꝫ habitantes in dicta villa caſtro vel caſali vel vnius ſeu loco vt in dicto ſtatuto continetur quod predicti agnati ipſius banniti vtſupra teneatur denuntiare domino poteſtati Alexandriæ in ſcriptis eo modo & forma quibus denumciare teneretur poteſtas rector maſſarij conſul & quilibet alius preſidens dicto loco & prout in dicto capitulo continetur Et Si non denũc agnati predicti vel aliquis eorum & fidem nõ fecerit vt ſuperius de preſidentibus locis dictũ eſt condem̄ ipſi agnati habitatores dicti loci pro quolibet banno cognato ſuo in libras quinquaginta vel vigintiqnque vt ſuperius dictum eſt Et pro qualibet vice nec propterea in hoc cauſa poteſtas rector maſſarius conſul vel alius preſidens dictis locis ſeu dictum comune occaſione dicti banni penā aliquam inccurrant vllo modo Et ſi agnatos non haberet dictus bannitus habitantes in loco illo tunc ad omnia ſupradicta rectores & cõmunitas teneantur Et quod propter predicta vel aliquod predictorum predicte communitates aut vniuerſitates & predicti rectores ipſarum non releuentur ab aliquibus alijs ad que tenentur per formam alicuius ſtatuti vel populi aut ordinẽ & a penis propterea ordinatis & ſaluis alijs penis ſi que eſſent in ipſis Et Hoc totum preciſe & ſine tenore nullo ſtatuto obuiante Et poteſtas Alexandriæ compellat rectores ipſos accipere extra huius ſtatuti & facere poni in eorum ſtatutis Et legatur hoc ſtatutum in concione.

¶ De modo puniendi receptantem bannitum venientem in ciuitate ꝓproximiores q̄traginta domos.

ITEM quod Si aliquis Bannitus occaſionbus predictis Vel aliqua eorum contentis in Statutis Quod Incipit ITEM Quod nulla perſona Ciuitatis Vel diſtrictus Alexandrsæ & cet. venerit In die publice in Ciuitate Alexandriæ Vel Bergolium Vel ibi in alia parte ſteterit Scilicet In aliqua contrata Et per illos de contrata non Fuerit preſentatus Poteſtati Vel denumciatus Vel publice Clamor Factus fuerit in continenti Poſt ipſum per illos de contrata Ipſa Cauſa capiendi Ipſum Et Preſentādi Coram Domine Poteſtate puniatur Et condemnetur Dicta contrata Siue Homines ipſius contrate Et morantes in ea in Libris Quadraginta Terdonenſis Ita tamen Quod Ipſi Homines dicte Contrate Proximiores Vtinfra Et qui Soluerit Dictā condemnationem Habeant Regreſſum Contra Receptatorem Vel Receptatores Ipſius Vel Ipſorum Bannitorum Bona Ipſius Banniti Si Ipſa Bona Inueniri Poteritis Et Si Inueniri Non poterunt Habeant Regreſſum Contra Receptatorem Vel Receptatores Ipſius, Vel Ipſorum Bannitorum. Et Contrata Inteligatur Vſque ad Quadraginta Domos Proximiores Domui Siue Loco vbi Repertus eſſet Vel fuiſſet dictum bānitum veniſſe vel ſtetiſſe ab vtraque parte vie ipſius contrate tā p caru bia q̄ p viam rectā & poteſtas ſup p̄dictꝫ teneaꝶ & ꝗ debeat inq̄rere veritatẽ & poſſit

Et ſi reperietur ſtetiſſe ſiue moram feciſſe in aliqua domo ipſius contrate habitator ipſius domus banniatur communi in libris vigintiquinq;, pro quolibet bannito & qualibet vice niſi bannitum preſentaret in fortia communis vel bannum ſeu bāna ſoluereut in quibus reperietur eſſe dictus bannitus vel banniti infra decem dies. Ad quam penā predictarum librarum qadraginta non teneantur viduę nec pupilli, Quod Capitulũ legatur in omni contione, Et ſit preciſſum & ſine tenore.

¶ De dando de hauere Communis, capientibus bannitos.

ITEM Si quis pu ſuerit vel ſic fecerit quod aliquis bannitus vel condemnatus communis Alex . perueniat & facto & opere illius peruenerit in fortia & virtute dominorum Poteſtatis & Capitanei vel alicuius eorum & Communis Alexandriæ, ipſi D. Poteſtas & Capitanei inſimul illi vel illis qui predicta fecerit poſſint & debeāt daꝛ & ſoluere de hauere communis ſi ille captus & conſignatus in fortia comunis vtſupra debebit mori ſecundum formam ſtatutorum comunis libras centum terdoñ in denarijs numeratis. Et ſi debebit perdeꝛ membrum libras quiquaginta terdoñ in denarijs numeratꝫ. Et ſi non debebit mori nec morietur nec debebit perdere membꝛũ nec perdet ſi erit bānitus vel condemnatus in libris centum & vltra lib. xxv. Et ſi erit bānitꝰ vel condemnatus in libris quinquaginta vſq; in libris centum libras decem. Et ſi fuerit bānitus vel condemnatus in libris xxv. vel vſq; in lib. quinquaginta ſoldos centũ Et predicti qui predicta fecerint vel operarenꝶ perpetuo priuati tenetur p dominos poteſtatem capitaneum & coſcunq; alios & predicta locum habeant in hijs bānitis & condemnatis qui non ſint in fortia comunis & in illis qui non dederunt ſecuritatẽ comuni de ſoluendo ipſa bāna vel cõdemnationes. Et quod Clauarius & rationatores comunis teneantur & debeant predictas expenſas ponere in receptis & expenſis communis, Et quod per predicta & occaſione predictorum dñi poteſtas, & capitaneũ & eorum familie & aliquis ipſorum nõ poſſint per aliquem vel aliquos modo aliquo ſindicari moleſtari vel inquietari ſtatuto de ſindicatu ſeu aliquo alio non obſtante. Et legatur in qualibet concione.

¶ De bannito exeunte de banno qui alium bannitum, conſignauerit Communi.

ITEM Si aliquis bannitus Ciuitatis Alexandriæ, dare & conſigare voluerit & dederit & conſignauerit cum effectu aliquem bānitum Comunis Alexandriæ, in fortiam & virtute dominorum poteſtatꝫ & cõis Alex. ſit ipſo Iure extractus de banno & codemnatio in quo & in qua eſt ſi ille q̄m dederit conſiguauerit eſt in ſimile bāno vel minori, Et ꝗ notarijs cõis & officiales cõis cāpanilis & cõis teneāꝶ ipm̄ conſignaꝛ de dicto bāno & condemnatione extrahere & canzellare & ꝓ canzelato & canzelata ipſum bānum & cõdemnatio habeaꝶ, & legatur in qualibet cõcione p̄ciſe & ſine tenoꝛ.

¶ Quod Rectores Villarum teneantur accipere, nomina Bannitorum Comunis indeſcriptis.

ITEM Quod poteſtas ſeu conſules vel maſarij & omnes alij rectores & preſidẽtes quibuſconq; villis ſeu caſſalibus & locis diſtrictus Alex. quocũq; nomine cẽſeanꝶ debeat & teneatur Infra q̄ndecim dies poſt Intrata regiminis Alex. põtatis accipere in ſcriptꝫ nõia omniũ bāntorũ cõis Alex . de malef. Et trāſacto dicto termino ſiue ipa nõia habuerint vel accepit in ſcriptꝫ ſiue nõ teneanꝶ ipi rectores & comuni ates & ſingulares perſone ad penas ordinatas contra receptatores bānitorum vt in dictis ſtatutꝫ declarāꝶ & denotāꝶ ſtatuto alio nõ obſtāte, & hoc p̄ciſe & ſine tenore.

¶ De auxilio prestando Potestatis ad capiendum, Bannitum ⁊ Debitores Comunis.

ITEM Quod quilibet Comnnitas seu Vniuersitas cuiuslibet Castri vel Villæ vel Cassalis, vel alterius Loci districtus Alexandriæ, & quilibet singularis persona Ciuitatis Alexandriæ, & ipsarum Terrarum vel Locorum, teneantur & debeant dare opam auxilium iuuamen suo posse com armis & sine armis Domino Potestati Alexandriæ, Iudicibus & Militibus suis & familie ipsius & Officialibus Comunis ad accipiendum & desinendum quelibet bannitum & malefactorẽ Comunis Alexandriæ, & quacunq; causa & quemlibet debitorem Comunis, & ipsos captos perducendum & conducendum in Alexandria in fortia Potestatis seu Comunis & ab excutiendum bañ & condemnatio factꝫ dacitas & colectas & quaslibet alias exactiones & Impositiones comunis semper & quamconq; in aliquo predictorum casuum essent requisiti per Potestatem vel Iudicem vel Militem ipsius. Et si predicta omnia & singula non obseruauerint comune illius Castri Ville seu Cassalis vel Loci puniatur in libris quinquaginta & quilibet de Cõsilio illius loci in soldis centum quilibet alius homo cui predicta precepta essent in soldis sexaginta & pro qualibet vice & plus & minus Inspecta qualitate negotij, & predicta atendatur sine tenore.

¶ De expensis Capi Bannitos.

ITEM Quod Si Dominus Potestas, vel eius Iudices, vel Milites, vel aliquis de sua Familia, iret vel miteret aliquem ex nuntijs Comunis ꝑ aliquo bánito Alexádriȩ vel cõdemnato vel debitore Comunis ex quaconq; causa vel pro aliquo malefactor̃ vel accusato vel denunciato vel contra eum processo per Inquisitionẽ de aliquo vel pro aliquo maleficio pertinendo vel capiendo eo quod nullus debeat Impedire predictos de Familia Potestatis vel nuncios predictos quando ipsi capiantur & ducantur in fortia Comunis & D. Potestatꝫ nec eis dare consilinm vel auxilium ad euadendum eos & scanpandum nec recipiendum eum vel eos in suam domum seu in qua habitat, nec eum vel eos ibidem Iuuare permitat, sed eum vel eos capiat in domo cuius intrauerit & consignet in fortia & virtute Comunis Alexandriæ, & Domini Potestatis vndecunq; & qual cunq; intenuerit & qui contrafecerit & ille in cuius domum vel habitationem intrauerit ipso presente vel sciente aut in domo existente vel alibi in tali loco quod scire poterit vel verisimile fuerit cum hoc precise posse scire. Et qui contrafecerit teneatur soluere pro banno libras ducentas si bannitus ille debebat mori. Et si mori nõ debebat teneatur ad illud bannum vel debitum ad quod dictus bannitus vel debitor tenebatur, Nisi eum vel eos bannitum vel baunitus maleficij condemnationis vel debitorem Communis vel danunciatum vel accusatum vel malefactorem representauerit vsq; ad quartam diem in fortiam Domini Potestatis Alexandriæ, Et Communis. Et hoc precise & Sine Tenore.

DEFICIT.

---

ciatum vel accusatum vel malefactorem representauerit vsq; ad quarta diem in forti Domini Potestatis Alexandriæ, & Comunis & hoc precise & sine tenore.

¶ Quod quilibet teneatur aperire ostium, Familie Potestatis.

ITEM Quod quelibet persona teneatur & debeat aperire hostium domus in qua habitat, familie Domini Potestatis de die & de nocte incõtinenti cum fuerit vocatus ad istud hostium quando iret ad inquirendum malefactores vel bannitos, vel occasione ludi taxillorum vel bascarie vel alia de causa pro facto Comunis Alexandriæ Et qui contrafecerit & predicta non obseruauerit soluat nomine banni libris decem & plus & minus ad voluntatem Domini Potestatis. & de hoc stetur & credatur dicto cuiuslibet Iudicis & Militis Domini Potestatis.

¶ Quod nulls sibi mutet nomen ⁊ de, dicendo nomen suum.

ITEM Quod quelibet persona teneatur & debeat dicere nomen suum & pronomen de die & de nocte incontinenti cum fuerit requisitus vel interogatus per Dominum Potestatem, vel per aliquem de familia sua, & quod nullus mutet sibi nomen vel pronomen vel mutare debeat, & qui contrafecerit predicta puniatur in libris decem, & plus & minus ad arbitrium Domini Potestatis inspecta qualitate persone.

¶ De bannitis omnibus ⁊ debitoribus cumunis omni mense in consilio legendis.

ITEM Quod Potestas teneatur facere legi omni mense in consilio generali omnes bannitos & condempnatos, & omnes alios qui debent dare Comuni Alexandriæ pro fodris mutuis dacitis & colectis vel aliquibus alijs de causis tempore ipsius Potestatis, & omnes alios qui debent aliquit dare Comuni Alexandriæ, pro fodris mutuis dacitis & colectis, vel aliquibus alijs de causis impositis & factis, & si non fecerit amittat de suo salario vigintiquinq; libras sine tenore.

¶ De obseruando statuta ⁊ ordinamenta, contra bannitos.

ITEM Quod Potestas & alia eius familia teneanť & debeant vmnilo sacramenti, omnia & singula statuta & ordinamenta loquentia seu condita contra bannitos, & debitores Comunis, & cõtra receptores & fautores eorum attendere & obseruare & atendi & obseruari facere precise & sine tenore, & cum effectu omni modo & ingenio per quod maius periculum imineat ipsis bánitis & debitoribus, & maior timor instet illis & eorum complicibus & fautoribus, & dantibus auxilium, fauorem, & melius & velocius de Ciuitate Alexandriæ, & districtu expelli valeat. vt in ipsis viderit cõuentri. & insuper quod omnia & singula contenta in eis & quolibet ipsorum statut ad arbitrium & intallectum & declarationem Domini Potestatis Intelligatur.

¶ De Domibus in Ciuitate non Diruendis, Nisi Causa Reedificandi.

⁂

ITEM Quod aliqua perſoua non debeat diruere nec dirui facere aliquam domun in Ciuitate Alexandriæ, diſtrictu. Niſi illa domus dirueretur cauſa redificādi ſeu meliorandi, Ita quod reffectio & melioratio fiant continenti, & qui contrafecerit puniatur in libris quinqueginta & ipſa domus ſiue ſedimen perueniat in comune. ¶ Si vero contingerit quod domus alicuius banniti condempnati ſeu debitoris comunis vel occaſione alicuius malefitij deberet domus aliqua ſiue turris ſita in Ciuitate Alexandriæ, tantum aut pars ipſius dirui ſeu deſtrui ex forma ſtatutorum & ordinamentorum comunis vel populi vel alio modo ſeu Iure quod allia domus ſeu turris nullo modo ſeu Ingenio diruatur ſeu deſtruatur in totum vel in partem aut diruenda vel deſtruenda partin vel in totum pronuncietur ſed publicetur comuni Alexandriæ, tantunmodo & ſemper in ipſum comune perueniat & remaneat eo Iure ad diſponendum illum per ipſum comune prout placuerit comuni vel conſilio generali non obſtante ſtatuto de omicidio vel non receptando bannitos & quolibet alio in contrarium obuiante. & non obſtante aliquo banno ſeu condempnatione, vel ſententia, facta, lata, ſeu facienda, vel de cetero ferenda. que omnia quantum in hac parte nullius penitu momenti ſint, & iſtut ſemper in ſuo robore perſeueret nec tolli poſſit aliqualiter vel mutari. cum ciuitates domibus mencijs & edificijs decorentur. Et hoc preciſe & ſine tenore obſeruetur. ¶ Niſi de illa domo turri exceſſus fieret aliquo modo in perſona alicuius preſidis rectoris vel magratus comunis, vel ipſius familie vel alterius fungentis vice comunis ſeu que repreſentaret ipſum comune, vel contra ipſum comune rebelio paciaretur in cauſa, domus, turris, caſtrum, & quodlibet aliud edifficium vnde hoc fieret funditus deſtruatur.

¶ De ſecuritate facienda pro carceratis, vel detentis pro comuni.

ITEM Quod quicunq; recipiet in cuſtodia aliquos incarceratos comunis vel debitores comunis, vel alios detentos pro comuni de ſoluendo penas. Impoſitas per ſtatutum, & vel conſilium Alexandriæ, ſuper predictis, & de ſoluendo eo quod ipſe incarceratus vel debitor vel detentus debet ſiue debeat dare. & ſi pene inde non eſſent ſtatute quod poteſtas teneatur facere fieri ſecuritatem de ſoluendo ad ſuā voluntatē,

¶ Quod quilibet locus & ſingularis perſona fideiubere teneatur ad voluntatem Poteſtatis, de Bannitis non receptandis.

ITEM Ad hoc vt ordinamenta circa Bannitos, & Malefactores, & Contemptores mandatorum Domini Poteſtatis, Familiæ ipſius ordinamētorum Comunis melius obſeruētur & magis timeantur. Statutum & ordinamentum eſt preciſſe & ſine tenore. Quod quelibet Rugata ſiue Contrata Ciuitatis Alexandriæ. & quelibet, Comunitas, Siue Vniuerſitas cuiuslibet Ville, Caſtri, Burghi, Caſſalis, ſiue Loci, Diſtrictus Alexandriæ, Aut quodlibet aliud Corpus ſiue Collegium Situm extra Foſſata Ciuitatis Alexandriæ. quocunq; nomine appelletur vel valeat appellari, vel qualiſcunq; fungatur Priuilegio, teneatur & debeat ad requiſitionem, & voluntatem Domini Poteſtatis Alexandriæ, Dare preſtare & facere bonam cautionem ſeu ſecuritatem in parua & magna quantitate pene cum ſtipulatione ſubnixe Comuni Alexandriæ. & ipſi Domino Poteſtati, & Iudicibus, & Militibus, ſuis. Secundum quod ipſi Domino Poteſtati, Videbitur Inſpecta Qualitate Loci. De non Receptando bannitos comunis, & de non dando eis auxilium vel fauorem aut cibum vel potum publice vel oculte, & de attendendis preceptis ipſius dominum Poteſtatis, & ſuorū Iudicum, & Militum, & omnibus alijs & ſingulis faciendis & obſeruadis que uiderentur poteſtati eſſe in honorem & bonum ſtatum comunis & populi Alexandriæ. & dicti domini Poteſtatis, & de obſeruandis ſtatutis & ordinamentis comunis & populi faciendis & factis contra ipſos bannitos, ſeu pro conſeruatione boni & pacifici ſtatus Ciuitatis Alexandriæ, & diſtrictus. & omnibus alijs ſtatutis & ordinamentis Comunis & Populi Alexandriæ, in quibus continetur aliquid non faciendum, vel obſeruandum, per ipſas Comunitates, Siue loca & contratas vtſupra. vel ſecundum Ius Comune. vbi ſtatuta deficerent. Ita tamen qui illi de rugatis ſiue contratis Ciuitatis habitantes extra foſſata Ciuitatis, debeant per ſe tantum facere ipſam ſecuritatem vtſupra. videlicet in illo in quo magis habitant & morantur, & non cum illis qui habitant & morantur in corpore Ciuitatis. Sed illi de corpore Ciuitatis tantum debeant per ſe ipſam ſecuritatem facere, & ſi & ſecundum qui a poteſtate fuerint vel eius Iudicibus requiſiti. ¶ Et ſi qua Comunitas perſona aut vniuerſitas ſeu locus negligeret aut recuſaret cautionem preſtare premiſſam, & modo quo ſupradictum eſt ad terminum ordinatum a poteſtate condemmnetur per poteſtatem in libris quingentis. & perſona que recuſaret predicta adimplere in libris centū, & plus & minus inſpecta qualitate loci & perſone arbitrio poteſtatis. ¶ Et predicta omnia & ſingula obſeruētur & obſeruari faciat poteſtas nulla exceptione, deffenſione, oppoſitione vel anullatione Iuris, vel facti in contrarium admiſſa ſed ſic ſimpliciter & effectualiter intelligantur & obſeruentur ſicut littera ſtatuti huius Iacet. & ſonat & ſecundum arbitrium & intellectum Domini Poteſtatis. Nulla alia habita vel facta interpetratione, vel declaratioue Iuris vel facti, Et ſi quis contra formam ſtatuti huius, vel contra ea que continentur in eo alligaret ſeu opponere vel aliquid diceret Soluat ꝑ Pena Centum, Libras, Comuni Alexandriæ. in Denarijs Numeratis. Et nihilominus quitquid anullatum vel oppoſitum eſſet caſſum ſit & Inane, & caſſum & Irritum totaliter decernatur nec paciatur aliquo modo poteſtas aut Iudices vel Milites ipſius aliquit Scribere vel actitare in Libris Comunis in fauorem ſeu ad petitionem allicuius opponentis vel allegantis contra dictum, Statutum vel contra aliqua que in ipſo contineantur ſub pena Librarum Quinquaginta Salarij Poteſtatis, & Libras Vigintiquinque notario actibanti. ¶ Non obſtantibus hijs vel horum aliquo in aliquibus ſtatutis precedentbus vel infra ſequentibus ſeu aliquibus ordinamentis prouiſionibus, vel reformationibus, contracttibus conſuetudinibus vel decretis in contrarium factis vel faciendis penalibus preciſſis & ſine tenore vel non ſpenalibus vel generalibus. & de qbus hic opporteret vel ſpecialis & expreſſa mentio feri vel non que quantum in hac parte caſſa vel in efficatia ſint nulliuſq; momenti ac ſi de verbo ad verbum fieret de ipſis ex preſſa mentio. Et Iſtut Statutum ſit vltimum preciſſum trunchum & derogatorium ipſis omnibus.

¶ QVOD QVILIBET MAIOR QVATVRDECIM ANNIS POSSIT ESSE IN CIVILI ET IN IVDITIO CRIMINALI.

ITEM ꝙ maior quatuordecim ānorum in ciuili & criminali Iuditio corm poteſtate Alex. vel eius Iudicibus ſeu militibus tantum verſus comune teneatur & aſtringatur ad omnia & ſingula ſtatuta & ordinamenta comunis & populi Alexandriæ & proceſſus oēs qui fierent ꝑ poteſtatē vel Iudices ſeu miltes ip̄ius pro ip̄o maioř ſeu cōtra ip̄ū ſiue ſit filius familias vel in alterius poteſtate ſiue nō valeant & teneāt & ſint & Intelligāt ſolēpniter & legitime & efficaciter obſueňt ac ſi pſonā legiptimā haberet in iudicio preſiſtendi ¶ Idem inteligať & obſerueť de omnibus obligationibus tam principalibus q̄ fideuuſorijs factꝫ ſeu q̄ futuro tēpore fient ꝑ aliq̄ perſonā coram poteſtate vel aliquo ex ſuis Iudicibus vel militibus verſus cōe Alex. ſeu ꝓ ip̄o cōi q̄ ſint & Intellegāt facte ſolempniter & legiptime ſub q̄cumq; forma verborū facte fuerint Ita ꝙ ꝑ poteſtatē & quoslibet ſuos officiales poſſit procedi ad earum executionē realiter nō obſtante in aliquo huic ſtatuto nec preiudiciū aliqnod inferať cōi q ſiue actor ſiue reus ſiue principalis ſiue fideiuſſor ſit vel fuerit minor vigintiqnq; annis dū maior q̄tuordecim vel ꝙ ſit vel fuerit filius familias vel nō ſui Iuris vel alia exceptiōe Iuris vel facti ciuili vel legali vel ꝙ alio ſtatuto ordinamento vel cōſuetudine & q̄cumque Iudex vel aduocatus in contrariū allegaret ſoluat cōi noie pene libras .xxv. & quod de poteſtate & ſuis officialibus dictū eſt De capitaneo populi & eius officialibus Idē Intelligatur & ſimilř obſeruetur & hoc totum p̄ciſſe & ſine tenore.

❡ De cōpellēdo bānitos vt ſuos fide iuſſores omnes cōſuēt in dēpnes.

ITEM ſi aliquis fuit vel fuerit condempnatus vel bānitus pro aliquo muleficio vel alia de cauſa verſus cōe Alex. ſiue poteſtate & pro eo aliqs extiterit manu leuator qui eum manu leuauerit vel ꝓ eo debitor exſterit ꝓ ip̄a cōdempnatione vel ꝓ ip̄o bannito & illud in quo fuit vel fuerit cōdempnatus vel bānitus ꝓ eo ſoluerit teneatur poteſtas cōpellere ip̄um cōdempnatū vel bannitum ad ſoluendum in pecunia numerata ſine manu leuatoribus vel debitoribus totum id ꝙ pro bānito ip̄o vel condempnato ſoluerit & ip̄os de ipſa obligatione ſeruare indunpnes & ip̄um pſonalř detinere ſi in fortia ſua hr̄e poterit donec ſatiſfecerit ipſis manu leuatoribus vel debitoribus de toto eo ꝙ ſoluerint pro eo & ip̄os de ipſa obligatione in dempnes conſeruauerit vel etiam bona ip̄ius bāniti vel condempnati dare i ſolutū ipſis manu leuatoribus ſeu q pro ip̄o ſoluerit ſi hoc eis magis placuerit Et ſi aliquis licet non fuerit manu leuator ſoluerit aliq̄d in banno vel cōdempnatiōibus alicui⁹ q ſit i fortia cōis poteſtas teneatur preciſſe & ſine tenore ipſum detinere in fortia cōis donec ſoluerit ei illud ꝙ ſoluit pro eo ad volūtatē ip̄ius q ſoluit. ¶ Eodem modo teneatur in omnibus & ꝑ oīa poteſtas ſatiſfacere & ſatiſfieri facere clauario cōis & ip̄um indempnem conſeruare ab eo & de bonis eius quem ſup ſe recepit ſeu aliq̄ vocauerit ſe ſolutū de eo i quo eēt cōdempnatus vel cōdempnaretur & ipſum in omnibus & ꝑ oīa detinere vt ſupra nec mullieres nec filij vel filie poſſint deffendere dotem ſuā nec bona ſua verſus p̄dictos manu leuatores & clauarius & fideuuſores ſi volūtate ipſaꝝ & ipſoꝝ ipſa manu leuatio facta fuerit vel receptio ſiue vocatio ſolutionis facta a dicto clauario vt dictum eſt ſup̄ Et verſus ipſam vel ipſos & eius bona poteſtas teneať predictos oēs indempnes cōſeruare ipſos & ip̄ā ad ſolutionem cōpellere ſiue bona ip̄ius in ſolutum dare in oībus & ꝑ omnia vt ſupra dictum eſt & contra bānitū ſeu condempnatum & eius bona ſine tenore.

❡ De Abſoluendo illo qui cun preſentare promiſſit, aliquem preſentauerit Poteſtati.

ITEM Si aliqs ꝓmiſſerit aliq̄m repſentař pōtati alicui ꝓ cōi ſub pena vel ſine pēa & ille q ꝓmiſit repſentauerit illū corā pōtate & in fortia & cuſtodia pōtātꝫ cōſignauerit ad domū pōtatꝫ vel alibi in ciuitate Alex. ad voluntatē pōtatꝫ dicēdo pōtati

quod nō vult teneri amplius de p̄ſentādo ip̄m, & quot pōtas abſoluat ip̄m de ꝓmiſſione p̄dicta, pōtas ſi ip̄m q̄m ꝓmiſſit repſētauerit teneať ip̄m abſoiueř de p̄dicta ꝓmiſſione, & inſtrumētum de hoc factū deſtineř., & p̄ntatum retinere vel aliam bonam ſecuritatem ab eo recipere.

❡ De Pace ⁊ treguis attendendis.

ITem Quod pōtas teneať habeř & tenere & faceř teneri ratas & firmas oēs paces penas.& treguas poſitas ſiue factas vel faciendas inter ciues Alex. & inter eos qui ſoluent fodrum pro cōi Alex.& ſpecialiter inter illos inter quos ſint poſite vel ponerentur.& ꝙ dn̄s Poteſtas & eius aſſeſſor teneātur ei & debeant penas impōitas. & ꝓmiſſas per ip̄as partes inter quas pax vel tregua facta fuerit.ſi cōtrafactum vel ventū fuerit ꝑ aliquā ip̄arum partium.vel aliquos de ip̄is partibus contra dictam pacem vel treguam.ip̄am penam ſtipulatam vel ꝓmiſſam excutere vel excuti facere a parte cōtrafaciente in denarijs numeratis.niſi eſſet de volūtate partium que feciſſent pacem. & tunc caſſarentur ad eorum voluntatem.

❡ De requirendis a Pōtate habentibus guerram Simul.

ITEM ꝙ pōtas teneať requirere ōes homines ciuitatis Alex. habētes vel habituros diſcordiam ſuo tempore. & eos monere & hortari vt faciant pacem cum illo vel illis cum quo.vel cum quibus habuerint diſcordiam bona fide.& ſine fraude.ante feſtum paſche in ebdomada ſancta vel poſt ip̄am quando videbitur. nō faciendo fortiam vel violentiam alicui vel aliquibus in pſona vel in peccunia pro pace facienda.

❡ De ſecuritate facienda de nō offendendo ciuem qui dixit ſe timere.

ITEM ꝙ pōtas ſi ei diſtum fuerit. ſeu denūciatum ꝑ ciuem aliquē Alex. ꝙ ip̄e ciuis timeat de aliquo conciue vel nō conciue Alex. habitante in Alex. & diſtrictu.vel nō ne ip̄um offendat in pſona teneatur & debeat facere fieri bonā & Idoneā ſecuritatem vſq; in quantitate libraꝝ ducentū & plurium arbitrio pōtatis inſpecta qualitate pſonarum & facti & ab illo & illis de quibus dixerit ſe timere de nō offendendo ip̄m ciuem Alex ſub predicta pena. ¶ Et ſi ip̄am ſecuritatem preſtare noluerit detineatur in fortia cōis. donec p̄dictam ſecuritatem preſtiterit.& ſi comnigerit ꝙ ille a quo dicta ſecuritas poſtulabitur noluerit ſtare & vēire in fortia cōis. pōtas teneatur ip̄m bānire in libris ducentis & plus ad voluntatem poteſtatis vt ſup̄ De quo bāno nō exeat nec exire poſſit niſi ip̄m bānū ſoluerit & p̄dictam ſecuritatem p̄ſtiterit & hoc totum p̄ciſſe & ſine tenore.nō obſtāte aliquo ſtatuto generali vel ſpeciali cōis Alex.

❡ De confinibus ponendi inter diſcordes ex homicidio vel feruta.

ITEM ſi aliqua feruta ſeu homicidiū hinc retro fuerit facta ſeu factum vel etiam fieret in futurū inter aliquos homines de Alex. pōtas tēeať pōere inter ip̄os idōeos cōfines.& bōas ſecuritates accipere ab omnib⁹ & ſingulis de parētella ip̄orū agnatorū iter quos p̄dicta facta fuerint vt ſup̄.de ip̄is cōfinib⁹ attēdēdis & obſeruādis.& ſi qs cōtra p̄dicta vēerit vel fecerit ſeu aliq̄ de p̄dictꝫ pōtas ei tēeať & debeat pēas ide appōitas exigeř cū effectu.& hec oīa & ſingula dictus pōtas tēeať & debeat attēdeř & obſeruař p̄ciſe & ſine tēoř.Nō obſtāte aliquo ſtatuto cōis Alex.gn̄ali vel ſpetiali.

❡ De nō extrahēdo aliquem de domo ſua.

ITē ꝙ pōtas nō poſſit nec debeat aliquo cāu modo vel igēio extraheř aliq̄m de domo ſua.nec cōpelleř ire vel ſtař aliq̄m vel aliquos extra domos ſuas.niſi Iuſta euidēs.& māifeſta caūa appareat.ꝓpter q̄m aliqs ſit extrahēdus de domo ſua. & tunc ſi euidēs & iuſta cauſa appareat.pōtas debeat & poſſit vnū & plures miteř & pōeř ad cō finia i Alex. ſiue iuriſditiōe. & i vinculis & cuſtodia ei nō alibi. & hoc cū cōſilio & volūtate dnōrum capitāei. Anciāoꝝ. & q̄tuor q ſūt vel tēporibꝰ erūt ſeruādo ſemꝑ eqtatē. ſicut dictis dn̄is capotꝰ. Anciāis & q̄tuor videbit̄. & ꝙ aliq̄ ꝑſona nō poſſit extrahi vel mitti extra domū ſuā vt ſuꝑ. vel extra ciuitatē Alex. vel diſtrictu aliqͦ m̄o. vel caſu. vel igēio.

Quod nullus poſſit ducer̄ corā pōtate aliq̄m ꝓ ſua cauſa niſi de collegio Iudicū vel ſit ꝓcurator.

ITem vt altercatiōes. lites. Iurgia. & cōtētiōes q̄ oriri poſſūt de facili i ſtrepitibꝰ Iuditioꝝ & i ꝓceſſibꝰ q̄ſtiōū. & cauſaꝝ q̄ vētillāt corā magrātibꝰ i Iure reddēdo totaliter euitēt̄. ꝙ aliq̄ ꝑſona. locus. villa. vel alia vniuerſitas vel collegiū de Alex. vel vel diſtrictus. nō poſſit. vel debeat ſecū ducer̄ corā pōtate vel eiꝰ familia. vel capitāeo ſeu Anciāis. & q̄tuor aliq̄m vel aliquos de Alex. vel diſtrictu niſi Iudices vel vnū vel duos q nō ſint Iudices ꝓ aliq̄ cauſa vel q̄ſtiōe ciuili vel crimiali q̄m moueat vel q̄ ſibi moueat̄. ¶ Et ꝙ aliqs de Alex. vel diſtrictu niſi ſint Iudices vel vnus vel duo q nō ſint Iudices nō poſſit nec debeant ire cū aliq̄ ꝑſona loco villā collegio vel vniuerſitate de Alex. vel diſtrictu corā p̄dictus vel aliquo eorū vt ſuꝑ nec ꝓ eis nec occaſiōe p̄dictoꝝ occaſiōibꝰ p̄dict̄ ſub pēa & bañ lib. x. ꝓ quolibet & q̄libet vice & pluriū arbitrio pōtatis & etiā pōtas ſi ſibi videbit̄ poſſit ꝓhiber̄ cuilibet q nō ſit aduocatus ne vadat corā eo vel corā p̄dictis & pēā Impōer̄ q̄m voluerit. ¶ Eodē m̄o ſtatutū eſt. ꝙ ſi fuerit ꝑſoa locus villa collegiū vel vniuerſitas q̄ ſit aliūde quā de ciuitate vel diſtrictu Alex. q̄ cauſā vel q̄ſtiōē ciuilē vel crimīalē moueat cōtra aliq̄m ꝑſonā collegiū vel vniuerſitatē Alex. vel diſtrictus vel q̄ ſibi moueat̄ ab aliq̄ ꝑſona collgio cōmūitate aut vniuerſitate Alex. vel diſtrictu nō poſſit vel debeat aliqs de Alex. vel diſtrictus aliquo m̄o vel ingenio ire corā pōtate vel capitāeo vel āciāis vel aliquo de ipoꝝ familia cū ipa ꝑſona collegio cōitate aut vniuerſitate q̄ nō ſit de Alex. vel diſtrictu nec ꝓ eis p̄dictis occaſiōibꝰ aduocar̄ allegare ſeu oppōere aliq̄d nec eſſe illius vel illoꝝ ꝓcurator aduocatꝰ vel ſindicus ſeu quouis alio nōie cenſeat̄ ſub p̄dicta pena cōtra cōciuem vel cōtra cōitatē de Alex. vel collegiū aut vniuerſitatem aliq̄m Alex. vel diſtrictus ꝓ illis q nō ſūt de Alex. vel diſtrictu & i fauorem eorū vt ſuꝑ dictū eſt & hoc ſit ne cuius contra conciuem fauorādo extraneo haberet materiā altercādi vt dictū eſt ſaluo ꝙ de collegio iudicū Alex. poſſint ipi extrāei vnū vel duos aut ꝙ voluerit ſecū ducer̄ corā p̄dictis pōtate & capitāeo vel āciāis vel q̄tuor vel eoꝝ familia ꝓ iur̄ eoꝝ allegādo & deffendendo q̄m penā poteſtas & eiꝰ familia teneāt̄ exigere i peccūia numerata & p̄dicta facere publicari in conſilio gn̄ali & facere p̄comzari publice ꝑ ciuitatem īfra tres dies poſtq̄m itrauerit regimen & hoc totū p̄ciſſe & ſine tenore.

Quod nullus i aliq̄ cauſa poſſit iudices Alex. ſuſpectos pōere vltra tres ⁊ ꝙ non recipiantur in fideiuſſoꝛes.

ITem ꝙ nemo poſſit ponere i ſuſpecto in aliqua cauſa vel quiſtione vltra tres Iudices de Alex. Et ꝙ ipi Iudices nec aliquis ipſoꝝ recipiātur vel recipi poſſint ꝑ commune Alex. vel per aliquem nomine communis in ſecuritatem ꝓ aliquo. & ſi recepti fuerit non valeat ipa ſecuritas. Immo ipō Iure nec inde in aliquo teneantur commūi etiā ſi renūciauerint p̄ſenti capitulo tacite vel exp̄ſſe & idem obſeruet̄ i notarijs.

De cauſis per Iudices Alex. tātum difiniendis.

ITEM Quod nulla q̄ſtio poſſit delegari vel comitti conſulenda vel difinienda i toto vel parte niſi Iudici vel Iudicibꝰ de collegio Iudiciū Alex. hītāti vel hītantibꝰ i Alex. Eo ſaluo ꝙ ſi aliqua queſtio verteret̄ i Alex. que tāgeret commune Alex. q̄ q̄ſtio eſſet vltra quātitatem & extimationem libraꝝ trecentarū poſſit committi & diffiniri i Alex. & extra ſecūdū ꝙ placuerit conſilio Alex. & hoc ſine tenore & etiā in quantitate minori voluntate conſilij generalis.

calz ſrib

De nō compellēdo Iudices collegij Alex. dare cōſilium in cauſis criminalibꝰ.

ITem ꝙ collegiū iudicum vel aliquis de ipō collegio nō poſſit nec debeat cōtra voluntatem ſuā compelli ꝑ pōtatem vel aliquā aliā ꝑſonam examinar̄ vel cōſulere. vel iudicar̄ aliq̄ q̄ſtionem cauſam vel negocium q̄ ꝙue ꝑtīeat ad diffinitiuam cauſam criminalem & hoc totum ſine tenor̄.

Quod cōſiliature diſtribuāt̄ cōmūiter inter Iudices de collegio.

ITem ꝙ oēs cōſiliature diſtrbuāt̄ cōiter ꝑ pōtatē & eius familiā inter Iudices Alex. ſm ꝙ ordinatū eſt vel ordinabit̄ ꝑ cōſiliū dictoꝝ Iudicū dat̄ priꝰ ſuſpect̄ a partibꝰ.

De ellectiōe notariorū ad officium maleficiorū deputatorū ⁊ de illorū officio.

ITem ꝙ q̄tuor breuia fiāt & ſit ſcriptū notarius maleficioꝝ de tali quarterio q̄ breuiā dent in cōſilio gn̄ali ſicut alia breuia officialiū cōis & illi q̄tuor q habuerit dicta breuia elligāt quatuor notarios duos de populo & duos dē cōi ſilicet vnū de quolibet quarterio bonos & legales q quatuor ellectores i ipō cōſilio iurēt elliger̄ dictos notarios bonos & idōeos & legales & q notarij ſcribāt & recipiāt accuſatiōes & dinūciatiōes & inq̄ſitiōes maleficioꝝ & teſtimōia & bāna ſcribāt & legant & elapſo termino bāna dare debeat exēplata notarijs campāilis & ſtēt p̄dicti notarij ꝑ quatuor mēſes ad officiū & accipere poſſint de ſecuritatibꝰ & alijs ſcripturis quas faciēt ſolutiōe ſecūdū ꝙ ordinatū eſt i ſtatuto cōis de notarijs ſigilli & iuſtitie & ſi cōtrafecerit dēt ꝓ banno ſoldos vigīti ꝓ quolibet & qualibet vice & eiciat̄ de officio & alia attēdāt̄ cōtra eos q̄ i alijs caplis cōtinēt̄ & de puniēdo q delinq̄rit in officijs & libros ipōrū maleficioꝝ & rixarū & teſtiū denūciationū & Inq̄ſitionū & bānoꝝ debeāt tener̄ in vno ſcrineo ꝑ ſe tātū ita ꝙ nullus poſſit vel debeat in ipis vider̄ ſine licētia pōtatis vel iudicis & hoc totū caplum attēdat̄ ſine tēore. Saluo eo ꝙ ſi aliqs ꝓduxerit teſtes ꝓ ſe ad ſui deffēſiōem q nō itelligāt̄ teſtes recepti ꝑ officiū iudicis poſſint dicti notarij accipe ꝓ quolibet teſte ſoldos duos & plus iſpecta qualitate facti & negotij arbitrio Iudicis & recipiāt oēs ſecuritates q̄ fiēt occaſiōe maleficioꝝ & rixaꝝ & accipiāt tātū ſoldos duos ꝓ quolibet q fecerit ſecuritatē & ſi fuerit plures tribꝰ ſuꝑ q cōter ſecuritatē faciāt accipiant tantū ſoldū vnum ꝓ quolibet ꝓ ipa ſecuritate & ſi aliqs Sindicus ſeu ꝓcurator alicuius ville caſſalis. vel loci nōie ipius vniuerſitat̄ vel loci fecerit ſecuritatē corā dicto. D. poteſtate vel Iudices maleficioꝝ ſeu aliquo ex ſuis iudicibꝰ vel militibꝰ accipiāt notarij de illa ſecuritate a maioribꝰ locis vbi habitant vltra cētū hōīes vſq; in ſoldos decē & nō vltra & a maioribꝰ vſq; in ſoldos q̄nq; & nō vltra. De accuſatiōe ſeu denūciatiōe ſeu de titulo inq̄ſitiōis accipiant a ſingulari ꝑſona ſoldū vnum ꝓ quolibet dicto. & a cōitate loci ſoldos duos ꝓ q̄libet ſcripturaꝝ p̄dictaꝝ. & q cōtrafecerit amittat & cōdēpnet̄ in ſoldos cētū & reſtituat id ꝙ plus acceperit. & pōtas & eiꝰ iudices teneāt̄ p̄dicta & ſingula facer̄ attēdi & obſuari cū effectu ſub pēa libraꝝ decē ꝓ qualibet vice p̄ciſſe & ſine tēor̄. Ita ꝙ ſemꝑ in Introitu officij ipoꝝ iudex maleficioꝝ teneat̄ & debeat vinculo ſacram̄ti. & ſub pēa lib. xxv. ſui ſalarij de q̄bus nullatēus poſſit abſolui admōere ꝑ ſcripturā publicā ſuos officiales ne ꝯ p̄dicta aliq̄d faciāt & hoc ſine tenore.

De illo qui faciet guerram cōi puniendo.

ITEM Statutũ eſt, ꝙ debitor poſſit recupare rẽ vel res imobiles datã vel datas in ſolutũ creditori ſuo ꝑ extimatores cõis infra tres mẽſes, & mobiles infra qndecim dies, & poſt dictũ terminum ſiue terminos, extimũ ſtabile & firmũ ꝑſeuerabit cõtra illũ ꝯ q̃ factũ fuerit & fructꝰ quos de ipis rebꝰ inmobilibꝰ vel mobilibꝰ habuerit creditor cõputent in ſolutione debiti pro tãto quanto voluerit infra predictum tempus.

vide cõsuetudinẽ info·z

¶ De reddendo inſtrumentum debitoꝛi ſi fuerit ſolutum.

ITEM Statutũ eſt, ꝙ ſi aliqs debitor ſuluerit aliꝗ debitũ ſuo creditori & de ſolutione ipius debiti nõ extiterit inſtrumẽtũ põtas teneatꝛ p̃ciſſe & ſine tenore facerꝛ reddi & reſtitui Inſtrumẽtum & condempnationẽ debiti illi debitori licet penes ſe creditor tenuerit, ſi debitor ꝓbare poterit ꝑ qnq; teſtes bone fame & bone opinionis ſulutionẽ dicti debiti fuiſſe factã ſine tenore & ſi creditor nõ attenderet det ꝓ bañ lib. xxv. Et nichilominus teneat facere inſtrumenrũ redderꝛ debitori Inciſum & cõdempnationẽ vel inſtrumẽtũ ſolutiõis eidẽ facerꝛ ſi Inſtrumẽtũ debiti & cõdempnationẽ nõ habuerit vſq; ad octo dies poſtq̃ eidẽ nunciatũ fuerit & ſi aliqs creditor petierit aliꝗ debitũ de quo ſit ei ſatisfactũ & de hoc victus fuerit ĩ cauſa teneatꝛ reſtituerꝛ ei a quo petebat oẽs expenſas cauẽ ſiue fuerit Iuratũ de calumpnia ſiue nõ & Inſtrumẽtũ cõderꝛ priuatiõis illius debiti. & nihilominus condempnetur cõi in lib. x. ſine tenore.

¶ De Debitoꝛe capiendos de bonis expeditis.

ITem ſtatutũ eſt ꝙ põtas & eius Iudices & cõſules Iuſtitie teneantꝛ p̃ciſe & ſine tenorꝛ ad poſtulationẽ creditoris ſiue illius q habet Iura ceſſa. ꝑſonaliter caperꝛ & detinerꝛ q̃libet debitorẽ & eiꝰ heredes q ꝓ aliquo debito uerſꝰ aliq̃m obligauit ſe uel hactenꝰ ſe obligabit & aliq̃ cauſa & ipm debitorẽ ſic captũ & eius heredes ſic captos detinerꝛ & deſtringere vbi & ſicut ipe creditor voluerit ſiue ille q de ipo debito iura ceſſa habuerit nec inde pati recederꝛ ipſum vel ſuos heredes ſine licentia & parabola ipius creditoris ſiue habentis iura ceſſa niſi primo in Integrũ ſatisfecerit de ipo debito ipi creditori vel habenti Iura ceſſa & ſtare in obſtagio ſecundũ ꝙ ei p̃ceptũ fuerit ꝑ põtatẽ vel cõſules Iuſtitie vel eorũ nuncios cõis teneat ipe debitor & ſui heredes nec ĩde ſe remouerꝛ & ſi non ſteterit vel ĩde ſe remouerit ponant in bañ libraꝝ. l. de maleficio ſi debitũ fuerit de q̃ntitate vel valimento libraꝝ. l. & abinde ſup̃. & ſi fuerint a q̃ntitate lib. xxv. vſq; in. l. det ꝓ bañ lib. xxv. & ſi fuerit de minori q̃ntitate lib. xxv det ꝓ bãno lib. x. & detineatꝛ ad voluntatẽ creditoris & ad arbitriũ Iudicũ inſpecta q̃litate ꝑſona Et debiti q̃ntitate. de quo bañ exire nõ poſſint niſi bannũ ſoluerint in denarijs numeratꝭ vel de debito concordes fuerint cũ creditore ĩfra x. dies a die dati bañ & hoc locũ habeat ſi debitũ liqdum fuerit. Ita tamen ꝙ ſi debitor paratus fuerit oſtendere de rebꝰ ſuis expeditis q̃ ſint in poderio Alex. vel diſtrictu & ſint laboratorie & fructũ ferentes tantũ ꝙ poſſit ſatiſfieri creditori de toto debito & eas dare ei inſolutum nec detineatur nec compellatur ſtare obſes nec banniatur pro Eo quod non ſtaret obſes. Eo ſaluo quod Non poſſit dare de rebus expeditis Quas acQuiſiuiſſet poſt Condempnationem Vel obligationem factam ipi creditori Inuito. & teneatur Iudex Iuſtitie ad poſtulationem creditoris cõpellere debitorem iurare & ei precipere maifeſtare omnia ſua bona mobilia & immobilia & ipa dar̃ in ſcriptꝭ creditori ſeu Iudici & ſit & eſſe debeat in electiõe creditoris accipe ſolutum illas res que ſibi placuerint & ſi videbit̃ iudici vel apparuerit debitore comiſiſſe fraudem in mãifeſtatione bonoꝝ ſuoꝝ poſſit Iudex eũ punire vſq; in ſoldis ſexagita ꝓ prima vice fraudis cõmiſſe Pro ſecũda vſq; in ſoldis. cc. & ꝓ tercia vſq; in libris decem & poſtea ad arbitriũ iudicis inſpecta q̃litate debiti & pſonaꝝ & ſi debitor aſſignauerit aliquas res pro expeditis. & tẽpore aſſignationis ipe res Inueniãt̃ inpedite vel alterius eſſe ſoluat ꝓ bãno qlibet cõſignãs. ſoldos cẽtum ꝓ qualibet vice & ſaluo ꝙ nullus campſor vel mercator q recepit pecuniã vel recipiet in depoſito vel in ſocietate vel in mercãtia poſſit bona ſua in ſcriptꝭ dare ſed detineatur pſonalr̃ donec ſoluerit dictã peccuniã in peccunia numerata. qcũq; debuerit dare aliq pecuniã occaſione alicuiꝰ cambij alicui campſori qui fecerit ſecuritatẽ cõi occaſione cãbij teneat̃ ſoluere in peccunia numerata Hec poſſit dare bona ſua in ſcriptꝭ ſet detineatur perſonalr̃ donec ſoluerit in peccunia numerata. Iurante prius ipo campſore dictũ debitum non eſſe vſurarium ſed occaſione cãbij ¶ Eodẽ modo & forma teneatur poteſtas & conſules & Iudices Iuſtitie ad poſtulationẽ ipſius q aliq manu leuaſſet vel ꝓ eo fideiuſſor extitiſſet vel pro ipo aliquit ſoluiſſet ſiue habeat Iura ceſſa ſiue non illum & ipius cepere & detinere heredes & deſtrigere ad volũtatem ipoꝝ vt ſup̃ dictum eſt de principali debitore & ipius. & hoc ita locum habeat ſi de predictis vel cum de predictis & quolibet p̃dictoꝝ liqdum fuerit poteſtati vel Iudicibus Iuſtitie Et Ita teneat̃ poteſtas facer̃ Iurare ſequẽtes emẽdatores ſtatutoꝝ ciuitatꝭ Alex. & hoc capitulũ firmar̃ & non remouere de ſtatutis Alex. nec deteriore in totum vel in partem. & nihilominꝰ hoc capitulum in ſuo robore pſeueret ¶ Et de hoc capitulo tẽeatur poteſtas. & etiã ſi remotũ eſſet de capitulis Alex. teneat̃ ipſe põtas obſuare omnia & ſingula ſup̃ſcripta & ipum capitulum facer̃ reduci in ſtatutis Alex. & Ita teneat̃ põtas facere Iurare ſeq̃ntem põtatẽ. & ſeq̃ns ſeq̃tem in ꝑpetuum ſine tẽore ¶ Et ea q̃ dicunt̃ de heredibꝰ non Intellgant̃ de heredibus ꝑ Inuentariũ ꝙ poſſint detineri ſi oſtenderrint q̃liter nõ teneant̃ ad ſolutionẽ dicti debiti. ¶ Eo ſaluo ꝙ quotienſcunq; debitor fuerit in cõcordia cum creditore ſuo etiã poſtq̃ fuerit cõdempnatꝰ. ꝙ dicta cõdempnatio inde facta nulla ſit & nulla Intelligat̃ ipſo Iure. Ita ꝙ exinde moleſtari non poſſit niſi ante dictã concordiã & denũciationẽ factã a creditore de ipſa concordia facta dñis põtati vel eiꝰ Iudicibus dictus debitor a põtate vel eius familia captus eſſet vel alio modo poſitus in forciã cõis. vel pignoratus vel excuſſus in qbus caſibꝰ condempnatio ſit in ſuo ſtatu. & p̃dicta locum habeant in p̃teritis & futuris.

De Debitoribus detinendis per iudicem põtatis vel conſules Iuſtitie.

et quod hoc statuta Valeant. Bolero de decoc. deb. fisc. ... p. quest. 2. n. 21.

Item ſtatutum eſt. ꝙ põtas & eius Iudices. & conſules Iuſtitie teneant̃ & debeant ꝑſonaliter detinere ad voluntatẽ creditoꝝ omnes debitores quos cõſtabit ꝑ carthã publicã vel cõdempnationẽ eſſe debitores. Dũ tamẽ ipi debitores nõ capiant̃ in ipoꝝ domibꝰ vel ſediminibꝰ. nec in q̃ habitãt. nec in aliqbus eccleſijs. vel aliq platea alicuius agnationis aliquoꝝ de populo vel de cõi. & p̃dicta omnia & ſingula teneat̃ poteſtas & eius Iudices & conſules Iuſtitie attender̃ & obſuare p̃ciſe & ſine tenore. Non obſtãtibus aliquibus capitulis ſupioribus vel iferioribus ſpecialibus vel gñalibus. Eo ſaluo ꝙ ſi aliqs detentus fuerit ad petitionẽ alicuius vel ex officio dñi põtatis vel eius familiares. ꝙ nõ poſſit ad petitionẽ alicuius alterius detineri donec fuerit liberatus & relaxatus a carceribus. & i ſua libertate ſteterit ꝑ duos dies. dũmodo ipe detentus cõtinue ſteterit i carceribꝰ. & ſi repier̃ extra qlibet eius creditor poſſit eũ detineri facer̃ i carceribꝰ. ſaluo ꝙ p̃ſens ſtatutũ nõ habeat locũ. nec obſuet̃ i eo creditores q habeãt famã luſoris vel tenentis ludum. vel preſtantis ad ludum. & in eo debitore qui paratus fuerit ſatiſdare de Iuditio ſiſti & Iudicato ſoluẽdo. Ita tamen quod Iudex Dñi poteſtatis

de carcer. et carcerat. quest. 27. n. 106. lib. i. Quid si sit suspectus de fuga. n. 107.

...uissores etiam
...liant et princi...
...bitores non
...detineri.
...vess. l. si quando
...n. 769. vers.
...ferhir:
...et an carcerari
...diebus feriatis
...Dei Fariney

...discordat hoc statutum a N. Const. in tit. de off.o abb. Mercatorum §. omnium q.a in ... decernitur captura ad effectum cauendi et ibi pro satisfaciendo, quid ...

ſeu miles eius vel conſul Iuſtitie. Sub quo ille debitor ſatiſdederit de iuditio ſiſti. Et de Iudicato ſoluendo teneant̃. Ac exp̃ſſe debeant i continenti p̃ſtita dicta ſatiſdatione illi debitori aſſignare terminũ viginti dierum continuorũ. Vel tantum minus q̃ntum ipi Iudici ſeu militi vel conſuli videbit̃ ad ꝓbandũ. Dicendum opponendũ. Oſtendendũ. Et anullandũ. Quicqd ꝓbare dicere opponere oſtendere vel allegare voluerit ꝓpter ꝙ ad ſoluendũ debitum ꝓ quo ſatiſdederit rationabiliter nõ tenet̃. Et ſi infra p̃dictũ terminũ non ꝓbauerit id ꝓ quo ad ſolutionẽ debiti non teneat̃. Tũc ellapſo termino ſup̃dicto in continenti ipe iudex ſeu miles vel conſul Iuſticie ipum debitorẽ & eiꝰ fideiuſſorẽ pſonaliter detinere debeãt ad voluntatẽ Creditoris quo vſq; ei fuerit de debito Integre ſatisfactũ. Nec poſſit ille debitor. Nec fideiuſſor petere Creditori ſuo libellũ nec petitionẽ in ſcriptꝭ. nec aliq aliã dillationẽ vl̃ ſolẽpnitatẽ Iuris. ꝓpter q̃. vl̃ occaſiõe cuiꝰ poſſet illa cauſa vl̃ q̃ alio modo aliquo dillatari. nõ obſtãte ſtatuto p̃cedẽti huic ſtatuto. pẽdeat pñs ſtatutũ quo ad detẽtionẽ pſonal'm vſq; ad kalẽdas Nouẽbꝭ ꝓx. Anno Dñi. M. CCCXLVII. Que ſuſpẽſio nõ extẽdat̃ ad forẽſes ciuibꝰ obligatos.

De detinendo foreſterios ciuibus Alex. obligatos.

Item ſtatutũ eſt. ꝙ liceat cuilibt ciui Alex. cape & d̃tinire ad ſuã volũtatẽ cũ nũtio põtatꝭ vl̃ Iudicꝭ in Alex. & Iuriſditione q̃mlibt extraneũ ſibi debentẽ aliq d̃bitum cũ cartha & ſine cartha dũ tãtũ cõſtiterit d̃ debito põtati. vl̃ paratꝰ fuerit in cõtinenti facer̃ fidẽ & hered̃s eiꝰ q Interim detineant̃. donec d̃ debito facta fuerit fides poteſtati vl̃ Iudici. niſi fuerit heres cũ bñfitio Inuẽtarij q Interim poſſint detineri. donec oſtenderit dictum debitũ q̃re ſoluere non teneat̃. Et põtas tẽeat̃ ipum facere detineri ad voluntatẽ creditoris. Nõ obſtante aliquo capitulo. Niſi ille q petit̃ detineri duxerit vl̃ detulerit mercancias. Vel niſi paratus ſit ſatiſdare de eo ꝙ ab eo petit̃ Iuditio ſiſti & Iudicatũ ſolui in Alex. in qbꝰ caſibꝰ detineri nõ poſſit & ſi duxerit mercanciã nihilominus ſatiſdare teneat̃ vt ſup̃ aut d̃tineat̃ vt ſup̃. Et omnibꝰ forenſibꝰ d̃bentibꝰ habre a ciuibꝰ. Et diſtrictualibꝰ Alex. reddat̃ tale Ius q̃le ciuibꝰ Alex. i ſuo loco eos reddret̃ Et ſi non conſtiterit de modo ſeruetur Ius commune.

De illis qui contraxerunt in Alex. vt ibi de Iure reſpondeat̃.

Item ſtatutũ eſt. ꝙ ſi aliqs ꝯxerit cũ aliquo ciue i Alex. vl̃ extraneo i ciuitate Alex. vl̃ diſtrictu. teneat̃ põtas ei facere d̃nũciari ꝙ veniat ad reſpondẽdũ d̃ Iure i Alex. & ſi non venerit ad terminũ ſibi datũ. Teneat̃ põtas p̃dictum q ꝯxit & hered̃s eiꝰ & res ipius facere d̃tineri in Alex. & pſonas i Alex. & Iuriſditione ſine tenore & Idem Intelligatur in omnibus ciuibus ad pactum.

De illis De villis q debuerint aliqd alicui ciui Alex. ad ſolutionẽ compellẽdis.

Item ſtatutũ eſt. ꝙ ſi aliqs de villis Alex. q non ſit Ciuis Alex. debuerit aliqd alicui ciui Alex. & ꝯtractu facto in ciuitate Alex. vl̃ alibi. ꝙ põtas compellat illũ facere rationẽ ciui Alex. Et faciat interdici & dari tantũ de rebꝰ ſiue bonis ipius ꝙ ſit ſatisfactũ ciui Alex. ſi cõſtiterit illũ dare debeṝ id ꝙ petit ciuis Alex. § Itẽ ſtatutũ eſt ꝙ ſi aliqs ciuis Alex. debt recipere & habere ab aliq ciuitate vl̃ loco q ſit ſub Iuriſditione Alex. ſi ꝯtꝰ factus fuerit in ciuitate Alex. vel alibi.

De ciuibus Alex. conſtringendis ad ſoluendum id quod debuerint alicui ciui alicuius ciuitatis vel loci.

Item ſtatutũ eſt. ꝙ ſi aliqs d̃ Alex. vl̃ diſtrictu debuerit dare alicui vl̃ aliqbꝰ & obligatꝰ eſt verſus aliq̃m vl̃ aliquos alicuius ciuitatꝭ vl̃ loci. Et aliqs d̃ Alex. captus fuerit vl̃ detentus vl̃ impeditꝰ ſeu bona eiꝰ. põtas teneat̃ bonã & Idoneã ſecuritatẽ recipe ita & ſicut placuerit eidẽ ciuitati vl̃ loco vnd̃ fuerit creditor p̃dictꝰ & arbitros elliger̃. Qui põtas ꝓ cõi Alex. arbitros ellegat. q arbitri ſtãdo in loco cõali cognoſcer̃ debeãt de p̄dictis & alijs queſtiõibꝰ & ſecũdum ꝙ ipi ꝓnũciauerit vł ſentẽtiauerit ille ꝓ quo aliquis captꝰ fuerit vł Impeditꝰ vł eius bona totũ ſoluere ei cui debbat vł obligatꝰ erat Et ſi ſoluer̃ noluerit vł nõ poterit poteſtas pſonalr̃ eũ capiat. & ſic captũ eũ trãſmitat poteſtati vł cõſulibꝰ illius Ciuitatꝭ vł loci. Et de ipo ſuã faciat volũtatẽ. Dummodo in pſona illa ciuitas vł locus idẽ faciat verſus ciuitatẽ Alex. & diſtrictũ. Et hoĩes ipiꝰ Ciuitatꝭ & diſtrictꝰ Et hoc teneat̃ attendere ſine tenore.

¶ De obligationibꝰ factis a filio familias retractãdis.

asuetud. fa
nsuy optima

ITem ſtatutũ eſt ꝙ oẽs ꝓmiſſioes oblĩones fideiuſſiões & Iuramẽta facte vł faciende a filio familias aliquo modo facte & facta ſint Caſſa. & in ꝑpetuũ nullo capło obuiante niſi ſit publicus mercator vł niſi ſeorſum habitet a p̃re vł niſi cõtractꝰ & obligatio eſſet occaſione negociationis, vł rei de aliq̃ negotiatiõe vł re quã emiſſet vł feciſſet. vł niſi eſſet cãpſor vł niſi ſe obliget p̃ñte p̃re & cõſentiẽte. vł niſi eſſet tale debitũ ꝙ pietas paterna nõ recuſaret ſiue recuſare nõ d'beret. vł niſi ſe obliget verſus cõe Ale. Ita tamen ꝙ ſi eſt publicus mercator vł Cãpſor. Et habitet cum p̃re vł ſe obliget p̃ñte p̃re & nõ ꝯlicẽte pater teneat̃ ꝓ filio ſoluere dictum debitum.

Qȯ credat̃ iudici vł aduocato i ſuo v̄bo ꝓ aduocatiõe ſeu cõſultura vſq; in ſol. cẽtũ·

ITEM ſtatutũ eſt. ꝙ ſi aliq̃s Iudex. vł aduocatꝰ Alex. aduocauerit ſeu cõſilium dederit alicui pſone vł ꝓ aliq̃ pſona Et illa pſona ꝓ qua aduocauerit ſeu conſilium dederit & noluerit ipi aduocato vł Iudici ſatiſfacere d ipa aduocatiõe vł cõſiliatura licitum ſit illi Iudici vł aduocato conqueri corã quocũq; Iudice Alex. Et credatur dicto Iudici vł aduocato in ſuo verbo delato Sacramẽto ipi aduocato uſq; in quãtitatẽ ſoldoꝝ cẽtum. Et ꝙ ille ꝯ quem Iuratũ fuerit ſeu petitum detineat̃ pſonalr̃ ad voluntatem ipiꝰ aduocati vł Iudicis, donec ſatiſfecerit cum effectu uſq; in illam quãtitatẽ qua Iuratum fuerit. Et hoc capłm locum habeat nõ ſolũmodo in aduocationibꝰ & cõſiliaturis futuris. Sed etiã p̄teritis. Et contra quãlibet vniuerſitatẽ vſq; in libris decem, nec poſſit peti libellus.

¶ De minore qui dotem accepit obligando.

ITEM ſtatutum eſt. ꝙ ſi minor auctoritate ſui curatoris recepit dotem vł cõfeſſus fuerit ſe dotẽ recepiſſe ab vxore ſua vł ab alio pro ea teneatur & ſit obligatus pro ea dote reſtituenda.

¶ De Solutione dotis poſt diuortiũ mulieribꝰ facienda ⁊ de alimentis preſtandis.

ITẽ ſtatutũ eſt ꝙ ſi aliq̃ mulier poſt deceſſũ mariti remãſerit in domo & hẽredes mariti ei idẽ nõ dederit cõdecẽtia alimẽta vł ipam expellerẽt de domo mariti ꝙ põtas teneat̃ p̄ciſſe & ſine tenor̃ Compeller̃ ipos heredes ad reſtitutionẽ dotis ipi mulieri cũ antifacto i denarijs numeratꝭ vł in rebꝰ & poſſeſſionibꝰ q̃s tenebat maritꝰ. & ſpecialr̃ in illis q̃ plus placuerint mulieri ĩfra menſem. poſtq̃ ãnunciatũ fuerit p ipã mulierẽ vł eius nunciũ. Et Interim dictus põtas teneat̃ dari & aſſignari facer̃ ipi mulieri alimẽta competentia ſecundũ q̃litatẽ dotis & mulieris. Et hoc ſine tenor̃ nullo capło obuiãte & p̄dicta omnia Intelligant̃ & attendant̃ & obſuent̃. ſaluo & reſuato oĩ Iure & preiuditio anteriorum creditorum.

¶ Qȯ nullus ciuis de Alex. ⁊ diſtrictus contrahens matrimonium ducat ſecum niſi perſonas decem.

ITem ſtatutũ eſt, & ordinatũ ꝓ maiori cõmodo & vtilitate cõis & hominũ Alex. ac ꝓ euitandis ſumptibꝰ & expenſis ex q̃bus ꝓueniunt potius onera q̃ honores. ꝙ aliq̃ pſona Alex. vł diſtrictꝰ ꝯhens vł ꝯhere volens matrimõiũ cuiꝰ cunq; ſtatus vł ꝯditiõis exiſtat nõ poſſit audeat vł p̄ſumat haber̃ vł ducer̃ ad fermãdũ dictũ matrimõiũ vltra decẽ pſonas ꝓ q̃libt parte. Et ſi ſponſus Ibit ad vidẽdũ ſponſã nõ debat ducer̃ ſecũ vltra tres. Ita ꝙ ipſe ſit q̃rtus. Et ſi ꝯfactũ fuerit ſit in pena Et bañ ꝯfaciens & ꝯ vadens

In ſoldis ſexaginta pro quolibet & qualibet vice. Et ꝙ aliqua pſona dicte Ciuitatis, & diſtrictus quæ faciet nuptias retornalias cazalias nec aliquod cõuiuiũ. nõ poſſit in p̄dictis nuptijs. retornalijs cazalijs vel cõuiuijs ducere, vel habere vltra viginti q̃tuor perſonas inter homines & mulieres ad comedẽdũ de ſuo q nõ ſint de ſua familia ſub pena librarũ decẽ cuilibet ꝯfaciẽti & qualibet vice. Scilicet illis q ducerẽt vltra p̄dictã quãtitatẽ. & illis q irẽt ſolđ ſexagita terdoñ. ꝓ quolibt & q̃libt vice. & illis q irẽt ſi nõ fuerint inuitati ſoldos ſexaginta terdoñ Quæ pene ſup̄ius noiate ſoluant̃ in denarijs numeratis ſine aliqua cõpẽſatiõe. Nõ obſtãte capło ꝙ loq̃tur de cõpẽſatiõibus faciẽdis ꝓ medietate penarũ. Et ꝙ dñs Vicarius & eius familia q ꝓ tpe fuerint teneant̃ vinculo Sacramẽti quotieſcũq; audierint dici ꝙ aliqua matrimonia firmata ſint. ſeu ꝙ alique nuptie retornalie vel cazalie ſeu cõuiuia facta fuerint in ciuitate Alex. vel diſtrictu ingrere diligenter. Si ibi obſeruata fuerit forma p̄dicti ſtatuti. Et ſi inuenerint aliquos q contrafecerint puniantur prout in ſtatuto plenius continetur.

¶ De mercenario qui a Domino receſſit non ſoluendo.

ITem ſtatutũ eſt. ꝙ ſi q̃s mercenariꝰ vel mercenaria ſeu manipaſtus receſſerit a Dño vel a Dña ante terminũ ſuũ ſine licẽtia dñi vel dñe, niſi iuſta & ꝓbabili cauſa, nihil a dño vł a dña poſſit peter̃ vł haber̃ d ſuo feudo. Et ſi habuerit feudũ illđ totũ teneat̃ reſtituer̃ dño vł dñe a quo habuerit. Et ſi dñs vł dña mercenariũ vł mercenariã licẽtiauerit añ terminũ ſoluat ei ẜm tẽpꝰ ꝙ ei ſeruierit inſpecta q̃litate, & vtilitate tẽpis.

¶ De non acquirendo Iura contra ciues Alex. Et qui aliquis non poſſit eſſe procurator alicuius forenſis.

ITem ſtatutũ eſt. ꝙ aliq̃s ciuis Alex. nõ poſſit emere vel gratis accipere in ſolutionẽ aliquo modo vel ingenio Iura ſiue actiões alicuiꝰ extranei vel forẽſis, nec eſſe ꝓcurator forẽſis. Et intelligat̃ forẽſis q̃tũ ad cũſtitutionẽ ꝓ nr̃is q nõ põt cõueniri de oibꝰ in ciuitate Alex. aliquo modo ꝯ ciues Alex. ſine tenore, ſaluo & excepto q ſi aliq̃s ciuis obligatus fuerit in aliquo inſtrumẽto cũ aliquo cõciue Alex. verſus aliquẽ forẽſem, ꝙ ille ciuis obligatus poſſit acq̃rere Iura cũ effectu ab illo forẽſi ꝯ p̄dictũ cõciuẽ, & bona ſua q̃ ſint, & erãt ipſius tpe dicte obligatiõis, & ꝯ poſſeſſores, & detẽtores ipſorum bonorũ. Et ſi q̃s cõtrafecerit det ꝓ bãno ꝓ vnaquaq; vice ſoldos ſexaginta, Et ipa Iura ſint ipſo Iure caſſa & ꝓ caſſis habeant̃ ipſo Iure. Et habeat locũ hoc capitulũ in acquiſitis, & q̃ hactenus acq̃rent̃, & in ꝓcuratoribus factis & faciendis, Et hoc teneatur poteſtas facere iurare ſequentem poteſtatem, & ſequens ſequentem.

¶ De eo qui ſe obligauerit pro cõmuni indempnem ſeruando.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ poteſtas & cõſiliũ Alex. teneant̃, & debeant trahere & cõſeruare de omni dampno illum vel illos qui ſe obligabunt, vel obligauerint pro cõmuni infra duos menſes poſtq̃ ei denunciatum fuerit ſine tenore.

¶ De compellendo debitorem viduarum ⁊ orphanorum ad ſoluendũ.

ITem ſtatutũ eſt. ꝙ poteſtas p̄ciſe & ſine tenore teneat̃ cõpellere oẽs & ſingulos qui aliq̃ de cauſa aliq̃d dar̃ debuerint orphanis minoribꝰ. xv. annoꝝ. & feminis viduis ſoluere in denarijs numeratis ipis q̃cq̃d cõſtiterit dare debere cõpellẽdo ipos ſi ſolutionẽ facere recuſſauerint ſtare obſides. Si ſic obligauerint & ꝓmiſerint, & impoſito cuilibet debitori bãno de ſoldis cẽtũ ꝓ quolibet die quo de obſtagiaria ſibi p̄cepta ſe remouerint niſi facta integra ſolutiõe. Et ſi hæc nõ attẽderent illud bãnũ ſoluãt, & poteſtas illud ei auferre teneat̃. Illud idẽ teneat̃ poteſtas in omnibus & p oia attendere, & obſeruare in filijs prædictorum debitorum.

¶ Quod collegium Iudicum poſſit interſe condere ſtatuta ⁊ ordinamenta.

ITem ſtatutũ eſt. ꝓ remuneratione cõſiliaturaꝝ quas collegiũ Iudicũ Alex. nõ accepit a cõi Alex. ꝓ ſentẽtijs incẽdioꝝ & alioꝝ dãpnorũ. ꝙ ipi Iudices poſſint ſeſe con gregare vbi & quotiens voluerint. condere ſtatuta & ordinamẽta inter ſe ꝗ valeãt Et teneant. & attendant & obſuent dũmõ nõ noceant cõi Alex. & ꝙ nemo poſſit põer in ſuſpecto in aliq̃ cauſa vl' q̃ſtione vltra tres Iudices đ Alex. & põtas teneat & debeat dare ſeu dari facere đ auere cõis vnicuiq; ꝑdictorũ Iudicũ de collegio ſolđ. x x. ſemp ꝑ tres dies ante feſtũ natiuitatꝫ Dñi. & ſolđ. x x. ꝑ tres dies ante fectũ paſce. ꝗ Iudices ſint đ conſilio publico & priuato & ꝙ ipi Iudices nõ teneant Ire ad conſilia publica vl' priuata niſi nõiatim conuocati fuerint. Nec teneãt facere guaitas. nec ſcaraguaitas, nec ire ĩ exercitu vl' caualcatas pedeſtres. Idẽ Intelligat & obſuet in ſcolarib⁹ legiſtis ſcilicet ꝙ nõ teneãt ire in exercitu. nec facere guaitas nec caualcatas. Et ſi contigerit aliquos Iudices vl' ſcolares đ Alex. tenere ꝓ cõi. liceat eis mittere ydoneã pſonã ꝓ eis in exercitib⁹. & caualcatis ipius cõis. a ꝗbus õib⁹ & etiã alijs onerib⁹ pſonalib⁹ mixtꝫ & extraordinarijs dicti cõis ꝑdicti Iudices ſint In mũes & exempti & ꝙ ipi nec aliqs ipõrũ Iudicũ recipiant vl' recipi poſſint ꝑ aliq̃m nõie cõis vl' ꝑ cõe Alex. ĩ ſecuritatẽ ꝓ aliquo. Et ſi recepti fuerint nõ valeat ipa ſecuritas ipõ Iure nec ide in aliquo teneãt cõi. Etiã ſi renunciatũ eſſet ꝑ ipos vl' ꝑ aliq̃m ipõrũ Iudicũ huic capl'o tacite vel expſſe. ꝗ oĩa & ſingula põtas teneat & debeat attender & obſuare. & attendi & obſuari facere ꝑciſſe & ſine tenore. Nõ obſtante aliquo ſtatuto vl' decreto cõis. vl' populi Alex. facto vl' ꝙ fieri poſſet in ꝯriũ. Etiã ſi de ipõ opporteat fieri mentionẽ in ſtatuto. Et hoc ꝑciſe & ſine tenore. Et ſi qd fieret ꝯdictũ ſtatutũ. Vl' ꝯ aliq ꝙ contineat in eo Illud ꝙ fieret nõ valeat nec teneat ipõ Iure. Et ꝑdicta oĩa locũ habeant in filijs dictorũ Iudicũ dõec ſecũ pmanebunt in eadẽ familia ꝑter ꝗ in exercitib⁹ & caualcatis. Et aguaitis & a vẽtinis & a laborerijs communis ad que pro perſonis ſuis teneantur tantum.

¶ De Tutella Propinquioribus danda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ ſi aliqs Deceſſerit & reliqt ſeu reliq̃rit pupillos & in vltima voluntate ſua dederit tutricẽ matrẽ pupillis vl' pupillab⁹ ſuis agnati nõ poſſint haber tutellã ipõrũ vl' ipãrũ Dõec ipa mater viuit. Et non tranſit ad ſecunda vota. Et velit habere & recipere tutellã ipam ipoꝝ vl' ipaꝝ pupilloꝝ. ſi vero tutorẽ nõ dederit mr ſi voluerit & Idonea eſt adimitat ad tutellã ipoꝝ cũ agnato vl' agnatꝫ ꝓximis ſi Idõei ſint & bone fame. Alioqn ꝑferet & detur alius agnatus vl' cognatus ſi magis ydoneus ſit cognat⁹ ꝗ agnat⁹. Si vero nõ habeat cognatos nec data ſit mr tutrix ĩ teſtamento. Et ſit bone fame ſola admittat ad tutellam pupilloꝝ vel pupillaꝝ ſuarum & ſuorum alioquin ſi nõ eſt bone fame detur vnus ex cognatis proximiorib⁹ Idoneis Et ſi Idonei nõ ſint detur ex vicinis aliqs tutor ꝑdictis qſit bone fame & bone opinionis. Et finita tutella teneantur predicti facere rationem ſue tutelle curatoribus ipoꝝ minoꝝ.

¶ De queſtionibus per collegium Iudicum diffiniendis.

582

Item ſtatutũ eſt, ꝙ nulla q̃ſtio poſſit delegari vl' cõmitti conſulenda vl' diffiniẽda in toto vel in parte niſi Iudici vl' Iudicibus de collegio Iudicum Alex. habitanti vl' habitantibus in Alex. Eo ſaluo quod ſi aliqua queſtio verteretur in Alex. que tangeret commune Alex. que queſtio eſſet vltra quantitatem & extimationem lib. trecentum poſſit comitti & diffiniri in Alex. & extra ſecundum quod placuerit conſilio Alex. Et hoc ſine tenore.

¶ De Statutis collegiorum ſocietatum ⁊ villarum approbandis.

Item ſtatutũ eſt ꝙ aliq collegium ſeu aliq̃ ſocietas ſeu aliqs locus. Villa ſeu caſtrũ. Vl' caſſale Alex. non poſſint habere aliq̃ ſtatuta vl' ordinamenta. nec aliqb⁹ ſtatutꝫ vl' ordinamentꝫ vti niſi prius eſſent approbata & firmata ꝑ conſilium gñale vl' ꝑ alios qui haberent auctẽm a cõſilio gñali. Dum tamen ipa ſtatuta approbata nõ ſint cõtra commune vel leſionẽ ſeu preiuditium communis Alex. Et ſi facta ſunt vel fierent. Nõ valeant nec teneant ipõ Iure & ꝙ đ ipis ſocietatib⁹ locis villis ſeu caſtris vl' caſſalib⁹.

Nõ teneat đ ipis ſtatutꝫ vl' ordinamẽtꝫ niſi đ approbatꝫ vt ſup. Et ipa ſtatuta nõ valeãt Nec teneant niſi ſint ꝑ ſtatuta huius voluminis expſſe conceſſa. Nõ obſtantib⁹ aliqbus ſtatutꝫ vl' ordinamẽtis ĩ ꝯrium factꝫ vl' fiendis. Et hoc totũ ꝑciſſe & ſine tẽor attẽdat.

¶ De cauſis per Iudices Alex. tantum diffiniendis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ nullũ negociũ vel nulla cauſa comitti poſſit. Seu cõmittat per põtatẽ vl' ꝑ aliq̃m de ſua familia vl' ꝑ conſules Iuſtitie vl' ꝑ aliq̃m aliũ officialẽ cõis Alex. vl' ꝑ aliq̃m põtatẽ rectorẽ vl' conſulẽ alicuius loci vel ville de Iuriſditione Alex. examinanda vl' conſulenda vl' diffinienda. ſeu examinandũ conſulendũ vl' diffiniendũ alicui pſone ꝗ nõ ſit de collegio iudicũ. Et nõ ſubſtineat onera dicti cõis ꝙ locũ ſi illud negociũ vel cauſa cognoſcet vel diffiniet in Alex. ſiue diſtrictu & nõ alit Et niſi cauſa ſiue queſtio pertineat ad cõe Alex. quo cãu poſſit diffiniri extra ciuitatem ſi placuerit conſilio Et hoc ſine tenore.

¶ De non comittendo aliquam cauſam alicui poteſtati villarum.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ põtas Alex. vl' aliqs đ ſua familia nõ poſſit dellegar vl' comitter aliq̃ cauſam cognoſcendã, Vl' diffiniẽdã alicui põtati vl' cõſuli alicuius ville ſi ipa cauſa ꝑtineat ad villã vel ad hominẽ ipius ville cuius eſt põtas vel conſul. Vel ſi excedat quantitatem de qua cognoſcere poſſunt. Et hoc ſine tenore.

Qd omnes queſtiones incendiorũ ⁊ mendaꝝ terminent ꝑ collegium Iudicum.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ oẽs q̃ſtiones petitionũ ꝗ fient a cõi Alex. occaſione incendioꝝ. Et mendaꝝ equoꝝ & armorũ & dampnoꝝ datorũ. & dandarũ conſulant & determinent ꝑ collegiũ Iudicũ tantũ. Et non ꝑ alias pſonas. Et ſi aliter conſulantur vl' terminent conſilia inde data & ſñtie late non valeant nec teneant ipõ Iure. Et hoc ſine tenore Et habeat tantũ collegiũ vnũ librũ in quo ſcribant omni anno conſilia ꝗ Iudices dicti collegij dabunt ſup ꝑdictis q̃ſtionib⁹ & nõia illorũ ꝓ ꝗbus dabunt ipſa cõſilia q̃ntitas q̃ſtionis ſiue rei conſulte ꝑ dictũ collegiũ. Et notarius campanilis habeat tunc librũ in quo ſcribant & exemplent omni anno ſecundũ ꝙ ſcriptũ erit in ꝑdicto libro dicti collegij omnia & ſingula attendantur. Et obſeruentur ꝑciſſe. Et ſine tenor niſi per conſules collegij vel per Iudicem ferratie vl' per notarios campanilis predicta forma eſſet omiſſa. Et nõia illoꝝ ꝓ quibus dabuntur ſuper predictis q̃ſtionibus.

¶ De non compellendo Iudices collegij dare conſilium in cauſis criminalibus.

Item ſtatutum eſt, ꝙ collegium Iudicum vel aliquis đ ipſo collegio. Nõ poſſit nec debeat contra voluntatem ſuam compelli per poteſtatem vel per aliquam perſonam aliam examinare vel conſulere Vel Iudicare aliquam queſtionem cauſam Vel negotiũ ꝗ quod ue ꝑtineat ad diffinitiuã cauſam criminalẽ. Et hoc totũ ſine tenore.

¶ Qd omnes cõſiliature diſtribuant cõiter ꝑ poteſtatẽ ⁊ eius iudices.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ oẽs cõſiliature diſtribuant cõit ꝑ põtatem & eius Iudices Alex. ſecundũ ꝙ ordinatũ eſt. vel ordinabit ꝑ cõſilium dictoꝝ Iudicũ datis prius ſuſpectis a partibus.

¶ Quod nullus ducat aliquem coram poteſtate pro ſua cauſa niſi ſit de Collegio Iudicum Alexandriæ.

Item ſtatutum eſt, vt altercationes, lites, iurgia, & cotentiones. que oriri poſſunt de facili in ſtrepitibus Iudicioꝝ & in proceſſib⁹ queſtionũ & cauſaꝝ que ventilant coram magiſtratibus in iure reddendo totalit euitentur ꝙ aliqua pſona, locus vl' villa, vel alia vniuerſitas vel collegiū de Alex. vel diſtrictu nō poſſit vel debeat ducere ſecū corā poteſtate vel eiꝰ familia vel capitaneo ſeu ancianis aliquē vel aliquos de Alex. vel diſtrictu vel aliūde niſi Iudices vel vnū vł duos q̄ nō ſint Iudices ꝓ aliqua cauſa vł q̄ſtione vel ciuili vel criminali quā moueat vel ſibi moueaƭ. Et ꝙ aliqs de Alex. vel diſtrictu, niſi ſint Iudices vel vnus vel duo q̄ nō ſint Iudices nō poſſint nec debeant ire cū aliqua ꝑſona loco villa, collegio vel vniuerſitate de Alex. vł diſtrictu corā p̄dictis vel aliquo eoꝝ vt ſupra. nec ꝓ eis, nec occaſione p̄dictorū occaſionibus p̄dictis ſub pena & bāno librꝝ. x. ꝓ quolibet, & qualibet vice, & pluriū arbitrio ptātis, & etiā poteſtas ſi ſibi videbiƭ poſſit ꝓhibere cuilibet q̄ nō ſit aduocatus ne vadat corā eo vel corā p̄dictis, & penā imponere quā voluerit. Et eodē modo ſtatutū eſt, ꝙ ſi fuerit ꝑſona locus, villa, collegiū vel vniuerſitas q̄ ſit aliūde q̄ de ciuitate vel diſtrictu Alex. vel diſtrictus q̄ cauſam vel q̄ōnem ciuilē vel criminalē moueat ꝯ aliquā ꝑſonā collegiū cōitatē vel vniuerſitatē Alex. vel diſtrictus vel q̄ ſibi moueaƭ ab aliqua ꝑſona. Collegio cōitate aut vniuerſitate Alex. vel diſtrictus nō poſſit vel debeat aliqs de Alex. vel diſtrictus aliquo modo vel ingenio ire corā ptāte vel capitaneo vel ancianis vel alicuiꝰ de ipoꝝ familijs, cū ipſa ꝑſona, collegio aut cōitate vel vniuerſitate q̄ nō ſit de Alex. vel diſtrictu nec ꝓ eis p̄dictoꝝ occaſiōe aduocare allegare ſeu opponere aliqd, nec eſſe illius vł illorū ꝓcurator aduocatus vel ſindicator ſeu quouis alio noīe cēſeaƭ ſub p̄dicta pena cōtra cōciuē vel cōitatē vel collegiū vel vniuerſitatē aliquā Alex. vel diſtrictus ꝓ illis qui nō ſunt de Alex. vel diſtrictu, & in fauorē eoꝝ vt ſupra dictū eſt. Et hec cōtra cōciuē fauorādo extraneo haberet materiā altercādi, vt dictū eſt, ſaluo ꝙ d̄ collegio Iudicū Alex. poſſint ipſi extranei vnū vel duos, aut quot voluerint ſecum duceř corā p̄dictis ptāte vel coꝝ familijs ꝓ iure allegādo, & deffendēdo. Quā penā poteſtas & eiꝰ familia teneaƭ exigere in pecunia nūerata, & p̄dicta faceř publicari in cōſilio gn̄ali & faceř p̄conizari ꝑ ciuitatē publice īfra tres dies poſtq̄ ītrauerit p̄ciſe & ſine tenoř.

❡ De capitulis collegij notariorum Alexandrie obſeruandis.

Item ſtatutū eſt, ꝙ poteſtas Alex. teneaƭ p̄ciſe & ſine tenore, attendere & obſeruare, & attendi & obſeruari facere cū effectu oēs ꝓuiſiones, ſtatuta & capl'a & ordinamenta facta ꝑ collegiū notarioꝝ Alex. vel ꝑ maiorē ptē q̄ referanƭ ſolūmodo inter eos, ad eoꝝ negotia & facta q̄ nō obuiēt ſtatutis ciuitatis Alex. & dare fortiā auxilium & iuuamen anciano collegij notarioꝝ p̄dicti q̄ eſt vel erit exigēdi vel excutiendi oīa bona, & oēs expēſes in q̄ vel quas aliqs de ipſo collegio incurreret aliqua occaſiōe ſeu facto, eo ꝙ capl'a oia & ſingula & collegij notarioꝝ nō obſeruat & etiā cōpellere ad ſolutionē ipſoꝝ bannorū & penarū faciendā ſine tenore. De qbus bānis excuſſis auxilio poteſtatis Alex. medietas ſit cōis, & alia medietas dicti Anciani notariorū, & notarij de collegio notariorum. Et hoc totum preciſe & ſine tenore.

❡ De pace ⁊ concordia inter cōe Alex. ⁊ cōe Terdone attendenda.

Itē ſtatutū eſt, ꝙ poteſtas & cōe Alex. p̄ciſe & ſine tenore debeat teneř firmā pacē, & cōcordiā imperpetuū factā inter cōe Alex. & cōe terdone tpe dn̄i Ruffini de mandello ptātis Alex. Et tpe Dn̄i Guiſcardi de petraſancta tunc ptātis Terd. Et attendere & obſeruare oia & ſingula q̄ in inſtrumētis dicte pacis cōtineƭ ſine tenore, & ſic teneatur poteſtas iurare facere ſequentē impꝑetuū, & ſic attendēt pactū, & cōuentiones cōi Alex, & hoc intelligatur ſi Terdoneñ. illud idem facerent ſine tenore.

❡ De Concordia caſſinarum attendenda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas ſeu rector qui nunc eſt, vel pro temporibus fuerint in Alexan. teneantur preciſe & ſine tenore attendere, & obſeruare, & attendi, & obſeruari facere concordiam & pacē factam inter cōe & homines caſſinarum ex vna parte, & cōmune & homines Alex. ex altera, & ea omnia & ſingula que in ipſa concordia continentur ſicut cōtinetur in Inſtrumento vel in inſtrumentis inde facto vel factis a Iacobo ferramuſca notario Milleſſimo Ducenteſſimo trigeſſimo ſeptimo Inditione Decima die Veneris decimoquinto intrante madio, nihil diminuto vel mutato Deinde omniū & ſingulorum que continentur in p̄dictis Inſtrumētis. Et hoc capl'um poteſtas rector ſeu rectores q̄ pro tpe fuerint teneanƭ facere iurare ſequētē ptātem, & ſequēs ſequentē de anno in annū. Et ſic de cetero imperpetuū. & ſi ꝙ capl'm eſſet ꝯriū huic capitulo vel in aliquo diminueret vel mutaret vim huius capituli nō teneaƭ ſed inde ſint abſoluti. Et iſtud in ſuo roboř ꝑſeueret ꝑpetuo, nec mutari nec diminui, nec cācellari nec deleri poſſit aliquo modo, niſi de cōi voluntate & cōcordia vtriuſq; cōis. Ita ꝙ cōſules vnius cōis hoc facere nō valerēt. Et hoc totū attēdaƭ ſine tenore. Ita ꝙ poteſtas vel cōſules vel rectores qui ꝓ tpe fuerint nec cōe nec vniuerſi homines vtriuſq; cōis poſſint abſolui a cōſilio vel arengo vel aliquo alio modo cū cōſenſu vtriuſq; ſine tenore, & hoc locū habeat ſi illi de caſſinis obſeruauerint vel obſeruabunt dictam concordiam communi Alex.

❡ De ſententia creditorum communis attendenda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat attendere & obſeruare ſententiā latam inter cōe Alex. ex vna pte, & creditores cōis ex altera ꝑ Dn̄um Ghiſium de venetijs, & ancianos populi Alex. & quoſdā alios ſapiētes de cōi & oīa que cōtinētur in ipſa ſententia ſcripta per Iacobum Scanabicum notarium. Milleſſimo Ducenteſſimo octuageſimo primo inditione ſeptima.

❡ De contractu facto alicui ciui pro redditibus cōis attendendo.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas p̄ciſe & ſine tenore teneaƭ & debeat attendere & obſeruare, & attēdi & obſeruari facere cuilibet ciui Alēx. oēs cōtractus factos inter cōe Alex. verſus aliquē ciuē & cū aliquo ciue Alex. Et de redditibus & ſupredditibus cōis venditis & vendēdis ꝑ cōe Alex. & oīa pacta q̄ cōtinenƭ & cōtinebūƭ in Inſtrumētis emptionū & venditionū in totū cū effectu in qbus inſtrumētis contineƭ expreſſe ꝙ exinde fiat ſtatutū. Et hec oīa teneaƭ poteſtas attēdere cū effectu, nullo d̄creto & ſtatuto facto. & faciendo obuiante preciſe & ſine tenoř, ſub pena appoſita ptāti in predictis inſtrumentis.

❡ De contractu facto a cōi Alex. Dn̄o Pagano de meladio occaſione venditionis caſtri meladij attendendo.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ Dn̄s Vicarius & eius familia teneanƭ & debeaƭ attendere & obſeruare cōtractum factū inter cōe Alex. ex vna parte, & Dn̄m Paganū de Meladio ex altera. De caſtro villa cortili & Iuriſditione meladij & oīa ſingula que in inſtrumēto ipſius cōtractus cōtinentur, & ſcripta ſunt cū effectu p̄ciſe & ſine tenore. Non obſtātibus aliqbus ſtatutis ſuperioribus vel inferioribus p̄ciſis vel nō p̄ciſis, de qbus opporteat fieri expreſſam mētionē vel nō, q̄ oīa huic capitulo obuiantia, ex certa ſcientia caſſant, irritant, & nullius valoris eſſe volunt. Et iſtud in ſuo robore perſeueret. Sub pena Vicario libraꝝ centum de ſuo ſalario diminuenda, & in ratione ſui ſalarij cōputanda. Et hoc totum attendatur preciſe & ſine tenore ſaluo Iure cōis, Et cuiuſcunq; alterius ſingularis perſone.

❡ De pactis cuilibet ciui attendendis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat attendere & obſeruare omnia pacta, & conuentiones omnes factas & faciendas cum aliqua perſona vel vniuerſitate. Si ipſa perſona vel vniuerſitas attenderit, & obſeruauerit ſua pacta & conuentiones verſus cōmune Alex. Et ſi non fuit eſt vel erit rebellis cōis Alex. ſine tenore.

¶ Prerogatiua gratia in munitas data per cõe Alex. collegio Iudicũ Alex.

Milleſſimo Trecenteſſimo vigeſſimo quinto inditione octaua die duodecimo Februarij. In Palatio veteri cõis Alex. in cõgregatione ſapientũ. Cãpanelle ibidẽ ſono cãpane more ſolito vocatoꝝ p̄miſſa ꝑpoſitione dictis ſapiẽtibus p dñm Ruffinum axinariũ ꝑpoſitũ dñoꝝ Ancianoꝝ de volũtate & cõſenſu dñoꝝ ancianorũ, & quatuor audito cõſilio dictoꝝ ſapientũ, & facto partito inter ipſos ſapientes per dñm prepoſitũ oĩbus dicti conſilij ſup infraſcriptis placuit, & p eos ordinatum fuit ut infra. ¶ Primo placuit oĩbus ſapiẽtibus dicti cõſilij &c. ¶ Itẽ placuit dictis ſapiẽtibus, & per eos ordinatũ & firmatũ fuit ꝙ ꝓrogatiua gratia & immunitas data & cõceſſa per cõe Alex. & p capſum ipſius cõis collegio Iudicum, & Iudicibus Alex. Et ꝙ capſum eſt ſub Rubrica capitula ꝑtinẽtia ad collegiũ Iudicũ & Iudicibus Alex. & de collegio Iudicũ a cõmuni remunerãdo, & de immunitate & cõceſſa eſt in colũ. 83. ſit firmũ & in ſuo robore ꝑſeueret & dictũ capſum & oĩa & ſingula q̃ cõtinent̃ in eo habeant ꝑpetui roboris firmitatẽ, & attẽdant̃ eiſdẽ Iudicibus de collegio Iudicũ Alex. p oẽs & ſingulos magiſtratus rectores & officiales cõis & populi Alex. in totũ cũ effectu in oĩbus & per oĩa ſicut in ipſo capitulo plenius cõtinet̃. ¶ Ita & taliter ꝙ p̄dictũ collegiũ & Iudices ipſius collegij de dicta gratia ꝓrogatiua, & immunitate nõ poſſint vllo modo Iure cauſa vel colore ſeu fraude, vel ſpecie, vel mutatiõe ꝑſone fraudari grauari vl' moleſtari. Et ſi qd factũ fuerit vel ordinatũ, vel ꝓceſſum cõtra p̄dicta, vel aliquod p̄dictoꝝ non valeat neq; teneat. Sed ipſo iure ſit caſſum irritũ & nullius valoris. Predicto ſtatuto, & ꝓrogatiua ſemp in ſuo robore ꝑſiſtente. Et ꝙ p̄dicta reformatio ꝓrogatiua gratia vel Immunitas capſum & ordinamẽtũ ſit capitulũ p̄ciſſum, & derogatoriũ oĩbus alijs ſtatutis decretis & ordinamẽtis, & reformatiõibus cõis & populi ciuitatis Alex. Et ꝙ quilibet rector Alex. quocunq; nõie appellet̃. Siue officialis ipſius cõis vel populi p̄dictis collegio & iudicibus capitulũ p̄dictũ reformationẽ immunitatẽ & prerogatiuam teneant̃ & debeãt obſeruare ſub vinculo Sacramẽti. ¶ Quã qdẽ reformationẽ & ordinamẽtũ emẽdatores cõis approbauerũt, & cõfirmauerũt & vim ſtatuti habeř voluerũt.

¶ De Pactis factis dño Michaeli Lanzauegie de debito caſſinarũ attẽdendis.

Item ſtatutum eſt preciſe & ſine tenore ꝙ poteſtas Alex. teneatur attendere & obſeruare, & attendi & obſeruari facere dñis Michaeli Lanzauegie, & heredibus, & nepotibus cõtractum emptionis, & venditionis factũ inter poteſtatẽ & conſiliũ Alex. noĩe ipſius cõis ex vna parte. Et quondã. D. Iacobũ Lanzauegiã auum vel proauum ipſoꝝ ex altera occaſione librarũ centũ quinquaginta ꝓpter quas occaſiõe caxinaꝝ dare tenebatur omni Anno cõi Alex. & pactis & cõuentionibus factis inter cõe Alex. & cõmune caſſinarum quibus factum fuit inſtrumentum per Iacobum ferramuſcam notarium Milleſſimo Ducenteſſimo quadrageſimo ſeptimo &c. Et quod debitũ cõe Alex. vendidit dicto Dño Iacobo, vt patet p cartã factam a Ruffino de oglono notario Milleſſimo Ducenteſſimo qnquageſſimo &c. ¶ Et oĩa & ſingula que in dicto Inſtrumento venditionis continentur ꝙ capitulũ poſitũ eſt, quia Gazarotus nũcius cõis ꝑcepit ſupraſcriptis emendatoribus ex parte poteſtatis, & capitanei Alex. ꝙ facerent ſtatutũ de p̄dictis que in inſtrumento venditionis cõtinent̃, & poteſtas & quilibet rector & cõe Alex. teneant̃, quotienſcunq; a predictis de Lanzauegijs ſiue ab heredibus vel ſucceſſoribus ipſorum fuerint requiſiti dare auxilium, cõſiliũ, & iuuamẽ ad habendum a cõi, & hominibus caſſinaꝝ totũ id ꝙ habere debebunt. Et ꝙ debent predicti de Lanzauegijs ſe debere recipere a predictis cõi & hominibus caſſinarum occaſione dicti debiti cum armis & ſine armis ſicut ipſis de Lãzauegijs per ſe & per alios quos ſecũ habere voluerint capere & detinere homines res & bona hominũ caſſinarũ ad eorũ volũtatẽ vbicũq; locoꝝ quouſq; eis integre ſatisfactũ fuerit de toto eo ꝙ habeř debẽt a p̄dictis cõi & hominibus caſſinaꝝ occaſione p̄dicta, & hoc totũ p̄ciſe & ſine tenore.

Item teneatur dñus poteſtas & eius familia attendere & obſeruare & attendi & obſeruari facere Dño Audo lanzauegia Iura acquiſita per eum ĩ domibus Bernardi ferraij patrui fiũm & nepotum & oĩa Inſtrumẽta. Et prouiſiones facta & facte Dño Audo occaſione ip̄arum Domorum integre obſeruentur vt in ip̄is inſtrumentꝭ & prouiſionibꝰ vllis ſtatutis vel ordinamentis factis vel faciendis in contrarium non obſtantibus.

¶ Qõ poteſtas nõ faciat alicui cõſignationẽ aliq̃m niſi đ licentia conſilij gñalis.

ITEM Statutum eſt, ꝙ poteſtas ſeu aliquis de familia non poſſit nec debeat facere aliquam aſſignatiouem ſiue liberationem ſeu aliquam Iurium ceſſionem vel conceſſionem de aliquibꝰ debitoribus cõis alicui debenti recipere a cõi aliqua de cauſa niſi ei prius conceſſum eſſet ex aũcte conſilij gñalis. Et ſi contrafactũ fuerit non valeat nec teneat ip̄o Iure. Sed ipſi debitores remaneãt debitores cõis. Ita ꝙ compelli nõ poſſint nec debeãt ad ſolutionẽ faciendã alicui, cui eſſent aſſignati. Liberati ſeu in ſolutũ dati Et ſi põtas ſeu aliqs de ſua familia contrafecerit amittat q̃libet vice q̃ contrafactum fuerit lib. x x v. Et notarij campanilis nõ poſſint nec đbeant ip̄os aſſignatos liberatos & in ſolutũ datos caſſare vel amouere de lib, cõis. nec aliquo mõ eos aptare ſub pena ſoldorũ centũ pro quolibet & q̃libet vice. Et ꝙ aliqs notarius ſigilli bañ & condempnationũ & fodroꝝ nec aliqs alius notarius nõ poſſit nec debeat faceř aliꝙ Inſtrumẽtũ vel ſcriptura de p̄dictis aſſignationibꝰ vel dationibꝰ in ſolutũ ſub pena ſolđ. l x. ꝑ quolibet & quolibet inſtrumẽto ꝙ inde fecerint. Et hoc totũ p̄ciſſe & ſine tenore.

¶ De Ponendo in vno libro omnia loca ⁊ caſtra acq̃ſita per commune Alex.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneat̃ infra duos menſes poſtq̃ intrauerit regimen Alex. feciſſe poni in vno libro de cartis q̃ ſtet in campanili omnia loca & caſtra acq̃ſita p cõe & pacta ip̄orũ locorũ & caſtrorũ & Iura & redditus quos ibi habet cõe. Ponendo ſeriatim & ſcribendo inſtrumẽta acq̃ſitionis & pactorũ p ordinẽ in ip̄o libro. Idem fiat de oĩbus & ſingulis Iuribꝰ cõis vbicũq; hab̄at tã ĩ ciuitate q̃ extra. Et hoc ſine tenoř.

¶ Quod Poteſtas teneatur facere quod omnia loca que Marchio tenebat tp̄re ſue captionis perueniant in commune Alex.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat curare & facere cum effectu. Qđ omnia caſtra loca. Et omnes res & Iura que & quas marchio quoñ Montisferrati tempore quo captus hab̄at tenebat & poſſidebat. Et q̃ſi. Que erant & ſunt & hab̄bat in poderio locorum que ip̄e habebat. Et tenebat tempore ſue captionis que perueniũt in cõe Alex. ſeu in aliquem ciuem Alex. ꝑueniant in cõe Alex. omni anno. Ita ꝙ cõe ip̄as res Iura caſtra & loca teneat & poſſideat. Et ſit in poſſeſſione & tenuta ip̄arum. & perpetuo cõi conſeruent̃. Saluo quod ſi aliqs ciuis Alex. diceret ſe habeř Ius in aliquo ip̄orum Iurium locorum rerum & caſtrorum ip̄um Ius poſſit petere coram poteſtate prius tradita poſſeſſione predictarum rerum & Iurium caſtroꝝ & locorum cõi, Et dimiſſa Et hoc ſine tenore. Et ille qui preerit predictis In exequẽdis habendis & recuperandis habeat plenam poteſtatem. Et bayliam & arbitrium imponendi penas & bañ & mulctas. Et detinendi perſonaliter & condempnandi omnes & ſingulos qui eidem nõ obedirent pro predictis vt ſupra ſiue in predictis & omnia & ſingula que fecerint pro predictis exequendis habendis & recuperandis valeant & teneant attendentur & executioni mandentur ſine tonore. Et poteſtas & capitaneus & eorum familie teneantur & debeant dare operam conſilium auxilium & fauorem eorum poſſe. Et q preerit dictis exequendis & adimplendis ſemper ad requiſitionem ip̄ius ſub pena lib. centum tã poteſtati quam capitaneo. Et hoc totum preciſſe & ſine tenore.

¶ De pactis per emptores reddituum cōmunis ſeruandis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat infra dies quindecim poſtq̄ intrauerit regimen ſuum facere & curare ꝙ in commune & ancianis populi perueniant omnia inſtrumenta venditionum factarum per cōe de redditibus cōmunis qui ad pn̄s tenentur pro ipſis emptoribus;, & facere & curare cum effectu ꝙ emptores dictorum reddituum attendent & oſeruent omnia & ſingula que continentur in emptione ipſorum cōmuni. Et inquirere & inquiri facere ſubtilius q̄ poterit ſi obſeruauerint predicta vel non, & ſi quem inuenerit qui non obſeruaret vel obſeruauerit predicta teneat̃ ipſum punire qualibet vice in ſoldis ſexaginta, & in penis que in inſtrumentis emptionum continentur. Et dampnum quod inde cōi vel alicui feciſſent, reſtituere & reſtitui facere in continenti duplicatum. Et hoc preciſſe & ſine tenore.

¶ De non menſurando ſalem, niſi prius fuerint menſure ſignate.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat in continenti cum intrauerit regimen Alex. Compellere omnes officiales & operarios & menſurarios ſalis, Et venditores, & venditrices ſalis ad minutum, & operarios & exercentes officium penſi qui ſunt & ſupererunt ad vendendum & colligendum, ſeu menſurandnm & operandum redditus cōmunis pro emptoribus reddituum vel pro habentibus cauſam ab eis corporaliter iurare in preſentia poteſtatis & ancianorum populi vel maioris partis ipſorum, ꝙ non colligent neq; percipient, neq; vendent, neq; lucrabuntur niſi ſecundum, ꝙ in Inſtrumentis emptionum continetur. Et ꝙ non vendent ad aliquas menſuras, niſi prius fuerint laudate & approbate & Saymate & ſignate ſigno cōmunis per Saymatores ellectos per ipſos ancianos, quos elligi facere teneatur infra octo dies, poſtq̄ intrauerit regimen ſuum, & teneatur facere inquiri dictas menſuras per familiā ſuā. Et ſi quis inuētus fuerit facere contra predicta vel aliquod predictorum vel tenere ſeu habere aliquam menſuram iniuſtam vel non Saymatā vt ſupra teneatur ipſum punire in penis que in ipſarū venditionum. Contractibus continentur, & hec omnia ſine tenore.

¶ De ꝓuiſionibus reformationibus ⁊ contractibus a cōi ſeruādis.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ omnes prouiſiones facte per Dominum Poteſtatem ſeu eius Vicarium ancianos populi & quatuor ſapientes ſocietas Iuſtitie, inſtrumenta contractus venditiones, conuentiones, promiſſiones, reformationes, conceſſiones, & pacta facte & facta per cōmune Alex. ſeu per conſilium ciuitatis Alex. publicum vel priuatum ſint firme & firma & attendantur, & attendi, & obſeruari facecere debeant in totum in omnibus & per omnia vt in ipſis prouiſionibus inſtrumentis, contractibus, venditionibus, conuentionibns, conceſſionibus, & pactis plenius continetur. Et omnia & ſingula & quodlibet ipſorum. Dominus Poteſtas vel rector Alex. preſens vel futurus ſub vinculo Sacramenti attendere & obſeruare teneatur preciſe & ſine tenore. Non obſtantibus aliquibus ſtatutis ordinamentis prouiſionibns, reformationibus vel decretis factis vel q̄ fieri poſſent in contrarium.

INCIPIT LIBER QVARTVS DE REBVS ET IVRIBVS COMMVNIS INQVIRENDIS

& de auere cōmunis non dando, & de auere communis, & de bannis & fodris excuciendis, & de ciuibus manutenendis, & de ſtratis & mercationibus.

ITEM Statutum eſt. ꝙ poteſta; teneat̃ & debeat inquirere, & inquiri facere pecuniā cōis tam in ciuitate q̄ in iuriſdictiōe Ale. & ſpecialiter Iura, ꝓuētus, & oēs redditus cōis, & de oībus ſupra ſcriptis diligēter facer̃ fieri rōnē, & ſi quē reperiet q aliqd habeat ꝙ ſit cōis vel eſſe debeat, poteſtas teneat̃ id totū excutere infra duos mēſes, poſtq̄ cōſtiterit id vel ea eſſe vel debere eſſe cōis ſine tenore. Et ſi qd reperiet ꝙ ſit cōis eſſe penes aliquē vel cōi dari vel deberi vel penes aliquos reducat̃ in cōe, & inde poſtea faciat ꝙ cōſilio placuerit, & oēs inquiſitiōes cōis a triginta annis citra teneat̃ inqrere, & in cōe reducere ſm formā predictaꝝ inqſitionum infra ꝑdictū tēpus q̄ inqſitio fiat per quatuor conſtituendos ſuper officiales ſindicandos. Ita ꝙ in collectoribus fodrorum, & notarijs ferratie obſeruetur id quod in dicto capitulo continetur. Et hoc totum ſine tenore.

¶ De reſtitutione de auere communis facienda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ ſi aliquis ciuis Alex. habuerit vel habebit ſeu receperit vel recipiet pecuniā vel hauere cōis vel aliqd aliud ꝓ aliquo vel aliqbus, q dictā pecuniā vel aliqd aliud dare tenebat̃ ſeu tenebant̃. Poteſtas teneat̃ & debeat dictū ciuē q ꝑdicta habuerit vel receperit cōpellere ea cōi reſtituere infra dies xv. poſtq̄ manifeſtū fuerit idē intelligat̃ in eo qui aliqd aliud habuerit vel habet vel tenet de rebꝰ cōis, vel habet pecuniā cōis, & ꝑdicta oīa cōi reſtituere teneat̃, & poteſtas teneat̃ cōpellere ad reſtitutionē eū vel eos infra ꝑdictū tp̄s vel terminū, poſtq̄ ei manifeſtū fuerit, & de ꝑdictis nō poſſit obijci vel admitti aliqua cōpenſatio. Sed tantum fiat reſtitutio in denarijs numeratis, & hoc capitulum attendatur ſine tenore. Saluo & obſeruato eo quod continetur in ſuperiori capitulo de officialibus ſindicandis.

¶ De cōmunibus extra ciuitatem ⁊ intus inquirendis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas Alex. teneat̃ facere inquiri ꝑ duos bonos homines legales & veteres de qualibet porta ſcilicet Gamondij. Marenghi. Roberetj, & Bergolij omnia cōia que ſunt extra ciuitatē & intus, & oīa cōia facere dari & reſtitui cōi cuius erant dicta cōia. Et hoc intelligatur in cōibus non venditis per cōmune.

¶ De compellendo omnes qui emerunt granum molendinorum ad ſoluendum.

Itē ſtatutū eſt, ꝙ poteſtas Alex. teneat̃ infra dies octo poſtq̄ intrauerit regimē Ale. cōpellere oēs & ſingulos qui emerint granū molandinoꝝ de beccarijs vel aliūde dare & ſoluere totā illā quantitatē grani quam repertū fuerit dare debere ſecundum fationes factas vel faciendas per notarios campanilis illis quibus dictum granum venditum eſt, Secundum tenorem inſtrumentorum ſuorum factorum de ipſa venditiōe. Et detineantur perſonaliter vſq; ad plenam ſolutionem ipſius inſtrumenti, & hoc attendatur preciſſe & ſine tenore.

¶ De bannis ꝛ condempnationibus excuciendis in denarijs numeratis.

ITEM Statutum eſt, preciſſe & ſine tenore quod poteſtas debeat excutere. Et excuti facere omnes Condempnationes factas & faciendas & omnia banna data ſeu Quæ dabuntur bona fide & ſuo poſſit continue toto tempore ſui reginis per ſe & familiam ſuam. capiendo, & detinendo ipſos bānitos & condempnatos & bona eoꝝ. & etiā bāniendo eos ſi nō ſoluerint in hunc modum videlicet medietatē in denarijs numeratʒ vel de illis qui ꝑ denarijs numeratʒ haƀnt & deƀnt & alia medietas poſſit cōpenſari in debitʒ & đ debitʒ cōis. Quā cōpenſationē Poteſtas, Iudices, & Milites ſui teneant̃ admittere, & recipe a quocūq; volēte ſemp & q̄ndocūq; oppoſitū fuerit ſoluta prius medietate ipſaꝝ cōdēpnationū. & bānoꝝ in denarijs numeratʒ cōi, ſeu clauario cōis. Et q̄ cōpenſationē teneat̃ feciſſe infra q̄ndcim dies a die medietatʒ ſolute in denarijs numeratʒ. Alioqn ipſa medietas q̄ cōpenſari deƀbat iterū excutere ꝓ medietate in denarijs numeratis. ¶ Exceptʒ bānis & cōdēpnationibꝰ homicidij, robarie, furti, ferute facte meditate de q̄ ſanguis exiuerit. Pacis rupte. Et bañ & condempnationibꝰ factis ſeu datis & faciendis extrahentibus blauā ꝯ ſtatuta cōis ¶ Et exceptʒ bañ & cōdempnationibꝰ factis ſeu datis. Et faciendis ſeu dandis occaſiōe incendij ſiue guaſti dati ſiue facti furtiue de nocte q̄ data ſiue facta eſſent vł darent̃ ſiue fierent ꝯ eos q dicta dampna vł guaſta facerent vł fecerunt vł dederūt vł dabūt. Seu ꝯ aliq̄m ꝑſtabūt vel in aliquo malignabunt. ¶ Exceptʒ bañ & condemnationibus ferracie de dampnis datʒ ſiue factʒ ſeu dandis vel faciēdis. ¶ Et exceptʒ bañ Iuſtitie q̄ darent̃ vel data eſſent nō venientibus ad Iuſtitiā vel nō, ſoluētibus Iudicaturas. ¶ Et exceptis bañ & cōdempnatienibus datis factis ſiue faciendis ſeu dandis raptoribus & violatoribus mulierum ¶ Et bañ datis ſeu dandis vel cōdempnationibus factis ſeu faciendis occaſione ꝓditiōis criminis leſe Maieſtatis vel hereſeis falſe monete, Falſe carte. Vel falſi Teſtimonij & ꝓducentis falſum teſtē. In q̄bus caſibus vel in aliquo ꝑdictorū nulla admittat̃ ſiue recipiat̃ cōpenſatio ſed ſoluant̃ & excuciant̃ in denarijs numeratis Ita ꝙ pōtas vel aliqs đ familia ſua nō poſſit nec debeat comittere fraudē in faciendo fieri ſolutionē clauario cōis in denarijs. Et poſtea ipos denarios facer̃ ſolui ſeu reſtitui ſiue dar̃ in fraudē recōpenſationis ſub aliquo ingenio ſeu alicui alij debenti recipere in denarijs numeratis. ¶ Et ꝑdicto mō excuciant̃ & ſoluant̃ ꝑdicte cōdempnationes & bañ ſiue cōtineat̃ in ipis cōdempnatiōibꝰ ſeu ſtatutis cōis ꝙ ſoluant̃ in denarijs numeratis ſiue nō obſtātibꝰ ipis capl'is ſupdictis vel infraſtriptis ꝯdicētibꝰ in aliquo ꝙ condempnationes & bañ ſoluant̃ in denarijs. ¶ A. Quo & a q̄bus pōtas & eius familia ſint ipo Iure abſoluti. Et Intelligantur & ſint ipa ſtatuta predictis ſeu alicui predictoꝝ obuiantia caſſata. Et caſſa eſſe. Et abolita in eo quo contradiceret. ¶ Et de hijs poteſtas & eius familia non teneantur ſiue ipe ſtatuta ſint preciſſa ſiue non. Lecta ſiue non lecta vel de quibus opporteret fieri expreſſam mentionem vel non. ¶ Et Iſtud capſum Et omnia que continentur in eo poteſtas & eius familia attendere & obſeruare teneātur preciſſe. Et ſine tenore. ¶ Et ſi aliqua dubietas vel queſtio orietur occaſione iſtius capl'i quod poteſtas non poſſit nec debeat dare aliquem ſapientem ſiue ipſam alicui ſapienti comittere. Sed ipſam dubietatem vel queſtionem terminare decidere & diffinire per ſe & Iudices ſuos. Non obſtantibus aliquibus ſtatutis cōmunis. Et ſpecialiter ſtatuto in quo continetur de dandis ſapientibus ¶ Et ſi poteſtas vel aliquis de ſua familia faceret contra predicta ſeu permitteret fieri facere, amittat de ſuo ſalario libr. quinquaginta per qualibet de ſuo ſalario lib. quinquaginta commune ſit abſolutū ipo Iur̃ Et clauarius. Et rationatores cōis teneantur, ponere in ratione ſolutionis ſui ſalarij.

§ Et ꝑdicta omnia & ſingula poteſtas & q̄libet de ſua familia teneat̃ attendere & obſeruare cum effectu preciſſe & ſine tenore.

¶ Quod Dñus Poteſtas teneatur ꝛ debeat per ſe ꝛ familiam ſuam excutere omnia banna ꝛ condempnationes.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ pōtas teneatur & debeat ꝑ ſe & familiam ſuam excutere. Et exigere omnia fodra dacitas & talias veteres. Et bāna & ꝯdempnationes ſecundū ꝙ ex forma ſtatutoꝝ cōis tenetur. Ita ꝙ primo excuciat ſiue excuti faciat ab illis de parentellis Alex. & a maioribus & ditioribus hominibꝰ Alex. & poſtea gnał̃r ab omnibꝰ alijs debentibus aliq̄d ſoluere vel reſtituere cōi. Et mittere vnum de Iudicibꝰ vel militibꝰ ſuis cū familia cōpetenti & nūtijs ad excuciēdū cōſtitutʒ extra ciuitatē, & ad excuciendū ꝑdicta ꝑ villas & caſſalia a debētibꝰ ſoluer̃ aliq̄d cōi. Ita ꝙ omni mēſe exſtra ciuitatē ꝑ dies octo ad minꝰ ad excuciēdū ꝑdicta. Et id ꝙ excuſſerit đ ꝑdictʒ ſibi accipiat retineat & cōputet in ſuo ſalario. Et ſi nō excuſſerit ꝑdicta ab illis q ſoluere poſſint ſecundū ordinē & modū ꝑdictū, nō poſſit nec deƀat poni facer̃ ſeu poni ꝑmittere đ ſalario ſuo recuperādo vł haƀndo, de quo capl'o nō poſſit petere vel recipe licētiā vel abſolutionē a cōſilio, nec ab anciāis, nec a cōi. nec ꝑ aliq̄ ꝓuiſionē ancianoꝝ vł ſapiētū. ſit abſolutū. Et ꝑdicta teneat̃ attendere ꝑciſſe & ſine tenore. Et q̄cq̄d excuſſerit vltra ſuū ſalariū facta ſibi ſolutione ſui ſalarij & ꝓuientū ſuoꝝ nō poſſit id ꝙ ſuperit expendere niſi in caſtellanis vł ambaſatoribꝰ, & nuntijs, & ſpijs ſeu torrexanis.

¶ Quod excucientes banna, ꝛ condempnationes teneantur dare nomina illorum a quibus excuſſerint.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ excuciētes bāna & cōdēpnationes fodra, talias, & mutua teneātur & deƀāt ſemp tēpore quo faciēt rationē & reddēt de excuſſis dare nōia illoꝝ a quibus excuſſerint aliquid & quod & quantum excuſſerint & đ quo in ſcriptis notarijs campanilis. Et ipos omnes a quibus excuſſerint in ſuis libris aptet. Et facere aptare in libris campanilis per notarios campanilis. Et quod ipi notarij campanilis ſine aliqua ſolutione teneantur & debeant ipos aptare & in ſuis lib. bañ. Condempnationum fodrorum mutuoꝝ taliarum & dacitoꝝ ſcribere id quod ſoluerint. Et cancellare ſi totum ſoluerit. Et ſi predicta non obſeruauerint ſoluat quilibet eorum pro qualiƀt vice ſolđ. lx. & reſtituere dampnū cuilibet a quo excuſſerint ſi inde paterent̃ teneant̃.

¶ Quod nullus filius familias vel minor poſſit ſe ex aliquo contractu tueri.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ nullus filius familias vł nullus minor qui ſit pubes poſſit ſe tueri de aliquo contractu ſeu obligatione quem vel quam fecerit cum communi ſeu verſus cōmune Alex. ſiue in quo vel in qua ſcriptus eſt, ſit ſeu noiatus a. Millesimo Ducenteſſimo nonageſſimo q̄rto inditione ſeptima. Et a dicto Milleſſimo in antea. Non obſtante aliquo ſtatuto ſuperiori vel Inferiori gn̄ali vel ſpeciali & hoc totum preciſſe & ſine tenore. Sed teneatur quilibet vt ſupra tamquam quilibet maior & ſui Iuris.

¶ De bannis compenſandis ꝛ cancellandis ſi ea ſeruierint.

ITem ſtattum eſt, ꝙ poteſtas teneatur extrahere & extrahi facere quemliƀt ciuem Alex. de bannis & condempnationibus que & quas ſeruierit ſeu compenſauerint i ſeruitio communis. Et hoc ſine tenore.

¶ Qđ oēs cōpēſatiōes q̄ fiēt de bānis ⁊ fodris cōis ſcribāť i libꝛo cōis ad cāpanile.

Item ſtatutū eſt ꝙ oēs cōpēſationes q̄ fient de fodris bānis, & cōdempnationibus, & alijs debitis cōis ſcribanť in libro cōis, q ſit penes notarios cāpanilis anteq̄ fodrū banqum condempnatio vel aliud debitum pro quo fiet cōpenſatio cancellantur vel pro quo fiet ipſa compenſatio.

¶ De pꝛecio rerū venditarū a cōm uni in denarijs numeratis excutiendo.

Tē ſtatutū eſt, p̄ciſe & ſine tenoř, & ex certa ſciētia ꝙ poteſtas teneať & đbeat excutere in denarijs numeratis totum p̄cium illarum rerum & Iurium quas & quæ ipſe vel alius pro eo vēdet pro cōi ſeu vēdite fuerint nec inde admittat aliquā cōpenſationē, nec emptor nec aliq̄s alius poſſit vel debeat opponere aliq̄ cōpēſationē vel retētionē ſup hoc. Et oēs venditiōes q̄ fient p cōe, fiāt p̄iculis emptorū. Saluo ꝙ cōe teneať de euictiōe dictis emptoribus de hijs q̄ eis vendet ſeruatis p̄dictis. Et ꝙ inſtrumēta emptionū dictenť & leganť in cōſilio anteq̄ fiat aliqua vēditio, & anteq̄ ipſa vēditio cōpleať ponať in exēplū dicte vēditiōis ad cāpanille. Et ꝙ notarij cāpanilis teneantur exēplare in vno libro noīa emptoꝝ, & fideiuſſoꝝ ipſoꝝ, & totū ꝯctū, & nomē notarij q eū fecit. Quæ oīa poteſtas teneať attēdere & obſeruare. Et ſi nō obſeruauerit amittat de ſuo ꝓprio libras q̄nquaginta ſine tenore. Et ſi vēditio aliter facta fuerit nō valeať ipō iure in fauorē ipſoꝝ emptoꝝ. Et in fauorē cōis valeat & teneat. Et intelligať in ꝯctibus a Milleſſimo Ducēteſſimononageſſimo Secūdo. Et in faciēdis ab inde in antea. Quā excuſſionē p̄cij ſupradicti dict⁹ poteſtas teneať facere infra octo dies poſt terminū cōprehēſū i iſtrumēto dicte vēditiōis ſub pena p̄dicta. Et hoc capitulū poteſtas teneať faceř legi i quolibet cōſilio in quo incātabiť vł vēdeť aliq̄d ꝓ cōi, & ſine tenoř.

¶ Quod poteſtas teneatur ad compellendum oēs qui tenent redditus cōis, ⁊ faciat fieri rationem cōis ad campanille.

Item ſtatutū eſt. ꝙ poteſtas & eius milites & Iudices teneanť & debeāt preciſſe & ſine tenore cōpellere oēs & ſingulos q emerūt pedagia ſeu aliquos alios reddit⁹ cōis vel aliq̄d aliud a cōi Alex. Soluere p̄tiū p̄dictoꝝ in pecunia numerata ad terminū ſiue terminos in ꝯctibus cōprehenſos, vel ad minus infra octo dies finitis ipſis terminis. Et teneantur p̄dicti poteſtas & eius familia facere fieri rationē ad cāpanile cōis ſicut conſuetū eſt de mēſe in mēſem oī mēſe de omni, & toto eo ꝙ tpe ſui regiminis recipiet, & expendetur per aliquos officiales communis ſeu per aliquos alios ad manus quorum de pecunia communis peruenerit. Et p̄dicte oēs ratiōes ſcribanť in vno libro ꝑ notarios cāpanilis q ſemp ſtet penes ipſos notarios. Et ſi p̄dicta nō obſeruauerit cū effectu amittat de ſuo ſalario libras centū q̄ ipſo iure perueniant in cōe. Et p̄dicta oīa teneantur attendere & obſeruare preciſe & ſine tenore.

¶ De non dando auere communis.

Item ſtatutū eſt. ꝙ poteſtas & eius Iudices vel aliq̄s de ſua familia nō poſſit aliquo modo ſub aliquo ingenio dare alicui ꝑſone de pecunia vel auere cōis niſi volūtate cōſilij maioris adiūctis Ibidē Ducentis ſapiētibus de maioribus & legalioribus populi & cōis Alex, nec inde facere cōſiliū niſi prius inde feciſſet conſiliū priuatum ad minus viginti ſapiētū quoꝝ medietas ſit de cōi, & alia medietas de populo, & omniū ancianorū populi, & totidē de cōi niſi eſſet ꝓ magna vtilitate cōis videlicet ꝓ acq̄rendo aliquod caſtrū vel villā, vel aliā Iuriſdictionem vel ꝓ habēdis bānitis vel inimicis cōis Alex. Et tūc poſſit dare ſecundū ꝙ cōſilio priuato placuerit. Si res vel factū illud non poſſet p maius cōſiliū expedire vel cōpleri. Si cōſilio priuato inde baylia, & auctoritas data fuerit ſpecialis a cōſilio maiori ſup hoc prius facto, & ſi cōtrafecerit totū id ꝙ dederit ipſe vel eius iudices vel aliq̄s de familia ſua de hauere cōis de ſuo ſalario cōi reſtituere teneať vel aliunde ſi ſalariū nō ſufficeret ad reſtitutionē ſine tenore. Et ꝙ oīa q̄ cōtinētur in iſto capitulo fiāt ꝑ ſcrutiniū denotatū in capitulo ſi inde fiet cōſilium.

¶ De nō dando auere cōmunis ab aliquo nō conſulendo.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis in conſilio publico vel priuato ciuitatis Alex. facto in ciuitate vel extra dixerit vel conſiliauerit đ dando pecuniā vł auere communis alicui ꝑſone ſoluat ꝓ bañ q̄libet vice lib. xxv. Et totum id ꝙ dixerit vł conſiliauerit eſſe dandū de ſuo ꝓprio ſoluere teneať Niſi pōtas ſup hoc poſtulaſſet conſiliū đ dāda pecunia vł auere cōis voluntate conſilij publici vł priuati. Quod bañ ſi pōtas nō excuſſerit ꝙ facere teneatur ſequens pōtas illud excutere & condempnare ſine tenore.

Qđ omnia que debebunt fieri ad ſcrutinium fiant ad fabas Albas. ⁊ nigras.

Item ſtatutum eſt & ordinatū. ad euitandū fraudes q̄ fieri poſſunt. Et cōſueuerunt in partitis ad ſcrutiniū cum buxolis. Et ferlinis faciēdis cum plures poſſint habere plures ferlinos. Et ponere in vno Inſtanti ad partitum ꝙ voluerint obtineř. ꝙ amodo omnia partita que fieri debebunt ad ſcrutiniū fiant ad fabas albas & nigras dando de fabis albis. Et nigris cuilibet de conſilio q ibi erit. Poſtmodū tubatores. Et bichocherij cōis vadant p palaciū accipiendo a quolibet vnam fabam tantū Et illud ponant ī vno ſachello. q ſit longus & acutus đ ſubť. Et bucha facta ſit cū vno circulo ad modū vni⁹ carnarolij. q̄ tubatores & bichocherij. Iurent nō cōmittere fraudē. nec recipere ab aliquo niſi vnū granū fabe in vna vice. Et poneř i ipō ſacheto nō videndo. nec reſpiciēdo illā fabā. q̄lis ſit. ſed ſecrete illam ponant in ſacheto. Ita ꝙ nullus videat ſi ſit alba vel nigra. Et poſtea accipienť ſachelli & numerenť. Ita ꝙ numerus albarū ſcribať per ſe q̄nte erunt Et nigre p ſe. Et ſi p̄dicti tubatores vł bichocherij vł aliq̄s ipōrū fraudē vł dolū cōmitteret in p̄dictis vł aliquo p̄dictorum. condempneť ꝓ quolibet. Et q̄libet vice lib. x. Et expellať de officio. Et p vnum annū ab ipō officio ſtent remoti & hoc capitulum preciſe & ſine tenore obſeruetur.

¶ De Ingrendis illis q debent recipere a cōi ⁊ de exceptiōe regiſtri opponēdi.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliq̄ ſtatutum eſt in hoc volumine ſtatutoꝝ Alex. ſupra vel infra ꝙ ſit contra reformationē conſilij gn̄alis Alex. facta Milleſſimo ducenteſſimo octuageſſimo ſeptimo Indictiōe Decimaquarta die ſabbati decimaſexta menſis martij nō valeat nec teneat & ꝓ nō facto habeať vł contra p̄cepta facta emēdatorib⁹ ſtatutorū p Dños Pōtatē & capitaneū Alex. vł aliq̄m ex eis ſuper aliquē aliū eoꝝ in mandato. Et hoc p̄ciſe & ſine tenore. Et ſi pōtas teneať ꝑ ſtatuta dare vel ſoluere aliq̄ peccuniā ſeu aliq̄m q̄ntitatem pecunie alicui ꝑſone Inquirat & inquiri faciat. ſi illa ꝑſona cui teneť dare per ſtatuta debet habere vł except regiſtri et obſtare non teneatur ipam pecuniā ei dare vł ſoluere. Nō obſtante aliquo ſtatuto vł decreto cōis facto vł ꝙ fieret in contrariū etiam ſi de ipis opporteat fieri mentionē & ſi ꝙ factum eſt vł fiet quod in aliquo contradicat illud ſit caſſum & nullius valoris & Illud in omni ſuo robore perſeueret preciſe & ſine tenore.

¶ De bonis acquiſitis tempoꝛe guerre communi conſeruandis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat modis omnibus facere & curare & fieri facere Ita quod omnia bona omnium & ſingulorum hominum qui ſtare conſueuerunt in terris caſtris & villis que & quas acquiſiuit & acquiret commune Alex. tempore guerre & qui non venerint ſtare mandatis communis Alex. perueniāt pleno Iure in commune Alex. vbicunq; ſint ipa bona teneatur conſeruare ad cuſtodiam dictoꝝ caſtroꝝ & terraꝝ faciendam & ipis bonis & ſi quod defficeret ad cuſtodiam dictorum caſtroꝝ & terraꝝ debeat conpellere commune & homines cuiſlibet de predictis locis caſtris terris Et villis ſupplere. Quicquid defficiet ad cuſtodiam faciendam

Nec ꝑ hoc aliq̄ Ius cōis Alex. in fodris dacitis & collectis nec in aliquo alio. Que omnia teneatur adimplere preciſe & ſine tenore.

¶ Qđ nullus poſſit facere cōtractum de redditib⁹ cōis nō ponendis in regiſto.

Itē ſtatutū eſt, ꝙ nullus poſſit facerē cōtractū de caſtris molādinis pedagijs redditib⁹ vł alijs rebus cōis habendo pactū de nō ponendo eam in regiſtro vł de nō ſoluēdo fodrū dacitum vł collectā vel aliq̄ aliud onus quocunq; nomine cenſeatur. Et ſi quis contrafecerit ille contractus ſit ipō Iure nullus in ipō pacto.

¶ Quod nullus poſſit accipere de rebus communis in ſolutum.

Item ſtatutū eſt, ꝙ nullus poſſit accipere in ſolutū vł ſibi facere extimari. Nec poſſeſſionem accipere de molandinis pedagijs. Et redditibus vel alijs rebus ipius cōis Alex. niſi prius fuerit denunciatum dn̄o poteſtati in cōſilio gn̄ali cōis. Alex. Nōie cōis Alex. de qua denunciatione teneatur pōtas facere conſilium gn̄ale infra octo dies poſt denunciationē. Et ſi ꝑ conſilium ſiue ꝑ cōe non fuerit Inuenta via ſatisfaciendi creditori debenti recipere ſiue de q̄ ipē ſtet contentus liceat poſtea creditori vti Iure ſuo.

¶ De ratione molandinoꝝ ⁊ Penſi facienda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ pōtas īfra menſem poſtq̄ intrauerit regimen teneať & debeat inqrere & inquiri facere rationē de eo ꝙ receperint & recipere debent illi q emerunt redditus molandini De becharijs & pēſi & ratione inquiſita legi facerē in conſilio. Et ipum molendinū. Siue redditus. Et penſum vendere ad terminos ſicut placuerit cōſilio. Et p̄cium eius dare p̄dictis emptoribus ꝓ rata eius ꝙ Inuētum fuerit ipos adhuc debere habere predicta de cauſa ſaluis ſemp omnibus Iuribus iporum emptoꝝ q̄ venditio fieri poſſit ſatisfacto prius emptoribus dictorum reddituum & nō Ante vel cum eorum voluntate.

¶ Quod Porticu qui eſt ante palacium cōmunis in commune perueniat.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat infra menſem poſtq̄ Intrauerit regimen reducere & reduci facere in commune porticum cum bancho quod & qui eſt ante portam palacij deuerſus porticus. Et ſedimen quod eſt prope palacium cōis & domum Dn̄i fulchi paualioni. Et viam publicam ſaluis omnibus Iuribus cuilibet dicenti ſe habere Ius in eis.

¶ De Monte puluzicie ſiue Iura eius inquirendo.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas ꝑ ſe & Iudices ſuos teneatur elligere ſiue elligi facere per commune Bergolij duos bonos homines & legales qui poſſint & debeant petere & requirere omnia Iura que habet & habere poſſet & conſueuit commune Bergolij in monte pelucicie & hijs que ꝑtinent ad ipum montem & pertinere conſueuerunt & ipē poteſtas & eius Iudices teneantur predicta ſummarie cognoſcere. & ſi repertum fuerit per ipm poteſtatem ſiue Iudices vel milites Et ꝓnunciatum commune & hōies bergolij Ius habere in predictis compellant & compellere debeant illos qui tenent Et poſſident dimittere & relaxare & reſtituere communi Bergolij quod repertum & diffinitum fuerit ꝑ ipum pōtatē vł Iudices vł milites ſuos & p̄dicta omnia facerē teneāť īfra ſex menſes poſt Introitū ſui regiminis.

¶ De fodris colligendis ad voluntatem conſilij Alex.

Item ſtatutū eſt, ꝙ fodra q̄ ꝓ temporib⁹ Imponenť colligant ſecundū ꝙ conſilio placuerit. Et ꝙ pōtas vł aliqs d ſua familia nō poſſit Impōerē nec p̄cipere fodrū ipōi. Sed fiat arbitrio conſilij ſine tenorē.

¶ De nō ponendo duos in extimo ſimul.

Item ſtatutū eſt, ꝙ aliqs q pro tempore fuit extimator poderioꝝ nō debeat ponere aliquem cū aliquo in extimo ſimul cū alio. Sed per ſe quilibet ponatur in extimo niſi auū cū pr̄e, cū filio vel filijs exiſtentibus in eadē ꝑtāte, vel niſi eſſet frater q poneret cū fratre vel fratribus vel cū nepotibus q habitarēt ſimul & indiuiſi, & ſi aliter fecerint qlibet qui extimationē faciendā ſit in bāno libraꝝ decē. Quod bānū poteſtas teneať ei auferre infra dies octo poſtq̄ cōdēnatus fuerit ſine tenore. Et ſi aliqs de p̄dictis fuerit vel eſt ditior totū fodrū ſoluere teneať. Si aliter fuerit nō ſoluēdo & facilis in cōueniēdo, & hoc capłum ſemp exēplatū deť extimatorib⁹. Additū eſt ꝙ qlibet debeat facere extimū per ſe niſi ſteterint ad vnū panem & ad vnum vinum.

¶ Quod aliquis non ponatur in duobus extimis, ⁊ ꝙ non ſoluat fodrum de eo quod habuerit in villis Alex.

Item ſtatutū eſt, ꝙ aliquis non poſſit nec debeat poni in duobus extimis, & ſi fuerit poſitus ſoluat ꝓ maiori ſcilicet vbi ſoluere cōſueuit in ea porta ꝓ qua & in q̄ ipſe & ei⁹ an̄ceſſores ſoluerē cōſueuerūt, & ſi inde iā fuerit abſolut⁹ ꝑ ſn̄tiā vł ſcripturā cōis, hoc cōſtiterit poteſtati. Teneať poteſtas eū abſoluerē ſine aliqua cognitiōe & ſine alijs expēſis, & ipſum extrahere & cācellare de oībus libris cōis in qbus repereret in extimo ꝓ quo cōſuetus eſt ſoluere fodrū, & aliquis de porta vna nō poſſit cōpelli ꝓ alia porta ſoluere etiā ſi eſſet in maiori extimo, & etiā ſi moraret in alia porta. Nec etiā ipſe. Sed ꝓ ea tm̄ ꝓ qua ipſe & anteceſſores eius ſoluere cōſueuerunt, & liceat cuilibet ciui Alex. ſe poſſe ponere in extimo in qua rugata ſui quarterij voluerit, & ꝓ ipſa ſoluere fodꝝ, nec poſſit compelli aliquis ciuis ſoluere fodrum pro terris & poſſeſſionibus q̄s habuerit in villa aliqua ciuitatis Alex. cōmuni illius ville ſi fuerit in extimo ciuitatis, & pro illis ſoluerit fodrum in Alexan.

¶ De non ponendo in extimo aliquē cauſa fraudandi cōmune.

Item ſtatutū eſt, ꝙ ſi aliqs fuerit extimator cōis Alex. vel ad extimū ꝓ cōi electus, & aliquē poſuerit in extimo q fodrū ſoluere nō poſſit, vel etiā aliquē in extimo poſuerit cauſa fraudādi cōe cauſa diminuēdi extimū ſuū vel alicuius ſui amici fodrū predictorū quos in extimo poſuerit vt ſup̄. De ſuo ꝓprio cōi ſoluere teneať, & eū ſic poteſtas attendere & ſoluere cōpellat, & iſtud capitulū ſemper detur extimatoribus exemplatum quotieſcunq; fiat extimum per extimatores, qui habeant & penes ſe teneant vſq; dum extimum fuerit completum.

¶ Quod omnes poſſeſſiones ſoluant fodrum.

Item ſtatutū eſt, ꝙ oēs terre & poſſeſſiones que ſunt in poderio & diſtrictu Ale. ſint & ponanť in extimo cōis Alex. fodrū ſoluere debeāt cōi niſi fuiſſent ante regiſtrum factura māſionū vel eccleſiaꝝ Alex. ſine tenore, & maxime oēs poſſeſſiones q̄ fuerūt poſite in regiſtro communis Alexandrie & per homines Alexandrie. & diſtrictus a quibuſcunq; teneatur. Ita ꝙ poteſtas teneatur preciſe & ſine tenore elligere ſeu elligi facere quatuor bonos homines & legales vnum de quolibet quarterio, qui diligenter inquirant quā ſubtilius poterunt per inſtrumenta & per teſtes ad melius q̄ poterunt oēs poſſeſſiones que non ſunt in extimo, & eas reducere in vno libro, qui ſtet penes notarios cāpanilis, & hoc totū incipi debeat infra menſem poſtq̄ ītrauerit regimē ciuitatis Ale. & diffiniri faciat īfra tres mēſes, & hoc totū ſine tenorē.

¶ De ſoluendo fodrum in villis habentibus ibi poſſeſſiones.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliqua perſona vel eccl'ia que ſit extra ciuitatem, vel Iuriſdictionem Alex. habeat terras vel poſſeſſiones in poderio vel diſtrictu alicuius loci, vel ville ſoluat & ſoluere debeat fodrum dacitas & collectas pro ipſis terris vel poſſeſſionibus quocienſcunq; homines qui habitant in locis vel villis Alex. ſoluerint pro extimo impoſito eiſdem per extimatores villarum & locorum Alex. denuucietur poteſtati vel conſulibus locorum vel villarum in quibus habitarent homines predicti p nuncios vel literas poteſtatis & cōmunis Alex. Et ſi nō ſoluerint infra dies quindecim poſt denunciationem poteſtas Alex. preciſe & ſine tenore teneatur dare licentiam cōſilium & iuuamen conſulibus & poteſtati locorum & villarū Alex. preciſe & ſine tenore capiendi retinendi & vendendi de rebus hominum villarum & locorum in quibus habitabunt quicunq; ſoluere voluerint vbicunq; inuenerint tam in Alex. quam alibi vſq; ad quantitatem fodri, & hoc totū ſine tenore attendatur, Hoc addito ꝙ ſi de ipſis terris vel poſſeſsionibus venditionem feciſſent alicui ciui Alex. & ipſe ciuis ipſas terras & poſſeſsiones non poſuiſſet in ſuo regiſtro & de ipſis non ſoluerit fodrum cōi Alexā. venditio ſit nulla, & dicte terre & poſſeſsiones publicentur cōi & perueniant in cōmune Alex. Et hoc totum ſine tenore.

De non ſoluendo fodrum in villis de poſſeſſionibus ſi de ipſis ſoluerit in Alex.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi quis ciuis Alex. qui ſit in extimo in corpore ciuitatis Alex. habet vel acquiſiuerit poſſeſsiones vel aliquas res in aliqua villa Iuriſditionis vel diſtrictus & ſoluit fodrū de ipſis poſſeſsionibus vel rebus in Alex. Non poſſit cōpelli in villa illa, nec alibi ſoluere fodrū vel dacitū, nec ſubſtinere, nec facere ibi aliquā cōditionem ſiue ſit oriundus de illis villis ſiue nō, & nō poſſit dicta villa facere aliquod ordinamentū ꝓhibitionē ſeu deuetū, quominus dicte poſſeſsiones laborent per quācunq; ꝑſonā, que eas laborare voluerit, vel ꝓpter ꝙ vel quā cetera facta habentis dictas poſſeſſiōes impediāt & poteſtas teneatur p̄ciſe & ſine tenore aufferre cōi ipſius ville libras centū pro qualibet vice qua impediret vel impediri faceret aliquem hominē habētem poſſeſſiones in ipſa villa, quin ipſas poſſeſſiones laborari faceret a quolibet impediēte ſiue fuerit de ipſa villa ſiue nō, & ſi cōtrafactum fuerit poteſtas amittat de ſuo ſalario libras quinquaginta, & de hoc capitulo non poſſit abſolui aliquo conſilio cōis ſine tenore. Et ſi cōtra formā dicti capituli alicui ciui Alex. aliquid extortum fuerit totum illud teneatur poteſtas Alex. facere reſtitui ei a quo extortū fuerit de auere cōis & hominum ipſius ville infra menſem, poſtq̄ liquidum fuerit poteſtati. Et ſi qua carta facta eſt inter ipſum ciuem, & ipſam villam vi vel metu ſit caſſa, & nullius valoris, & ſi de metu vel vi cōſtiterit p̄tāti, & intelligat villa eſſe de Iuriſditione Alexā. vel diſtrictu Ale. ſecūdum ꝙ de iure debet, & teneatur poteſtas poſtq̄ ſñiam reſtitutionis dederit eā executioni mandare in rebus & in bonis & contra bona hominū ipſius ville, & impedientis vbicunq; fuerint. Quod capitulum locū habeat in ciuibus morantibus in ciuitate Alex. vel oriundi ſunt de dicta ciuitate, & ſi aliqua de predictis cauſis dictus ciuis nō inueniret in ipſa villa qui laboraret dictas poſſeſſiones ad redditum ſiue modum conſuetum, teneatur poteſtas ad requiſitionē ipſius ciuis cōpellere cōe ipſius ville ad faciēdum laborari ipſas poſſeſſiones, & ſi eas cōe dicti loci laborari nō faceret. Poteſtas cōpellere teneatur cōe illius loci ad reſtituendum illi qui dampnum pateretur occaſione ſuarum poſſeſsionum nō laboratarum. Nihilominus compellatur ad predictas poſſeſsiones laborandas, & credatur ipſi ciui in ſuo Sacramento de ſuo dampno ꝙ paſſus eſſet eo ꝙ ſue poſſeſsiones non eſſent laborate, & ꝙ nō inuenerit laboratorem, & predicta omnia & ſingula attendantur preciſe & ſine tenore.

Quod omnes extranei ſoluant fodrum de eo quod habent in Alexan.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ omnes extranei, qui non habitant in Alex. nec in ipſa ciuitate nec in poderio portarum Alex. ſiue ſint ciues, ſiue non, ſiue ſint banniti de malleficio vel alio modo debeant ſoluere fodrum de terris & domibus quas habent in poderio Ale. & diſtrictu, & ſm ꝙ alij hoīes ciuitatis ſoluūt & debeāt extimari & in extimo poni ſm ꝙ fuerint extimate ꝑ extimatores cōis Ale, q̄ alios ciues Ale. extimabūt.

Quod denarij fodri expendantur in negotio pro quo fuerit fodrum impoſitum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ omnia fodra ſiue collecte impoſite vel facte in ciuitate Alex. & que imponentur debeant dari & ſolui & expendi in illis negotijs ſolūmodo pro quibus fuerint impoſita vel impoſite. Et ſi poteſtas dederit aliunde pecuniam quam in negotijs pro quibus factum fuerit, duplum cōmuni de ſuo proprio ſoluere teneatur & ille cui datum fuerit reſtituere teneatur duplum communi in pecunia numerata, & hoc totum ſine tenore.

Quod poſſeſſiones extraneorum vendantur pro fodro ſoluendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliquis ciuis Alex. qui tenet terras & poſſeſsiones alicuius nō habitantis in ciuitate qui ſit in extimo cōis vel eſſe cōſueuit & non ſoluit fodra impoſita, ꝙ poteſtas debeat compellere eum tenentem predictas terras ſoluere fodra de parte fructuum contingentium Domino. Et ſi fructus non ſufficerent ad ſolutionem fodri teneatur poteſtas vendere & vendi facere de ipſis poſſeſsionibus tantum ꝙ ſufficiat ad ſolutionem fodri & penarum impoſitarum, & non ſoluentes ipſa fodra quod pretium taxetur per extimatores cōis, & hoc totum ſine tenore, & capitulum huic cōtrarium ſit caſſum & inutile, & nullius valoris, & iſtud in ſuo robore perſeueret.

De venditionibus cōis pro fodris factis irritis habendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas & cōe habeat & habere debeat perpetuo ratas & firmas omnes venditiones factas & faciendas pro fodro & occaſione fodri nec debeant perſonam audire contra quam vel occaſione cuius dicta venditio & extimatio ſit facta maior eſt, minor eſt ius aliquod preter in predictis rebus venditis aliqua occaſione qua illa & illos quos vel quas cōe fecit vel compulſit emere vel non cōpulſit. niſi facta fuerit illa venditio in fraudem ſine tenore. Et oēs venditiones quas cōe fecerit fieri occaſione ſatiſfaciendi ſine tenore, ſaluo iure ciuium.

De fodris per aliquam villam ſoluendis cōi Alexan.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliqua villa locus vel perſona ſingularis eſt ciuis de ſoluendo fodro ſiue dacita, & dicta villa locus vel perſona voluerit ſua ſponte ſoluere fodra & dacitas cōi Alex. Sicut homines de gamundio vel de marengho ꝙ poteſtas, & cōe Alex. teneantur ipſam villam & locum & ſingularem perſonam capere perſonaliter & conſtringere ad ſoluen̄. ſicut alios ciues Alex. porte gamondij vel marenghi infra menſem vnum a die denunciationis facte poteſtati ſine tenore, & non obſtante aliquo ſtatuto facto vel faciendo.

De fodro non imponendo orphanis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas nec cōe Alex. poſſit aliquo modo ſeu aliquo ingenio aliquod fodrum ſiue collectam orphanis & minoribus quindecim annorū nec viduis imponere ſiue taliare pro cōi niſi ſicut alijs ciuibus omnibus Alex. nec aliquid ſoluere cōi in fraudem alicuius fodri vel collecte ſeu dacite niſi ſicut alij ciues Alex. ſoluent, & ſicut eius imponetur. Nec ante ab eis exigere q̄ ab omnibus alijs ciuibus, nec ſoluere teneantur fodra ipſi orphani, & vidue niſi quando alij ciues ſoluent.

De fodro a filijs mortui in ſeruitio cōis non ſoluendo.

ITem ſtatutum eſt, quod ſi aliquis ab inimicis cōis Alexan. in ſeruitio, & pro ſeruitio cōis Alex. in ſturmo vel batalia vel deffendendo ciuitatem Alex. vel caſtrum, vel villam aliquam cōis Alex. mortuus fuerit, vel in carceribus quando captus fuerit in ſeruitio & pro ſeruitio cōis Alex. Quod aliquod aliud onus filij eius quos reliquerit, vel filie non teneantur ſoluere fodrum vel collectam cōis Alex. vel aliquod aliud

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. М. ГОРЬКОГО

onus ſubſtinere, nec ville ſeu loci in qua morabitur & habitabit defunctus quouſq; peruenerint ad etatẽ annorũ viginti. Si minores erunt annoꝝ tẽpore mortis patris mortui vt ſup̃. Et in maioribus viginti annoꝝ nõ habeat locũ hoc capitulũ, nec excuſari poſſit vel poſsint excepto ꝙ ſi aliquis mortuus vt ſup̃, reliquerit filiã vel filias tantum & nõ maſculos ꝙ filie nõ poſsint excuſari poſtq̃ maritũ acceperit cuiuſcũq; etatis ſint nec maritus pro ea. Idem intelligatur in filijs ambaſatorũ vt excuſentur vt ſup̃. Qui ambaſatores ſi mortui fuerint in ipſa ambaſata vel capti fuerint in ꝑſona vel in carceribus mortui fuerint vel in tota fuerint ipſa ambaſata eundo vel redeundo de ipſa ambaſata. Excepto ꝙ ſi morerentur de ſua morte naturali in ipſa & de ipſa ambaſata extra carceres, & tunc eorũ filij nõ excuſentur. Idem intelligat̃ in illis qui capti fuerint in ſeruitio cõis vt ſup̃. Qui filij nõ excuſentur ſi mortuus fuerit de ſua morte naturali extra prexonẽ, & hoc totum capitulum ſine tenore, & ſaluo & excepto ꝙ dicti minores per hoc capitulum non poſſint ſe tueri de debitis factis in ipſa villa de quibus ſui anteceſſores ſunt obligati & eorum bona, de quibus debitis teneantur ſicut alij de dicta villa, & hoc capitulum locum habeat in cauſis preſentibus & futuris.

¶De inquirendis illis qui non ſunt in extimo cõis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur infra menſem vnum poſtq̃ iurauerit regimẽ elligi facere per bonã & religioſam perſonã tres pro quolibet quaterio bonos homines & legales, vnus quorũ ſit notarius in qualibet porta Alex. Qui vadant per cõtratas & vicinias & inquirant q̃ ſubtilius poterunt omnes maſculos & feminas manẽtes cum alijs, & ſi non maneret, qui non dederint ſuũ regiſtrum & ſcribere in libro nomen & ſuper nomen ipſorum, & cum quo manent & in qua vicinia, & facere iurare omnia ſua bona manifeſtare & extimare, & ipſi notarij in ſriptis aſsignare extimum ipſorum, & hec omnia ſi placuerint conſilio, Idem intelligatur & fiat per caſſalia, & villa que ſunt ciues Alexan.

¶De exigendo fodra ab hominibus Alex. ⁊ villarum.

Item ſtatutum eſt & ordinatum, ꝙ poteſtas teneatur & debeat continue exigere ab hominibus Alex. & villarũ, & ab ipſis villis, & exigi facere fodra dacitas & collectas tam impoſitas q̃ imponendas cũ penis impoſitis & imponẽdis, & ſi negligẽs fuerit aut ceſſauerit in exigendo continue predictum fodrum collectam ſiue dacitũ teneatur ad ſindicatum exceptis fodris impoſitis dacitis & collectis ante tempus domini Iacobi cote ſi placuerit conſilio.

¶De compellendo poteſtates ⁊ conſules villarum ad ſoluendũ fodrum.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat compellere omnes & ſingulos de Alex. & diſtrictu & omnes poteſtates conſules & rectores, & maſſarios villarum locorum & caſſaliũ Iuriſdictionis Alex. qui nõ ſoluerint fodra collectas ſiue dacitas impoſitas vel q̃ imponent̃ de cetero ad faciendũ ea ſolui & eos & tot homines vſq; in decem cuilibet villarũ locorũ & caſaliũ quot ipſi videbunt̃ vocari, & vocari facere capere & detinere ꝑſonaliter in Alex. vſq; ad plena ſolutionẽ ipſoꝝ fodrorum collectaꝝ ſiue dacitarũ & penarũ proinde impoſitarũ & imponendaꝝ ad totã voluntatẽ ipſius poteſtatis, ſaluo ꝙ aliquis locus, villa vel caſſale vel homines ipſorũ locorũ cui dederunt & fecerunt regimen eoꝝ Alex. & per contratas Alex. non poſsint cogi vel cõpelli ad ſoluẽdũ fodrũ aliquoꝝ habitãtiũ in dictis locis vel aliquo ĩporũ ꝑ aliquẽ officialẽ cõis ſub pena officiali ꝯfaciẽti libraꝝ vigintiqnq; Terdoñ de ſuo ſalario ſoluenda.

¶De non emendis denarijs a collectoribus fodri.

Item ſtatutum eſt & ordinatum, ꝙ aliqui collectores fodri qui erunt aliquo tẽpore, non debeãt emere nec emi facere nec aliquo modo acquirere denarios in fodro

niſi illos q erunt ſibi neceſſarij ad ſuũ fodrũ ſoluendũ, & ꝙ ipſi collectores fodri debeant ſtare in officio donec poteſtas dederit terminũ vel terminos illis qui debebunt ſoluere fodra, ſecundũ ꝙ in conſilio dictus terminus erit ordinatus, & de eo ꝙ colligerũt facere rationẽ infra duos menſes poſt terminos ſibi datos & libros dare notarijs campanillis, & illa fraus & pecunia perueniat in cõe, & puniat̃ q̃libet ipſorũ in libris decẽ. Et illi collectores ſint boni homines & legales, & elligant̃ ſicut placuerit cõſilio q debeant iurare ſecundũ ꝙ quilibet debitoꝝ dare & ſoluere debebit illis qui de predicto fodro recipere & aliq̃d habere debebunt, & ſi notarius fuerit qui in fraudẽ reperiat̃ puniatur, ſecundũ capitula & ordinamenta ſui anciani. Idem intelligat̃ ꝙ nec notarius, nec aliquis alius poſsit emere ꝓ ſe nec pro aliquo. alio modo niſi ꝙ neceſſe fuerit ei pro ſuo fodro, & ſi cõtrafecerint amittant oẽs denarios & libras decẽ in denarijs numeratis. Que omnia perueniant in cõe, & ſaluo ꝙ poteſtas nõ poſſit nec debeat exigere per ſe nec per familiã ſuã nec exigi facere, nec exigi permittere aliquo modo aliquod culmaticum vel collectã ſeu aliquã impoſitionẽ ab aliquo de Alex. vel diſtrictu impoſitum vel impoſitã per cõe Alexã. ante regimen dñi Iacobi cete de arbitrio olim ptãtis Alex. Sed ipſa omnia fodra dacita & colecte culmatica & impoſitiões ſint caſſe & caſſa & nullius valoris, & ex nũc ꝓ caſſis & irritis habeantur & teneantur. Et oẽs libros factos de predictis facere cõburi infra menſem poſtq̃ iurauerit regimen ciuitatis Alex. Saluis aſsignationibus factis de predictis ſeu aliquo predictorum.

¶De requirendis illis, de fiblinis ꝙ attendant pacta cõi Alex. ⁊ ꝙ ſoluant fodra ſua.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas Alex. teneatur infra menſem vnum poſtq̃ iurauerit, requirere oẽs illos de fiblinis qui nominant̃ & cõtinent̃ in quodã inſtrumẽto facto a Petro carello notario. Milleſimo Ducẽteſimo vigeſimo quarto inditione ſecunda die Dñico nono intrante menſe octobris. Et oẽs alios ciues Alex. non habentes Iuriſdictionẽ Alex. Qđ pacta & couẽtiões facta & factas int̃ cõe Alex. & ipos & ꝑdicti debãt atẽder cõi Alex. & obſuar pacta & fodra ſoluer ĩ dies q̃ndeci poſtq̃ ipos req̃ſiuerit, & ſi nõ attẽdẽt ĩ mẽſem, poſtq̃ req̃ſiti fuerint, põtas teneat̃ aufferre cuilibet lib. vigintiquinq;, & nihilominus attendẽt & obſeruent pacta & couentiones que cõi cõpromiſſerunt, & inſuper teneat̃ ipſos bannire ſicut alios ciues ciuitatis Alex. & habitantes in ipſa, & fodra & banna ſi non exigeret perdat poteſtas de ſuo ſalario libras vigintiqnq; pro quolibet ciue, quam requiſitionem teneatur ſine tenore.

¶Quod ciues ad pactum accipiantur tantum in conſilio.

Item ſtatutum eſt, ꝙ nullus recipiatur in ciuem Alex. niſi in conſilio campana collecto vel conſilij voluntate per publicum inſtrumentũ de citamatico factum in ciuem receptũ. Qui ciuis nõ recipiat̃ in ciuem Alex. niſi promiſerit, & idoneæ ſatiſderit cõi facere domũ vnã in ciuitate Alex. infra ſex menſes poſtq̃ iurauerit citamaticum, & ipſum citamaticum obſeruare, & ſi non attenderit vt ſupra non habeatur pro ciue. Eo ſaluo quod aliquis qui conſueuit eſſe ciuis vel ſui anteceſſores non recipiatur in ciuem ad pactum.

¶Quod habeatur ⁊ tractetur tãquam verus ciuis quicũq; venerit ad habitandum in Alex. ⁊ ſubſtinuerit onera pro cõi Alex.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliqua perſona vndecunq; ſit venerit a tempore publicationis regiſtri nouiſsimi facti in ciuitate Alex. cum familia vel ſine familia, & ſi familiã aliquam non haberet & fecerit exercitus, & caualcatas, & ſubſtinuerit factiones, auarias, & alia onera cõmunis realia & perſonalia & mixta ei impoſita per cõe habeatur teneatur, & tractetur in omnibus & per omnia tanq̃ verus ciuis Alex. donec ſteterit & habitauerit in Alex. & obſeruauerit predicta, nõ obſtante inferiori ſtatuto, quod eſt ſub rubrica. Qđ qlibet poſſit venire in Alex. ad habitandũ ſine fodro. Saluo ꝙ ſi contingeret per cōe Alex. fieri regiſtrũ. de nouo teneaƭ & debeat facere regiſtrũ cōi ſicut alij ciues. Alioquin non habeatur nec teneatur pro ciue. & hoc totum preciſe & ſine tenore. & legatur in qualibet contione.

¶ Quod quilibet poſſit venire in Alex. ad habitandum ſine fodro.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ qcũq; qui venerit ad habitandũ in Alex. recipiaƭ in cōciuis Alex. & in Alex. poſſit ſtare & habitare. Ita ꝙ a die qua venerit ad habitandũ in Alex. vſq; ad duos annos non teneatur fodrum ſoluere cōi Alex nec aliq̃ onera realia vel ꝑſonalia ſubſtinere. Nec aliquis forenſitus alicuius loci diſtrictus Alex. teneaƭ ad aliqua onera realia vel ꝑſonalia in ciuitate vel diſtrictu dum erit forenſit⁹. nec ſolueƭ aliq̃ fodrum nec aliquas expenſas facere pro dicto cōi. & hoc p̃ciſe & ſine tenore & teneaƭ facere domũ & vltra p̄dictum tempus duoꝝ annoꝝ debeat extimari & ſoluere fodrum ſicut alij ciues Alex. & teneatur facere domũ vnam congruam & valentem lib. xxv. infra menſes ſex. poſtq̃ venerit ad habitandum in Alex. & debeat eam faceƭ ſcribi infra octo dies poſtq̃ eã fecerit in lib cōis. in quo lib. poteſtas teneaƭ facere ſcribi omnes ciues quos recepit tempoƭ ſui regiminis & ſcribantur coherentie illius domus & ꝙ nullus recipiatur in ciuem niſi ſteterit in Alex. cum familia & ſi receſſerit de Alex. perdat omne priuilegium ſibi conceſſum occaſione citamatici. Idem Intelligatur & ſit de quolibet hinc retro recepto in ciuem ſecundum formam ſtatutoꝝ. Ita quod nec emptor. nec aliquis aliut Nec etiam vxor poſſit habere Ius in ipſa domo quin ſemper commune preferatur. & ſi recederet vel dimitteret citamaticum Alex. illa domus q̃ fecerit remaneat libera. & abſoluta communi Alex. Ita tamen quod non poſſit emeƭ aliquam domum quominus nouam facere teneatur vt ſupra. Et ſi emerit ipſa domus empta perueniat in commune. Quod preferatur omnibus creditoribus & emptorib⁹ & quibuſcunq; alijs perſonis. & ſi dicti ciues vellent recedere đ Alex. & alibi ire ad habitandum non poſſint nec debeant vendere nec alienare domum alicui perſone. & ſi quis emerit amittat ꝓ bañ lib. qnq̃ginta. & domus debeat applicari cōmuni Alex. & hoc capitulum attendatur ſine tenore. nec poſſit remouere per conſilium nec p arengum. & hoc capitulum legatur in omni contione. & preconizatur per ciuitatē Alex. ſemel in menſe. & nomina dictorũ ciuium ſcribãtur in lib̄ communis per manus notarioꝝ campanilis in cartha edim & annus & menſis & dies in omni poteſtaria quando venerit ad habitandum in Alex. & quod poteſtas debeat facere Inquiri omnes ciues Alex. hinc retro receptis & ponere in vno lib̄. communis ſicuti teneƭ de illis quos recipiet ſuo tempore. & faciat quilibet ciuis qui recipietur bonam ſecuritatem quod ipſe ſtabit & perſeuerabit in ipſo citamatico in ꝑpetuum. & Iſtud capitulum ſolũmõ Intelligatur in hijs qui non conſueuerunt eſſe ciues in Alex.

¶ De ciuibus qui de nouo venerint ad habitandum in Alexandria Inquirendis.

ITem ſtatutnm eſt, ꝙ poteſtas teneatur infra duos menſes ab Introitu ſui regiminis elligere duos bonos homines & legales & vnum ſcribam qui inquirant omnes ciues qui venerint ad habitandum in Alexan. vel venire debuerint ſecundum formam capituli ſupra ſcripti. Si attenderunt. & obſeruauerunt hoc quod debuerunt. Et ipſos facere ſcribi in lib̄. vno qui lib̄. detur in cuſtodia notarijs campanilis & videre omnia Inſtrumenta ſua & tenorem ipſorum inſtrumentorum in eodem libro ponere & eoſq fuerint ad terminum facere extimari per bonos & legales homines & eos compellere ad ſoluendum fodra futura & preterita a die dicti termini citra ſine tenore.

¶ De vaſallis ⁊ ciuibus Alexandriæ Inquirendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas Alex. teneaƭ preciſe & ſine tenore infra duos menſes poſt introitũ ſui regiminis & Inquiri facere omnes caſtellanos, ciues & vaſallos & omnes alios qui habent pactum & conuentiones cum communi Alex. & omnes qui habuerunt feudum a communi & eos perſonaliter requirere & requiri faceƭ vt faciãt fidelitatem communi Alex. & obſeruent & obſeruaƭ debeant omnia pacta & conuẽtiones que & quas habent cum cōmuni & ſi qnis predictorum hoc facere recuſauerit amittat feudum. & perueniat in commune & Idem non teneatur ei vel eis obſeruare. nec attendere aliqua pacta vel conuentiones.

¶ De ciuibus nõ habitantibus in Alex. inquirendis ꝙ obſ̄uent citamaticum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas preciſe & ſine tenore iſra duos menſes poſt Introitũ ſui regiminis requirere & requiri facere omnes ciues Alex. non habitãtes in Alex. vt debeant obſeruare citamaticum communi Alex. & ſi obſeruaƭ noluerint poteſtas & commune Alex. non teneatur ei vel eis obſeruaƭ in aliquo & ſi quis voluerit veniƭ ad citamaticum Alex. poteſtas teneatur ipſum recipere & eum deffendere & manutenere ſicut alios ciues & hoc ſine tenore & ſecundum formam aliorum ciuium.

¶ De Pactis ciuibus ⁊ cuilibet perſone attendendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat attendeƭ & obſ̄uare omnia pacta & conuentiones factas & faciendas cum aliqua perſona vel vniuerſitate ſi ipſa perſona vel vniuerſitas attenderit & obſeruauerit ſua pacta & conuentiones verſus commune Alex. & ſi non fuerit eſt vel erit rebellis communis Alex. ſine tenore.

¶ De Pactis ciuibus ⁊ vaſallis attendendis.

ITem ſtatutum eſt, & ordinatum, ꝙ poteſtas preciſe & ſine tenore teneatur attendere & obſeruare cuilibet ciui Alex. & vaſallo omnia pacta, & conuentiones que & quas ipſi habent cum cōe Alex. Secundũ ꝙ in eoꝝ inſtrumentis pactorum factorũ inter ipſos & cōe Alex. continetur, & hoc intelligatur de illis ciuibus & vaſallis qni obediunt cōi Alex. & obſeruauerunt, & obſeruabunt ipſas cōnuentiones cōi Alex.

¶ Quod ciues ad pactum teneantur reſpondere ſuo creditori in Alex.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliquis vel aliqui qui ſit ciuis Alex. ad pactum vel vaſallus ad pactum. Si per pactum illud vel alio Iure non teneatur alicui facere Iuſtitiam creditori ſuo ciui Alex. in ciuitate Alex. Si ſe obligauerit vel obligabit verſus aliquẽ ciuẽ in ciuitate Alex. Et in ipſa obligatione dictum ſit, renuntiando priuilegio fori. Ita ꝙ poſſit conueniri in Alex. vel ſe ad hoc obligatum poteſtas teneatur facere contra ip̄m ꝙ faceret cōtra aliquẽ ciuẽ porte Gamõdij, nõ obſtãte, aliquo capĩo huic ꝯrio.

¶ De ciue qui receſſerit ⁊ iuerit ad ſtandum extra Alex. redire compellendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis ciuis Alex. vel Iuriſdictionis Alex. qui receſſerit, & iuerit ad ſtandum extra Iuriſdictionem & forciam cōis Alex. ꝙ debeat reuerti ad ſtandum in Alex. vel Iuriſdictione. Alioquin totum ſuum publicetur, & veniat in cōmune, & poteſtas teneatur eos facere inquiri & denunciare infra duos mẽſes poſtq̃ Iurauerit ſi placuerit conſilio.

¶ De Iuribus ⁊ poſſeſſionibus ciuium manutenendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur deffendere, & manutenere Iura, & poſſeſſiones ciuium ciuitatis Alex. vel Iuriſdictionis ciuitatis Alex. & alibi vbiq; eas vel ea habuerint bona fide & ſine fraude & hoc totum ſine tenore.

¶De denunciatione facienda dño Epiſcopo Aqueñ. ꝙ dimittat Iura ſua ciuibus Alex. que habent in cartoxio.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas Alex. teneatur infra duos menſes poſtq̄ intrauerit regimen ciuitatis Alex. denunciare vel denunciari facere infra decem dies, poſtq̄ denunciatum fuerit per literas cõis Alex. & ex parte ſua, & ipſius cõis, dño Epo aqueñ. & Bonifacio de ponzano, ꝙ dimittant, & reſtituant infra quindecim dies poſt denunciationem ciuibus Alex. oẽs terras & poſſeſſiones redditus ſeu prouentus, & omnia Iura, que & quaſue. Aliqui ciues Alex. habent ſeu habere conſueuerunt in villa hominibus & poderio loci cartoxij, & alia vbiq;. Nec debeat ipſos ciues impedire aliquo modo nec impediri facere. Quominus omnia predicta habeant teneant & poſſideant. Et quicquid voluerint inde faciant ſine tenore.

¶De conſeruando Iura cuilibet ciui Alex. recuperata in aliquo caſtro ſiue villa.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi per cõe Alex. recuperaretur ſiue recuperata eſſet caſtrũ, villa & terra aliqua ſuper quo vel qua aliquis ciuis Alex. haberet aliquod Ius contra cõe Alex. Et poteſtas Alex. teneatur attẽdere, & attendi facere infra duos mẽſes poſtq̄ eſſet recuperatũ terra, & villa cuilibet ciui Alex. omne Ius ꝙ oſtenderet legitime ſe habere in predictis vt ſupra contra cõe, & hoc ſit preciſe & ſine tenore.

¶De aterminando terram vel caſtrum ciuis ⁊ vaſalli Alex.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur ad requiſitionem cuiuslibet ciuis & vaſalli Alex. cernere & determinare ſeu determinari facere Iuriſdictionẽ & curiã terre & caſtri ipſius ciuis & vaſalli cõis Alex. & cõfinias ponere inter terrã & curiam ipſius vel cõis ex vna parte, & terrã incertam vicinoꝝ ipſius ciuis vel vaſalli ex altera vel cõis Alex. & illam curiã terminatam illius ciuis ſeu vaſalli, & ipſi deffendere & manutenere hoc etiã teneatur poteſtas attendere preciſe & ſine tenore, & ſi contra predicta vel aliquod p̄dictorũ faceret vel veniret perdat de ſuo ſalario libras quinquaginta a q̄bus ipſo Iure cadat, & predicta obſeruentur ſi placuerit conſilio generali.

¶De cambijs concedendis ⁊ quando dari debeant.

ITem ſtatutum eſt ꝙ ſi cõe alicuius ciuitatis vel loci vel aliqua ſingularis pſona occupauit vel occupauerit de bonis & rebus alicuius ciuis Alex. & ea teneat violenter vel aliquid alicui ciui Alex. ex quacunq; cauſa debuerit & idem ciuis probauerit ſupradicta quam probationem poteſtas ſuſcipere teneatur vel Iudex qui p̄erit cambijs, facta probatione ipſe poteſtas teneatur dare ipſi licentiam parabolam & publicã auctoritatem cambiendi, & accipiendi cambium & faciendo exinde publicum inſtrumẽtum fieri. Quod cambium poteſtas ſiue vicarius teneatur & debeat dictum cambium datum & conceſſum confirmari facere per conſilium generale poſtq̄ ei fuerit denũciatum ad primum conſilium vel ſecundum poſtq̄ ei denunciatum fuerit, Ita tamẽ ꝙ nulli poſſint dari cambium niſi primo cõe locus vel ſingularis perſona & cõtra quem vel quam cambium petitur dari fuerit requiſitus per plura paria literaꝝ vel per ambaxatores cõis Alex. & ſ̃uata forma capituli de cãbijs q̃ eſt in col. 139. ſub rubrica. Quod oẽs veniant in Alex. & de cambijs ꝙ incipit. Item ſtatutum eſt, ꝙ oẽs homines poſſint & debeant &c. Et ſaluis omnibus que in ipſo capitulo continentur.

¶Quod Iudex cambiorũ teneatur mittere petitionem illi cõtra quẽ petitur.

ITem ſtatutũ eſt, & ordinatũ, ꝙ ſi aliq̄ petitio porrecta fuerit corã Iudice q̄ p̄eſt officio cambioꝝ ꝙ ipſe iudex cambioꝝ dictã petitionẽ teneatur mittere ſeu mitti facere ad illã pſonã locũ ſeu vniuerſitatẽ cõtra quẽ petit̃ cambiũ ſeu repreſalias cõcedi expenſis petẽtis cãbiũ ſibi cõcedi. Et ipſam pſonã locũ ſeu vniuerſitatẽ p lr̃as ſuas admonere vt veniant intra certũ tẽpus per ipſum Iudicẽ ſtatuendũ, ſecundũ ꝙ Iudici videbit̃ petitioni reſponſuro, & de Iure ſuo oſtenſuri. Alioquin dictus Iudex cãbioꝝ ſup ipſa petitione ꝓcedet̃ in cambio cõcedendo ꝓut procedere deberet ſecundum formã ſtatutoꝝ cõis Alex. ꝓut tenet̃ & debet, & alio modo dictus Iudex cãbioꝝ ſup aliqua petitione alicuius cambij ꝓcedere nõ debeat niſi predicta forma fuerit obſeruata. Teneatur etiã quilibet Iudex qui p̄erit dicto officio cãbiorũ oẽs queſtiones cambioꝝ vertentes coram ipſo determinare & diffinire de cõſilio collegij iudicũ Ale. & aliter nõ habendo ipſe Iudex cãbiorũ qui tulerit ſentẽtiã alicuius cãbij cuiuſlibet iudicature ſeu tonſiliature quã ipſe iudicauerit tertiã partem, & alie due partes diuidantur & diſtribuantur inter alios Iudices de collegio qui fuerint ad dandũ ipſum cõſilium, & pro Iudicatura & cõſiliatura accipiant tantũ denarios ſex pro libra. Si petitio fuerit librarũ Ducentum & infra ſi vero petitio aſcenderet vltra ſummam librarum Ducentum, tunc de eo quod aſcenderet vltra predictam ſummam predictarum librarum Ducentum accipiant ſolũmodo denarios quatuor ꝓ qualibet libra. Que Iudicature ſiue conſiliature acquirentur penes clauarium collegij qui eas diuidant & diſtribuat inter Iudices collegij vt ſupra dictum eſt. Que omnia ſupradicta Iudex & quilibet de collegio qui p̄erit officio cambiorum teneatur attendere & obſeruare prout ſupra ſcriptũ eſt, & ille de collegio q cõtrafecerit vel venerit priuet̃ ipſo iure de ipſo collegio, & ab oĩbus de collegio habeat̃ & tractetur, ac ſi nunq̄ fuiſſet de collegio.

¶De cambijs accipiendis ab illis qui habent cartam cambij.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi quis ciuis Ale. habet vel habebit cartã cambij vel habet Iura ceſſa contra aliquos homines ciuitates vniuerſitates loca & caſtra Lombardie ſiue contra aliquos circũſtantes vel circũiunctos cõis Alex. vel alicuius alterius partis. Et ipſe ciuis qui habet vel habebit cartã cambij ſi inuenerit de auere & rebus illius ciuitatis vel ville vel ſingularis perſone vel loci contra quem vel cõtra quã ciuis alex. habet vel habebit cartam cambij in poderio Alex. Poteſtas teneat̃ preciſe & ſine tenore, ſi inde fuerit requiſitus facere ſaxire res & bona, & auere illius ciuitatis & hominum ipſius loci cõtra quem cambium eſſet datum ad voluntatem illius ciuis qui habet vel habebit cartã cambij & detinere ſiue detineri facere predictas res & auere cõmunis, & dare & dari facere vſq; ad plenam ſolutionem cambij ſecundum ꝙ in inſtrumento cãbij continetur illius ciui qui habet vel habebit cartam cambij ſi legitime probauerit vel probauit per teſtes ſi in ipſo inſtrumento cambij certa quantitas non continetur Idem intelligatur in cartis ſiue ſententijs latis per aliquos iudices quocunq; in ciuitate Alex. non obſtante aliquo capitulo ſiue ſtatuto Nec poteſtas poſſit inde facere remiſſionem ſiue abſolutionem cambij, ſiue rerum ſaxitarum ſine voluntate illius qui cambium habere debet niſi fidantia eſſet ſibi data a poteſtate voluntate conſilij ſaluo ꝙ quilibet habeat fidantiam veniendi ad nundinas ſancti Bartholomei & manendi, & ſtandi, & redeundi libere & ſecure manere & perſonaliter ſecundum ꝙ cõſilio Ale. placuerit. Non obſtante aliquo ſtatuto vel ordinamento precedenti vel ſequenti, & ſaluo quod in capitulo continetur quod eſt in colum. 139. & eſt ſub rubrica. Quod omnes veniant Alexan. Et de cambijs, q̄ incipit. Item ſtatutum eſt, quod omnes homines poſſint & debeant &c.

¶Quod ſi aliquis ciuis habet Iura cõtra cõe alicuius ville, poteſtas teneatur ⁊ debeat ei mittere literas cõmunis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis ciuis Alex. habet Iura cõtra cõe alicuius loci vel vniuerſitatem vel ſingularem perſonam que non ſit de Iuriſdictione Alex. poteſtas teneatur admonere illud cõe vel vniuerſitatem vel ſingularẽ pſonã p lr̃as cõis alex. vt ſatiſfaciat ciui alex. infra dies q̄ndecim, & ad hoc ab initio fiat ad volũtatẽ cõis Ale.

& facta denunciatione niſi ſatisfecerit ciui Alex. infra terminum predictum, poteſtas teneatur preciſe & ſine tenore dare cambium ſeruata prius forma ſtatuti cambiorum in omnibus vſq; ad illã quantitatem quã ille ciuis dixerit & oſtenderit per cartam vel per teſtes ſe habere debere ad voluntatem eius.

ℭ Quod attendatur cambium conceſſum dño Ottoni viciato.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Dñs Poteſtas pñs vel futurus, & tota eius familia teneantur, & debeant expreſſe attendere & obſeruare & attendi & obſeruari facere cum effectu cambium dño Ottoni viciato contra cõe & populum & homines caſsinarum, & contra res & bona ipſorum, & dare dicto dño Ottoni auxilium & fauorem ad habendum ſolutionem de dicto cambio in omnibus & per omnia vt in conceſsione dicti cãbij plenius continetur, & hoc totum preciſſe & ſine tenore.

ℭ Capitula pertinentia ad ſtratas publicas pro mercantijs.

PRimo ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ omnes negociationes ſiue mercantie que venient deuerſus Papiam ſiue de eius diſtrictu vel aliunde per aquam, poſtq̃ fuerint & peruenerint in diſtrictu Alex. debeant venire in Alex. & non poſsint nec debeant exonerari in aliqua parte niſi ad pontẽ tanagri vel prope vbi voluerint in locis cõſuetis & ſoluere ibi pedagium cõſuetum. Si vero per terrã a dictis partibus venerint citra tanagrum, vel a ciuitate Terdone vel diſtrictus in diſtrictu Alex. nõ debeãt deponi merces, nec exonerari in aliqua pte, poſtq̃ fuerint in diſtrictu Alex. & poderio niſi in Alex. Ita ꝙ venire debeãt & intrare per portam ſancti Spiritus de marengho, & ſoluere ibi pedagium ordinatum, & ſi per aquam ducte fuerint vel portentur de Alex. verſus dictas partes debeant onerari ad dictum pontem vel iuxta vbi conſuetum eſt, & pedagium conſuetum ſoluere. Et ita ire ꝙ poſtea non debeant exonerari vel albergari in poderio Alex. Et ſi iuerint per terram debeant exire ad prrdictam por am & ſoluere pedagium conſuetum vt ſupra ſi vero venerint merces vel mercantie; deuerſus Aſt, vel deuerſus montem ferratum vel albergare in aliqua parte niſi in ciu tate Alex. ſiue venerint per terram ſiue per aquam. Ita ꝙ debeant venire & mittere caput ad põtem tanagri & ibi ſoluere pedagium conſuetum & ordinatum. Et ſi de Alex. exportarent ad predictas ptes onerari debeant in Alex. tm̃ vel ad pontem tanagri vel exire ꝑ predictum pontem ſi per terram iuerint vel iuxta pontem illum ſi per aquam venerint, vel iuerint & ſoluere ad dictum pontem pedagium conſuetum. Et ita poſtea debeant duci dicte mercantie. Quod non debeant exonerari, nec albergare in poderio Alexã, vbi venerint per aquam. Et ſi in Bergolio hoſpitauerint teneãtur ducentes vel hoſpites denunciare pedagerijs pontis tanagri ipſam mercantiam in eius hoſpitione, alioquin ſi pedagerij pedagium illius mercãtie non habuerint ſoluat ille hoſpes vbi hoſpitate fuerint ſoldos quadraginta pro banno.

De eiſdem.

SI venerint autem deuerſus Gauium vel deuerſus caſtelletum ſiue de partibus illis & portantes res venerint in diſtrictu Alex. debeãt venire deuerſus capriatam, vel per aliam ſtratam per quam ſecurius Iuerint, & melius venerint & venire poterunt, & intrare ad portam Ianuẽſam vel ad portam ſancti Spiritus, & ibi ſoluere pedagium cõſuetum. Ita ꝙ poſtq̃ venerint & mouerint de capriata nõ poſsint nec debeãt exonerari nec albergare in poderio Alex. niſi in locis porte noue vel in caſſalibus de vrba, & ſi de Ale. exire voluerint vel verſus p̃dictas ptes, p̃dictas mercantias ducere voluerint debeant exire per portas p̃dictas Ianuenſam & ſancti Spiritus, & ibi ſoluere pedagium.

De eiſdem.

SI vero venerint deuerſus terrã Marchionũ đ boſcho vł đuerſus p̃dictas ptes ducte fuerit vł deuerſus caſſinas vł aqs vł đ ptibus illis, & venerit in diſtrictu alex. dbeãt venir̃ in alex. intrãdo ꝑ dictã portã Ianuenſam. Ita ꝙ nõ poſſint exonerari & đ ponia

Gamalerio citra vſq; in ciuitatẽ intrando ꝑ portam p̃dictam exceptis hominibꝰ terre Marchionum de boſcho & đ partibus illis. qui poſsint albergar̃ in partibꝰ porte noue & caſſalibꝰ đ vrbis. & ſi đ Alex. exiuerint & voluerint ire ad p̃dictas portas vel terras exire debeant ad dictam portã Ianuenſam. & Ibi ſoluere pedagium conſuetũ & poſtq̃ exiuerint de Alex. poſsint exonerare & Albergare vbicunq; ſoluerint.

ℭ De eiſdem.

SI vero venerint deuerſus Maxium vel vuilias vel de partibꝰ illis & venerint in poderio Alex. debeant venire in Alex. tantum ꝑ portam fori vel ꝑ portam Ianuẽſam & ibi ſoluere pedagium cõſuetum Ita ꝙ nõ poſsint exonerari ab vuilijs citra niſi in Alex. intrando per dictas portas & ſi de Alex. exiuerint & iuerint verſus predictas partes debeant onerari in Alex. & exire ad dictas portas & ibi ſoluere pedagium Ita ꝙ citra vuilias nõ debeant exonerari nec albergar̃. Qđ autem dictũ eſt in iſto capitulo & de predictis mercantijs & mercationibus non exonerandis ſiue ducentibus eas non Albergandis extra ciuitatem Alexandriæ. niſi in quibuſdam certis locis Intelligatur niſi Iuſtum eis Impedimentum Interuenerit quod Intelligatur tantum & ex inde interpretatum eſt ſi fuerit & magnitudine vie & aquarum vel tempore tem peſtatum fuerit vel mortem Beſtiarum. Et qui fecerit contra predicta vel aliquod predictoꝝ amittat quilibet & qualibet vice medietatem marcantie ſiue rerum & omnes beſtias & portante eas ſiue ſuper quibus eſſent medietas quaꝝ rerum ſiue mercantie & beſtiarum & que medietas ſit accuſantium vel capientium eas & quilibet poſsit accuſare contrafacientes & credatur accuſanti & capienti ſi fidem fecerit poteſtati illum quem accuſauerit vel acceperit feciſſe cõtra predicta vel aliquod predictoꝝ vel in aliquibus de predictis.

ℭ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nemo đ Alex. vel diſtrictu debeat nec ducer̃ nec duci facere aliquam mercem vel mercantiam per aliqua loca nec per aliquas partes q̃ per predictas ſuperius nominatas nec ducentibus alionde preſtare auxilium. & qui contrafecerit det ꝓ bañ qualibet vice qua contra predicta vel aliquod p̃dictoꝝ fecerit lib. qnq̃ginta. & de maleficio cuius bañ medietas ſit accuſatoris ſi ipſe fidẽ fecerit poteſtati & nihilominus qui contrafecerit preconizetur ꝑ ciuitatẽ & nullũ officium habeat ꝓ cõi Alex. & ſi haberet illud perdat & predicta capitula loq̃ntia ſuper ſtratas Intelligantur & Intelligi debeant ſecundũ conuentiones factas inter cõe Alex. & cõe Ianue Milleſsimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo & ſaluis ipſis cõuentiõibꝰ & ipſis durantibus inter predictum cõe Alex. & cõe Ianue. Ita tamen quod quilibet q duxerit ſeu ducꝰ fecerit mercantiam in Alex. & ipſam mercantiã nõ extraxerit extra ciuitatem Alex. infra quintã diem poſtq̃ eã duxerit in Alex. teneatur & debat ſoluer̃ pedagium de ipſa mercantia in ipſo exitu niſi eam tenuerit vltra predictum terminũ cum licentia poteſtatis & teneatur poteſtas hoc facere preconizari ꝑ ciuitatem & etiã denunciare albergatoribus quod predicta non faciant ſuis hoſpitibus.

ℭ Quod oẽs homines ſecure poſsint Venire in Alex. ⁊ de cambijs non accipiendis.

ITem ſtatutum eſt, quod oẽs homines poſsint & debeant venire in Alex. & diſtrictu & venire & redire cum mercationibus & ſpecialiter cum victualibus libere & abſolute & quod non poſsint Impediti eſſe a communi. Nec ab aliqua perſona ciuitatis Alex. nec diſtrictus ꝑ cartam cambij. nec alio modo ſub aliquo Ingenio hinc ad octo mẽſes ſi regimẽ fuerit vſq; ad annũ & ſi regimẽ fuerit ad ſex mẽſes nõ poſsit accipi vł impediri vſq; ad quatuor menſes exceptis bannitis de maleficio, & exceptis illis perſonis que inieciſſent manus in aliquem ciuem Alex. non exiſtente pro aliqua parte Ale. etiã ſi ſit ciuis Alex. qui non habitauerit in Alex. a decem annis citra qui poſſint capi & detineri ad voluntatem offenſi donec ſatisfecerit ipſi offenſo de iniuria damno rebꝰ ablatis & habitis & extortis ab eo & cõis ipſius. Exceptis perſonis obligatis alicui perſone Alex. vel diſtrictus cum carta dum tamen conſtiterit de debito poteſtati qui poſſint impediri & detineri vſq; in perſonis & rebus ſemper ad voluntatem creditoris, & offenſi donec ſatisfecerit creditori, nõ obſtante aliquo ſtatuto ſuperiori vel inferiori. Et tamen ſaluo ꝙ ſi aliquis non poſſit impediri vno cambio vel occaſione cambij infra predictos octo menſes vel quatuor vt ſupra aliquo modo ſub aliquo ingenio nullo capitulo facto vel faciendo ſuperiori vel inferiori huic obuiante. Sed ſtatutum ſi factũ eſt vel fiet ſit caſſum & irritũ, & iſtud in ſuo robore perſeueret ſine tenore.

¶ Quod illi qui duxerint vinum in Alex. poſſint venire ſecure.

Item ſtatutum eſt, ꝙ illi qui vinum vel aliam mercantiam duxerint vel duci fecerint & facient ad vendendum in Alex. poſſint venire in Alex. libere & ſecure in perſona & rebus non obſtante aliquo capitulo, & ſpecialiter capitulo cambiorum, & ſi ꝙ contrafaceret vel diceret huic ſit caſſum & inutile, & iſtud in ſuo robore perſeueret ꝑ totum annum, niſi ductor vel ductores eſſent guerrierij cõis Alex. vel banniti de loco qui haberet guerram cum cõi Alex.

¶ Quod ducentes carbonem in Alex. poſſint venire ⁊ redire.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ cum officium ſiue miſteriũ ferrarie ſit inter alia miſteria humane naturale valde vtile & neceſſariũ. & illi de dicta ſocietate multũ indigeant carbonibus eo ꝙ dictũ offitium ſine carbonibus exercere nõ poſſint & nulli carbones fiant in Alex. nec in diſtrictu. ꝙ oẽs ꝑſone vndecunq; ſint poſſint libere & ſecure ducere & duci facere in ciuitate Alex. carbones ad ſuam volũtatem. & ꝙ ipſi nõ poſſint impediri ſeu moleſtari in ꝑſonis nec in rebus veniendo & eundo ſeu redeũdo in Alex. ſeu de Alex. nõ obſtãtibꝰ aliq̃bus capſis ꝯrijs ſeu repreſalijs & ꝙ nulla ꝑſona ſiue ſit ciuis Alex. ſiue aliud nõ poſſit nec debeat extrahere ſeu extrahi facere carbões de diſtrictu Alex. ſine licentia põtatꝭ & q ꝯfecerit puniat᷑ in ſold. xx. ꝓ q̃libet beſtia. & q̃libet vice & põtas & eius familia teneat᷑ omnia ꝑdicta attender᷑ ꝑciſe & ſine tenore.

¶ Quod quilibet poſſit venire in Alex. ducendo mercantiam.

Item ſtatutum eſt voluntate & conſenſu conſilij gñalis ad requiſitionem conſilij ancianorum & ſapientum populi Alex, quod quelibet perſona que nõ ſit de terris publicam guerram habentibus cum communi Alex poſſit libere & ſecure in perſonis & in rebus venire in Alex & diſtrictu exire & redire extrahere & extrahi facere quamlibet mercem & negociationes libere & ſecure exceptis tam victualibus quã mercibꝰ ſiue alijs rebus prohibitis tenendo ꝑ ſtratas loca & portas conſtitutas ſeu que cõſtituerentur, & ſoluendo pedagia & alia onera conſueta vel q̃ ordinarent᷑ ꝑ cõe Alex. vndecunq; ſeu quocũq; ducat ſeu ducere intendat. & ſi qs impedierit vel abſtulerit ꝑdicta vel aliquod ꝑdictorum puniat᷑ tamq̃ derobator ſtrate pro qualibet vice. & ſuper villa ſeu locis vbi ille ſe reduxerit vel in quo dicte merces ſiue negociantes perſone vel res reducte fuerint, compellantur reſtituere ſeu reſtitui facere ꝑdicta cum dampnis & expenſis īfra dies quindecim conputandos a die ablationis earum ei vel eis cui vel quibꝰ predicta fuerint ablata ſeu impedita ſine petitione in ſcriptis ſine conteſtatione litis & q̃libet alia ſolemnitate iuris omiſſa. & ꝑdicta oĩa & ſingula teneat᷑ & debeat facere attendi & obſuari atq; compleri in totum & cũ effectu ſub pẽa ſindicamẽti lib. xxxx. ꝓ q̃libet vice ad volũtatẽ eiꝰ vel eorũ cui vel qbꝰ ꝑdicta fuerint ablata ſeu impedita nõ

obſtantibus aliquibus ſtatutis decretis vel ordinamentis factis vel faciendis vel aliquo alio iure preciſe & ſine tenore.

¶ Quod mercantia que venit in Alex. per aquam debeat caricare vel deſcaricare ad pontem tanagri.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ oẽs illi q ducunt vel duci faciunt mercantiã ꝑ aq̃m vel ꝑ portã de Alex. deuerſus Papiã vel aſt vel aliunde debeant caricare vel deſcaricar᷑ ipſi vel illi q eas ducunt vel duci faciũt a carrarolia q̃ eſt in ſtrata ad ripã tanagri. hiuc ad ſtratã q̃ vadit ad domũ balochi cauzauache. & ſi aliunde caricarent᷑ vel diſcaricarentur amittat lib. x. & dictã mercantiã. & quilibet poſſit accuſare.

¶ Quod ſomme que veniunt in Alex. penſari debeant.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ ſomme q̃ veniunt in Alex. ſiue exeũt de Alex. & mercantie oẽs de q̃bus ſoluat᷑ pedagiũ penſent᷑. & penſari debeant ꝑ pẽſatores ad hoc conſtitutos & non obſtante aliquo ſtatuto.

¶ De Nundinis faciendis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneat᷑ facere fieri nundinas q̃ ſemp in quolibet anno incipiant & incipi debeant ꝑ q̃tuor dies ante feſtũ ſancte, marie de medio auguſto. & in illa die faciat poni. & tendi paualionũ ſiue tendã in platea maiori & ibi ſtet tenſus ꝑ octo dies toto ꝑuicto tempor᷑ durãte dicta fera. & vnus ex iudicibꝰ vel militibꝰ põtatis ibi ſtet & ſtare debeat toto ꝑdicto tempore cũ vno notario & faciat rationẽ nũdinarũ ſiue ꝓ dictis ꝑtinentibꝰ ad ipas nundinas & tranſactis dictis octo diebus, dictus paualionus diſtendat᷑ & oẽs mercatores pannoꝝ teneant᷑ & debeant facer᷑ ſeu fieri facer᷑ ſuas tendas in platea maiori cõis in q̃ parte ipis mercatoribꝰ placuerit. dũ tamen ſteterint ſimul in vna rectũdine vnus poſt aliũ. & tamẽ ſaluo & excepto ꝙ mercatores pãnoꝝ Alex. non teneant᷑ tendas facere nec portari facere ſuos pannos in platea. Sed teneãt & debeant omni die ante ortũ ſolis vſq; ad ſero durante dicta fera extrahere oẽs ſuos pannos extra ſuas domos ſiue ſtationes. & extractos tenere vt ſup̃ ſub pena ſold. lx. ꝓ q̃libet die & q̃libet poſſit accuſare. & habeat mediatatẽ bañ. & oẽs merzarij toto tẽpore ꝑdicto in ipa platea habeant ſuas tendas & ibi debeant ſtare & laborare & calligarij. & pellizarij & confectores ſtent ſub domibꝰ ipoꝝ cũ mercãtijs. & ibidẽ ꝑdicto tempore ſuas exerceant meſtralias. mercatores lini ſtent & ſtare debeant in dicta fera in platea in locis q fuerint ſibi deſignati. Et omnia predicta loca debeant ſibi aſſignari per conſules, & ancianos populi Alex. qui pro temporibus fuerint, & omnes predicti ſtent & ſtare debeant & faciant & facere teneãtur ſuas tendas, & fraſchatas vbi itallum fuerit datum & aſſignatum, & quilibet de predictis teneatur facere & complere in predictos quatuor dies ante predictum feſtum nec inde remoueãtur nec remoueri poſſint toto tempore predicte fere. Et omnes mercationes que venerint ſiue portate fuerint ad ipſas nundinas, non poſſint nec debeant de ipſis nundinis extrahi nec remoueri toto tempore predicte fere, & ſaluo ꝙ illi quorum eſſent dicte mercatiões, & res portate in ipſa fera, poſſint ipſas mercationes & res reportare & remouere de ipſa fera in quolibet foro durante ipſa fera ſi eis placuerit. Dum tamen faciant reduci & reportari omnes predictas mercationes & res in dictam feram omni mane ante ortum ſolis durante dicta fera niſi eſſent vendite. Exceptis animalibus qne poſſint duci, & reduci ad hoſpitia, & ille qui extraheret ſiue faceret deportare mercationes ſuas de ipſis nundinis predicto tempore in die niſi fuerint vendite. Et quilibet det pro banno libras decem in denarijs numeratis, & beſtie que venient ſiue ducentur ad dictam feram vendantur, & vendi debeant in platea de retro maiorem Eccleſiam deuerſus domos Merlanorum vſque ad carraroliam de Malcantono. Et quelibet perſona vndecunque ſit veniendo & ſtando ad ipſas nundinas habeat plenam & li-

liberam fidantiam manere & perſonis & rebus quas ducet & emet ibi tempore dicte fere. Non obſtante alicuius cābij obſtaculo, & per octo dies ante, & ꝑ octo poſt, & quilibet de Alex. q habuerit equū ducere ſiue duci facer̃ tp̄e dicte fere quolibet die bis in ipſa fera, videlicet ſemel in ſero & ſemel in mane & liceat cuilibet ciui ludere & p̄ſtare ad ipſas nundinas tantum & vendat ipſe ludus ſine licētia tenēdi ludū & preſtandi, & qui plus dare voluerit. Ita ꝙ nullus debeat tenere ludum vel p̄ſtare niſi emerit a cōi vel ab aliquo qui emerit a cōi ſi placuerit cōſilio maiori ciuitatis Alex. & ꝑ vnū menſem teneat poteſtas mittere literas ex parte cōis Alex. per oēs ciuitates Lombardie & ꝑ alia loca ſm̄ ꝙ ſapientibus videbit, per quas notū faciat p̄dictas nundinas fieri debere, & q̄libet poſſit venire ad dictā ferā & redire libere & ſecure. Et teneat poteſtas per quindecim dies ante tēpus dicte fere requirere cōſiliū qualiter melius poſſit ordinari dicta fera. Et de oībus alijs ꝑtinentibus ad dictam feram vt melius, & ſolennius poſſint ipſe nundine celebrari, & vt dicte nundine honorabilius fieri poſſint, poteſtas teneat ꝓcurare habere capitula cōis Terdone, de fera faciēda, & ipſa ſtatuta habita faciat legi coram ſapientibus Alex. ꝑ quindecim dies ante dictas nundinas, & illa que placuerint ſapientibus approbentur. Et hec oīa & ſingula preciſe & ſine tenore.

¶ De rebus venditis dando ripam.

Item ſtatutum eſt, ꝙ hoſpites & alij homines ciuitatis Alex. debeāt habere ripam omniū reꝝ alienarū q̄ vendent in domo ſua in ciuitate Alex. ab emptore ſi ſit foritanus q emet ab aliquo ꝓ qualibet libra denarios quatuor, & de oībus que ducent ad domū ipſoꝝ hoſpitū ſi dicte res venderent poſtq̄ ad hoſpitiū ꝑueniſſent. Si vero aliqs foritanus emet ab alio foritano dare teneatur ripam hoſpiti ſuo omniū rerum, quas emerit. Et ille qui vendiderit res predictas teneatur dare ripam illi in domo cuius fuerint res predicte, & non ille qui eas extra domum hoſpitis ſui, qui tunc teneatur dare ripam hoſpiti ſuo de rebus qui eas emerit ſine tenore.

¶ Quod quilibet poſſit vendere in platea cōis in diebus veneris.

Item ſtatutum eſt p̄ciſe & ſine tenore, ꝙ quelibet perſona tam Alex. q̄ extra poſſit vendere in Alex. & in platea cōis Alex. oēs mercātias, & oēs res quas vendere voluerit in die Iouis a nona in antea, & per totū diē veneris ſequentē ad eoꝝ voluntatē. Non obſtante aliquo ſtatuto ſuperiori vel inferiori cōis vel populi. Quod capitulum ſit vltimum & derogatorium omnibus alijs ſtatutis & pro vltimo & derogatorio habeatur, & predicta omnia & ſingula preciſe & ſine tenore, & hoc locum habeat in forenſibus ꝙ vendere poſſint vt ſup̄. Si ciues Alex. in ciuitatibus locis ſiue villis de q̄bus ipſi forēſes fuerint potuerint facere illud idē, & teneatur poteſtas infra octo dies poſtq̄ iurauerit regimen hec denunciare, & preſens ſtatutū exēplatū mittere circūſtantibus locis, villis, & ciuitatibus, & ſuper predictis cōi Alex. reſpondeāt & ſuā volūtatem debeant declarare. Quibus reſponſionibus habitis teneatur poteſtas eas facere ſcribi in libro notariorum campanillis ſine tenore.

¶ De panno vendendo in die veneris in platea cōis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ quilibet poſſit & debeat vendere, & vendi facere in die veneris pannos de Salexilo de agmino & de albāganino albonganino albos & nigros ſubter porticus maioris eccleſie Sancti Petri p̄ciſe & ſine tenore, & ſi aliquod capitulum eſſet huic contrarium, ex nunc ſit caſſum irritum, & nullius valoris.

¶ De reuenderolijs non emendo aliquid ante nonam.

Itē ſtatutū eſt, ꝙ aliqs reuēderolius ſiue maſcul⁹ ſiue femina ſeu aliqs ꝓ eis nō debeat emer̃ fruct⁹ nec herbas comeſtibiles nec ſaluaticinas, pullos, piſces atq; oua vſq; ad ſextā. Et ſi cōtrafecerint ſoluant quilibet ꝓ qualibet vice ſoldos xx. in denarijs numeratis ſine aliqua compenſatione. Nec aliquis portet vel portari faciat predicta vel

aliq̄ p̄dictorū vel alicuius alterius occaſione p̄dictorū nec ipſi reuenderolij nec alij infraſcripti vadant ad emendū aliq̄ p̄dictorū niſi in platea maiori vbi vendunt & vendi cōſueuerūt in bañ ſold. xx. ꝓ quolibet & q̄libet vice in denarijs numeratis ſine aliq̄ cōpenſatiōe & res emptas ꝯ p̄dictā formā amittant. Et q̄libet poſſit accuſar̃ & habeat medietatē bañ ſine tenore & p̄dicta facere poſſint etiā in dieb⁹ Iouis poſt nonā & guardie teneant accuſare & ꝙ dicti reuenderolij & reuenderolie teneāt & debeāt dare partē d̄ reb⁹ emptis ꝑ ipos cuilibet petēti ſub pena ſold. lx. & credat petenti partē ſi dixerit ſe noluiſſe dare ſibi in ſuo ſacramēto & q̄libet poſſit accuſare & habeat medietatē bañ accuſator. Et hoc cap̄ſum legat in contione infra mēſem & p̄conizet ꝑ ciuitatē. Reuenderolij intelligantur hic & vbiq; in omnibus caſibus illi qui reuendunt predicta.

¶ De non reuendendo aliquam ſaluadixinam.

Item ſtatutū eſt, ꝙ nemo poſſit nec debeat emere aliq̄ ſaluadixinā. Siue animalia ſilueſtria cauſa reuendendi. Et q ꝯfecerit det ꝓ bañ ꝓ quolibet & q̄libet vice ſolidos .xx. ſine tenore

¶ De herba non emenda ad reuendendum.

Item ſtatutū eſt, ꝙ nullus emat herbā ad reuendendū. Et ſi qs ꝯfecerit det pro bañ ſold. x. ꝓ quolibet & q̄libet poſſit accuſar̃. Et habeat Medietatē bañ. Et Intelligat De herba q̄ vēdndit ad minutū ad beſtias in platea ſubtus domum pelipariorū.

¶ De lignamine non emendo in die mercati.

Item ſtatutū eſt, ꝙ aliqs de Alex. vel diſtrictu, nō poſſit nec debeat emer̃ ligna, nec lignamina in Alex. nec in diſtrictu cauſa reuēdendi die Iouis ꝑ totū diē nec die veneris vſq; ad nonā. nec ad f̃as donec fere durauerint Et q ꝯfecerit ſoluat q̄libet vice ꝓ bañ ꝓ q̄libet re ſupſtripta ſold lx. Et ſi aliqs q nō ſit reuēderoli⁹ emerit ꝓ aliquo reuēdarolio. vel id ꝙ dederit vel emerit vel vendiderit alicui reuendarollo vel fraudē fecerit in aliquo de p̄dictis det ꝓ bañ ſold. lx. Et teneāt reuēdarolij dare partē lignaminis empti cuilibet petenti ſub pena ſold. centū ꝓ quolibet & q̄libet vice, Et q̄libet poſſit accuſare & credat ſuo ſacramēto. Et guardie cōis & q̄libet poſſit accuſare eos ꝯ p̄dicta faciētes & hoc ſine tēore Et habat medietatē bañ. Et credat cuilibet accuſatori ſuo ſacramīto,

Qđ illi q emerint paſſagia burmide teneant tenere duas bonas naues.

Item ſtatutū eſt & ordinatū ꝙ q̄libet q emerit d̄ cetero paſſagia burmide debeat habere & tenere continue toto tempore ſue emptiōis duas bonas naues & ſufficiētes ad paſſandū ea q̄ fueriut neceſſaria paſſanda. vna q̄rū ſtet ad vadū marenchi. Et alia ad caſalle de venis. Et ſi contrafecerit amittat ꝓ bañ lib. x. in denarijs numeratis.

¶ De Inquirendis pactis vaſalli trabucherij ⁊ philippi trabucherij.

Item ſtrtutū eſt, ꝙ poteſtas q eſt vel ꝓ tempore fuerit teneat & debeat Inq̄rere vel iq̄ri facere omnia pacta & conuentiōes & Inſtriumēta q̄s & q̄ cōe Alex. habuit & fecit a vaſallo trabucherio. Et filippo trabucherio. Et cū eis & quolibet eoꝝ & ſi terre vinee & poſſeſſiōes quas cōe Alex. dedit & cōceſſit p̄dictꝭ vaſallo & philippo ſeu alteri eorum occaſione dictorum pactorū debeant ꝑuenire in cōe Alex. Et ſi debent ꝑuenir̃ compellantur omnes tenentes, & poſſidentes eas reſtituere & dimittere cōmuni Ale. Infra dies quindecim poſtq̄ cognitū fuerit ipſas res ꝑuenire debere in cōmune Alex. que cognitio fieri debeat per vnum ex Iudicibus domini Poteſtatis infra menſem vnū poſtquam dictus Poteſtas iurauerit regimen Alex. & ſi dictus poteſtas non obſeruauerit omnia & ſingula ſupraſcripta amittat de ſuo ſalario libras centum, que ſcribātur in libro clauarij cōis Alex. pro ſolutione & inſolutione ſalarij dicti p̄tātis. Non obſtante aliquo ſtatuto vel decreto cōis vel populi Alex. preciſe & ſine tenore,

¶ De inquirēdo ſi poteſtas vel capitaneus populi tenent in regiminē ſuo illam familiam ⁊ illos equos quos tenere debent.

ITem ſtatutum eſt preciſe & ſine tenore, quod poteſtas & capitaneus & eius Iudices

¶ Quod aliqua perſona ciuitatis Alex. non poſſit acquirere aliquam poſſeſſionem in iuriſditione aqueñ. epiſcopi.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliqua perſona ciuitatis Alex. Iuriſditionis vel diſtrictus non audeat nec preſumat vel quaſi atq; poſſit nec debeat alto modo vel caſu ſeu ingenio acquirere per ſe vel per aliū aliquod ius in aliqua re poſſeſſione ſeu Iuriſditione Dñio vel cōcilio ꝙ ſeu q̄ habeat ſeu hr̄e videt̄ vel cōſueuit. dñs Ep̄s aqueñ in ciuitate vel diſtrictu Aquis nec in loco & poſſe vixoni ſeu in aliquo alio loco in diſtrictu Alex. ſeu Iuriſditione, & qui cōtrafecerit puniat̄ & cōdempnet̄ ꝓ quolibet & in quolibet caſu, & ꝓ qualibet vice in libris qnquecentū Terdoñ. Dandis & ſoluēdis cōi Alex. in denarijs numeratis ſine aliqua cōpenſatione, nulla exceptione ſeu defenſione admittenda. Et nihilominus p̄dicta Iura, ſeu rationes acqſita relaxare teneat̄ ipſo Iure & facto caſſa & caſſe, irrita & irrite, & nullius ſint valoris. Et ꝑpetuo ꝑmaneāt. Ita ꝙ de ipſis aliqua ꝑſona nō poſſit vti. Que pena totiens cōmittat̄ & exigi poſſit quotiens cōtrafactum fuerit nō obſtante aliquo ſtatuto lege vel Iure in cōtrariū loqnente. Quā condempnationē dñs Poteſtas preſens & futurus facere teneat̄ & exigere infra dies decem poſtq̄ fuerit ſibi manifeſtum. Quod ſi nō obſeruauerit amittat libras centū de ſuo ſalario de qbus poſſit a quolibet ſcindicari. Ita ꝙ clauarius p̄dictas libras centū ponat in receptis & expenſis ſalarij ptātis ac ſi poteſtas libras cētū dediſſet & ſoluiſſet predicto dño Poteſtati in pecunia numerata. Quod capitulū Poteſtas legi facere teneat̄ in cōſilio gñali, & ea q̄ cōtinent̄ in eo infra qndecim dies poſtq̄ iurauerit regimē ſuū ſub pena Sacramēti. Que oīa p̄dicta per poteſtatē attēdat̄ vt ſup̄ preciſe & ſine tenore ꝓut litera iacet & ſonat nullo extrinſeco habito reſpectu.

¶ De relaxandis iuribus acquiſitis in iuriſditione domini Epiſcopi Aquenſis.

ITem ſtatutum & ordinatū eſt, ꝙ ſi quis de ciuitate Alex. ſeu Iuriſditione acqſiuerit ſeu reperiret̄ acquiſiuiſſe hinc retro a dño Ep̄o Aqueñ vel ab aliqua alia perſona Aliquod ius in aliqua re poſſeſſione vel quaſi ſeu Iuriſditiōe dominio vel cōcilij ꝙ ſeu quā habet ſeu habere cōſuetus eſt dñs Ep̄s Aqueñ. & diſtrictu vel in vixono, ſeu in aliquo alio loco diſtrictu ſeu Iuriſditione ciuitatis Alex. debeāt p̄dicta Iura poſſeſſiones vel quaſi Iuriſditionis dñio vel ꝑſona acqſita relaxare & dimittere, nec de ipſis Iurib⁹ poſſeſſionibus vel quaſi Iuriſditionis dñio vel quaſi acquiſitionē aliquā ſeu inſtumenta alicuius emptionis vel acqſitionis vti poſſit nec debeat aliquo modo vel ingenio in Iuditio vel extra aliquo quoquo modo ſub pena libraꝝ qnquecentū Terdoñ ꝓ quolibet & qualibet vice dandaꝝ, & ſoluendaꝝ cōi Alex. in denarijs ſine cōpenſatione ſeu defenſione admiſſa. Et ꝙ poteſtas Iudices & milites ſui & cōſules iuſtitie, & qlibet alius magiſtratus cōis Alex. vel populi teneat̄ ipſum nō audire de p̄dictis vel occaſione p̄dictorum ſed contra ipſum reſiſtere omni modo & facto. Quod capitulum preſens poteſtas & futurus teneatur attēdere & obſeruare & attendi & obſeruari facere cum effectu ſub pena

¶ De Aqua lemori, ⁊ vrbe per homines boſchi capienda.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt ad vtilitatem cōium locorū frixonarie. Boſchi, & fregarolij & totius ciuitatis Alex. Iuriſditionis & diſtrictus ꝙ cōe & homines de boſcho poſſint & eis licitū ſit libere & impune capere & capi facere ad ſuā voluntatem

aquam lemori & vrbe vbi voluerint in diſtrictu & poſſe ciuitatis Alex. & ipſam aquā ducere & duci facer̄ & dirriuare vſq; in poderio boſchi & ꝑ ipſum poderiū vſq; in fines poderij boſchi deuerſus fregarolium non obſtante aliqua p̄dictione alicuius perſone collegij ſeu vniuerſitatis ciuitatis Alex. Iuriſditionis vel diſtrictus & ꝙ predicti cōe & hōies de Boſcho poſſint & eis licitū ſit facere habere & tenere & manutenere pluſam vnam vel plures in flumine vrbe vbi & in qua perte voluerint & eis videbit̄ ꝓ meliori ad eoꝝ voluntatem vt melius & leuius poſſint habere capere vel ducere & deriuare aquā predictoꝝ fluminum in eorum poderium & per ipſum poderiū vſq; ad poderiū fregarolij tali modo ꝙ a dicto poderio boſchi in antea ſit licitū cuilibet perſone collegio ſeu vniuerſitate capere & capi facere aquā p̄dictam, & ipſam libere & impune ducere ſeu duci facere ad eorum voluntatem vbi & ſicut voluerit. Dūmodo prius fuerit concordes cum predicto cōi & hominibus boſchi, & de expenſis factis & faciendis per dictum cōe boſchi tam occaſione pluſe ſeu pluſarum factarum ſeu faciēdarum in predictis fluminibus ſeu in aliquo ipſorum q̄ aliquo quoquo modo occaſione p̄dicte aque habende & ducende vſq; in poderio boſchi & per ipſum poderium vſq; in finē dicti poderij. Qui homines de boſcho ex vna parte, & ille vel illi qui dictam aquam capere & ducere voluerint ex altera vltra poderiū boſchi debeant ſe cōcordare de expenſis predictis inter ſe ſi poterunt, & ſi non poterunt debeant ſtare de dictis expēſis diffinitioni determinationi & ſententie quatuor bonorum hominum de Alex. vel diſtrictu elligendorum per dños Capitaneum & Ancianos populi, & quatuor Rectores ſocietatis Iuſtitie qui nunc ſunt vel pro tempore fuerint, & omnia diffinita ordinata & determinata ſeu ſententiata per predictos quatuor attendere & obſeruare teneantur, & debeant ſub pena librarum quinquaginta Terdoñ pro qualibet parte non attendente, & non obſeruante pro qualibet vice ſoluendarum in denarijs numeratis ſine aliqua cōpenſatione. Medietas cuius banni ſit cōis Alex. & alia medietas ſit partis obſeruantis. Quod capitulum & omnia & ſingula que in ipſo continetur Poteſtas Alex. preſens, & futurus attendere & obſeruare & attendi & obſeruari facere teneatur preciſe & ſine tenore in perpetuum ſub pena librarum centum terdoñ de ſuo ſalario de quibus poſſit a quolibet de Alexan ſindicari libere & impune.

¶ De pluſis non deuaſtandis factis per homines boſchi in vrba ⁊ in lemoro.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, quod aliqua perſona collegium ſeu vniuerſitas ciuitatis Alexan. Iuriſdictionis vel diſtrictus nec aliunde non audeat vel preſumat rumpere diminuire nec deuaſtare pluſam ſeu pluſas factas ſeu faciendas per cōmune, & homines de boſcho in flumine vrbe vel lemori occaſione habendi vel ducendi aquā predictorum fluminum in eorum poderio boſchi, nec ipſam aquam deuiare nec accipere de betale. Et quod dictam aquam ducant ſeu ducent. Nec in ipſo betali facere aliquod impedimentum per quod dicta aqua deuiaretur vel impediretur ad eundum, & currendum per ipſum betale, & qui contrafecerit cōe illius loci ſeu collegij ſeu vniuerſitatis condemnetur in libris centum Terdoñ. Et ſi fuerint ſpeciales perſone in libris vigintiquinq; pro quolibet & qualibet vice, & pro quolibet dictorum caſuum ſoluendis & dandis in denarijs numeratis ſine aliqua compenſatione. Medietas cuius bāni ſit & eſſe debeat cōis Alex. & in ipſum cōe perueniat & quarta pars cōis de boſcho, & alia quarta pars ſit & eſſe debeat accuſatoris, & quilibet poſſit accuſare cui accuſatori credatur, & ſi probauerit per duos teſtes ad minus, & ſi probare non poterit teneatur poteſtas Alex. Inquirere & inquiſitionem facere ex ſuo officio contra inculpatum ſeu inculpatos de predictis ſeu de aliquo predictorum. Quod capitulum, & omnia & ſingula que in ipſo continentur poteſtas Alex. preſens & futurus attendere & obſeruare, & attendi & obſeruari facere preciſe & ſine tenore in perpetuum, quod ſi nō fecerit amittat pro qualibet vice, & quolibet articulo libras quinquaginta de ſuo ſalario. De quibus poſſit libere a quolibet ſindicari.

¶ De predicta aqua vrbe ꝛ lemori.

ITem cum ad tempus & ad cõplementum ſuper oĩbus pertinentibus ad predictam aquã capiendã ducendã, & habẽdam, & ad pluſam ſeu pluſas factas & faciẽdas manutenendas & deffendendas, & ad betale ſeu conductum per quod predicta aqua duci debeat manutenendum ac etiã godiendũ intrandũ, & meliorandũ de predicta aqua tam in aquando poſſeſſiones & terras que ad aquari poſſint ſeu poſſent de predicta aq̃ ꝗ̃ alio quoquo modo, vt melius, & leuius de die in diẽ ſuper p̄dictis prouideri poterit. Statutum & ordinatũ eſt, & firmatum, ꝙ dñs Poteſtas, Capitaneus, & Anciani populi & quatuor rectores ſocietatis, Iuſtitie ciuitatis Alex cum ſapientibus, & ſine habeãt poteſtatem, & bayliam & auctoritatẽ ſtatuendi, prouidendi, & ordinandi circa p̄dicta ea oĩa que eis videbitur ꝓ meliori & maiori vtilitate. Et quicquid ſtatuerint, ordinauerint, & firmauerint valeat & teneat & attendat̃ & obſeruet̃ per poteſtatem Alex. tãq̃ ſtatutum preciſum & ſine tenore. Ita ꝙ vſq; nũc habeatur & teneat̃ pro ſtatuto, & ponat̃ in libro ſtatutoꝝ cõis Alex. Quod ſi poteſtas nõ obſeruauerit amittat libras quinquaginta de ſuo ſalario de quibus poſſit libere a quolibet ſindicari.

INCIPIT LIBER QVINTVS DE REGISTRIS, ET DE GAZERIS EXPELLENDIS, ET DE PRIuilegijs eccleſiarum. Et alijs rebus pertinentibus ad Eccleſias, & pauperes mortuos.

HEC Et infra ſcripta capitula ſeu ordinamenta regiſtri ſint & fiant ad modũ, & formam que & qua in omnibus nuper firmata & facta ſunt, & ordinamenta regiſtrorum per ſapientes ad hoc ellectos, & ita ſeruet̃ in regiſtro futuro, in regiſtro autẽ veteri ſeruetur ſicut in hoc ſtatuto ſcripta ſunt.

HEC Sunt ſtatuta & ordinamenta facta ſuper regiſtris faciẽdis per oẽs homines & perſonas habitantes in ciuitate & burgis Alex & diſtrictus, & aliaꝝ perſonaꝝ vt in infraſcriptis capitulis cõtinent̃. Que prius examinata & approbata per ſapiẽtes ad hoc ellectos de voluntate conſilij generalis Alex fuerunt lecta verbotenus in palacio nouo cõis Alex. in pleno & gñali conſilio ad ꝙ fuerunt additi cc. viri conſules ſocietatis Alex. Guide & Confalonerij, & confirmata & approbata per idem cõſilium gñale factum tempore felicis regiminis Domini Vlderandi de tanghetinis regij, vicarij Alex. ſub anno Dñi Milleſimo Ducenteſimo ſeptuageſimo tertio Inditione prima die Iouis. XVI. Februarij.

¶ De compellẽdo omnes dare regiſtra, ꝛ de abſolutione vicarij ꝛ eius familie.

IN primis ſtatuerunt & ordinauerunt in concordia ſapiẽtes & eis placuit, ꝙ omnes homines & perſone habitantes in ciuitate Alex. & burgis eiuſdem ciuitatis, & in locis burgis, villis, caſſalibus, & caſtris Alex. & terre Alex. & in Iuriſdictione Alex. & diſtrictu ſiue ſint ciues ſiue nõ, ſiue habeãt priuilegium nõ dãdi regiſtrum ſiue nõ, ſiue cõſueuerunt ſoluere fodrum ſiue non, ſiue ſint comites, ſiue marchiones, ſiue ciues, ſiue ruſtici ſiue quocunq; alio modo cenſeatur ſeu noĩe & quelibet alia perſona vndecunq; ſit vel fuerit, dũmodo ſteterit & ſtatus ſit in ciuitate Alc. vel diſtrictu a tẽpore dñi Giulij de gorcano tũc p̄tãtis Alex. citra ꝙ fuit Milleſimo Ducẽteſimo ſexageſimo ſexto. Et etiã quilibet alius dũmodo habeat emerit vel acq̃ſiuerit aliquas domos ſeu poſſeſſiones in Alex. vel diſtrictu teneat̃ & debeat oĩa ſua bona dare & denotare in ſcriptis vbicunq; ipſe habeat ipſa bona in Alex. & etiã de extra diſtrictũ Alex. vbicunq; habeat ipſa bona in Alex. & diſtrictu Alex. ad terminũ inferius denotatũ, & ſecundũ modũ & formã inferius denotatã, & de ipſis eoꝝ bonis teneatur & debeat quilibet de p̄dictis ſoluere fodrum cõi Alex. Ita ꝙ poteſtas vel eius iudices vel eius familia ſeu Iudex qui p̄erit officio regiſtroꝝ vel aliqui alij officiales ciuitatis Alex. vel diſtrictus Alex. teneat̃ & debeat p̄ciſſe nõ audire aliquẽ cõtra volentem dicere vel alligare vel alicui dare ſuper hoc ſapientes vllo alio ſtatuto decreto ſeu ordinamẽto, vel pacto facto vel faciendo obſtantibus, & poteſtas ſit abſolutus & tota eius familia ab omni ſtatuto decreto ordinamento vel cõſilio cõis Alex. cõtradicẽn. Ita ꝙ poteſtas Alex. & eius familia ſeu aliquis alius de eius familia nõ poſſit appellari, ſindicari vel cõueniri ab aliquo vel aliquibus aliquo modo vel ingenio Iure vel cauſa que dici vel cogitari poſſet, vllo ſtatuto facto vel faciẽdo obſtante vel obſtantibus, & ſi aliquod de predictis eſſet quod cõtradiceret caſſant & irritant ex certa ſcientia & per dictum dñm Poteſtatem, & totã eius familiam abſoluerunt.

¶ Vt clerici dent regiſtra.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ oẽs clerici Alex. debeant dare omnia ſua bona ꝓpria in ſcriptis ſecundũ modum & formã quo & qua Layci dare tenentur.

¶ Vt forenſes dent terras ſuas in ſcriptis.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eũ, ꝙ oẽs homines & p̄ſone & vniuerſitates q̃ ſunt extra diſtrictũ & Iuriſdictonẽ Alex. Teneant̃ & debeãt dare in ſcriptis oĩa bona q̃ habẽt in terra Alex. & diſtrictu & Iuriſdictone ad modũ & terminũ inferius denotatum.

¶ Vt clerici eccleſiarum dent regiſtra, ꝛ comites fodra ſoluant.

ITem ſtatutum & ordinatũ eſt, ꝙ dñs Archidiaconus Alex. & oẽs eccleſie, hoſpitalia domus religioſa & venerabiles perſone & manſiones, & oẽs alie perſone & loca religioſa Alex. & terre Alex. & eoꝝ miniſtri teneant̃ & debeant dare regiſtrum bonorum dictarum eccleſiarum, hoſpitaliorũ domorum, religioſarũ & manſionũ & pſonarũ religioſarũ, & in ipſis regiſtris denotare omnia bona que ſuperius noĩati & noĩata habent in Alex. & terra & diſtrictu Alex. ſecundum ꝙ inferius denotatur. Et ſalua ſemper libertate eccleſie.

¶ De eodem.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ omnes Comites & Ciues Alexã. qui non conſueuerunt fodrum ſoluere cõi Alex. Et omnes eccleſie, hoſpitalia, & domus religioſa teneantur & debeant ſoluere fodrum & dacita vniuerſa cõi Alex. ſicut faciunt ceteri homines Alex & habitantes in Alex. & diſtrictu de omnibus rebus immobilibus, & iuribus, & poſſeſsionibus que fuerunt alicuius hominis de Alex. & diſtrictus Alex. & q̃ in eos peruenerint ex titulo emptionis vel donationis, vel legati ſeu quocunq; alio titulo vel ſine titulo qui dici vel excogitari poſſit a quinquaginta annis citra, ſalua ſemper libertate Eccleſie.

¶ De eodem.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt ꝙ oẽs homines, comites & habitatores aliq̃ q nõ cõſueuerũt ſoluere fodrũ ꝓ cõi Alex. & oẽs eccleſie & oĩa hoſpitalia & loca venerabilia & cetere pſone & domus religioſe teneant̃ & debeãt dicere & denotar̃ in eoꝝ regiſtris oĩa & ſingula bona q̃ in eos p̄uenerũt a qnquagĩta annis citra a quacũq; pſona habuerint q̃ ſoluebat fodrũ ꝓ cõi Alex. & terra Alex. Et ſi nõ denotauerint p̄ſumant̃ ꝙ oĩa bona data & poſita in eoꝝ regiſtris ſint acq̃ſita ab annis qnq̃gĩnta citra & de ipſis bonis oĩbus teneant̃ & debeant ſoluere fodra & dacita cõi Alc. ſalua ſemp libertate eccleſie.

¶ De termino dandi registra.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ quelibet perſona teneatur & debeat dare in ſcriptis oīa ſua bona, dño Ptātati Alex. & officialibus cōis Alex. ad hoc cōſtitutis vſq; ad mediū martiū ꝓxie futuꝝ, hoc ſaluo ꝙ poteſtas ſi ſibi meliꝰ videbiť, vel neceſſitas reqreret id poſſit ꝓrogare tantū quantū videbiť cōſilio gñali Alex.

¶ De bannis ⁊ penis coꝛum qui non dederint registra.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ quicunq; homo Alex. & terre Alex. habitator, & non habitator priuilegiatus eccleſia hoſpitale locus religioſus, & omnes alie perſone ſuperius denotate qui nō dabunt regiſtrū cūi Ale. ad terminū ordinatū ſecundū modum ordinatū per cōe Alex. ſint ipſo iure in bāno ꝑpetuali cōis Ale. Et ꝑinde habeāť ac ſi eſſent noīati bāniti. Et ipſo Iure & facto denegeť ei oē ius in agēdo & deffendēdo in ciuili & in criminali cauſa & negocio ſiue agāt ſuo noīe, ſiue alieno. Et ipō iure & facto ſint infames, & cadant inſup ipſo iure ab omni iure honore & iuriſdictione, ꝙ & quā ipſi haberent cōtra aliq̄ ꝑſonam & ab omni honore & iuriſdictione quem vel quam ipſi haberent contra aliqua ꝑſona in aliqua re vel in aliqua perſona vel ꝑſonis per aliquem modum. Et inſup quelibet perſona & vniuerſitas contra quam aliqs coꝝ haberet aliquod ius vel actus ſeu alicuius petitionis pretextū ipſo iure ſint liberi & abſoluti. Et inſuper bona predictorū omnia ſint publicata cōi Alex. de quibus omnibus habeat accuſator quilibet extimationem tertie partis, & due partes remaneant in cōi Alex. Et p̄dictus accuſator ſiue delator perpetuo priuatus teneatur. Salua ſemper libertate Romane eccleſie.

¶ De penis tutoꝛum qui non dederint registra ad terminum.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ omes & ſinguli tutores, curatores, & legitimi adminiſtratores qui iurauerunt tutellam ſiue curam, vel relicti eſſent in teſtamēto patris vel matris minorum vel ab auo, ſiue iurauerint ſiue non debeant dare in ſcriptis omnia bona illarum perſonarum quarum ſunt tutores curatores vel legitimi adminiſtratores. Et ſi non dederint incidant in penas ſuperius denotatas, & in quas incidunt illi qui non dederint bona ſua propria.

¶ De manifeſtandis bonis ſuis cuilibet ꝑſone in eorum regiſtris.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ omnes & ſinguli predicti teneantur & debeant dicere & manifeſtare in eorum ſcriptis omnia bona mobilia & immobilia quecūq; habent & habere debet nominaliter & perſonaliter vel ad eos pertinent vel alijs ꝓ eis in Alex. & terra Alex. & alibi vbicunq; ſint, ſpecificando, & denotando, & manifeſtando omnia & ſingula eorum bona, & nomen & ſuper nomen cuiuſlibet debitoris ſui. Et quicquid & quantum de capitali per ſe, & quantum de guiderdono per ſe. Et q̄d & quantum eis debetur a quocunq; tam in rebus mobilibus quā immobilibus cōprehenſibilibus, & incomprehenſibilibus, ſocidis mercibus & mercationibus que aliquo modo debentur. Et quantum eſt eis carum id quod habere debent vel ad eos pertinet realiter & perſonaliter a quolibet debitore & quacunq; perſona loco & vniuerſitate eccleſia loco hoſpitali & loco religioſo. Eo ſaluo ꝙ aliquis non teneatur nec debeat proponere in ſuo regiſtro. Laudes & iura laudum ſeu cābioꝝ q̄ & quas habet aduerſus aliquam ciuitatē ſeu cōitatem conceſſum vel conceſſas per cōe Alex.

¶ De eodem.

ITem ſtatutū eſt & ordinatū, ꝙ qlibet debeat denotare in ſuo regiſtro quātū habet in Monetis in denarijs in auro in argento, & quolibet alio metallo, Blaua leguminibus, vino, lino, & linoſa, lignis, pannis, fuſtaneis rebus bombacino. Lana & qbuſlibet alijs rebus dūmodo quas habent, & ad eos ꝑtinēt vel eis dabunť realiter & ꝑſonaliť ſpecificādo quālibet rē ꝑ ſe q̄ debeat extimari ꝑ extimatores ad hoc electos.

¶ De eodem.

ITem ſtatutum & ordinatū eſt, ꝙ quilibet debeat denotare in ſuo extimo omnes domos quas habet in ciuitate Alex. & Burgis que ſunt prope ciuitatem Alex. & domos quas habet in locis burgis & villis Alex. & terre Alex. & extra terram Alex. vbicunq; habeant.

¶ De eodem.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ qlibet debeat ponere in ſuo ſcripto oīa caſtra & domos quas habet in ipſis caſtris & honorē & iuriſdictionē caſtri & cuiuslibet loci & cuiuſlibet domus ꝑ ſe de quibus fiat extimatio ꝑ extimatores ad hoc elligēdos videlicet cuiuslibet domus ꝑ ſe, caſtri per ſe, Iuriſdictionis & honoris per ſe.

¶ De poſſeſſionibus fictis ⁊ decimis certificandis in coꝛum regiſtris, ⁊ de coherentijs apponendis.

ITem ſtatutum & oridnatum eſt, ꝙ quilibet debeat nominare & ponere in ſcripto poſſeſſiones ſuas quas habet in aliquo loco vbicunq; ſint, ſiue in diſtrictu Alex. ſiue alibi dicendo in quot pecijs iacent ipſe poſſeſſiones & quanta eſt quelibet pecia, & debeat apponere ad minus duos coherentes & locū & territorium de Alex. vel de extra Alex. & contratam, & ſi non appoſuerit habeantur pro celatis ſcilicet ille pene quibꝰ due coherentie non fuerint appoſite.

¶ De fictis in ſuo ſcripto manifeſtandis.

ITem ſtatutum & ordinatū eſt, ꝙ quelibet perſona denotare debeat in ſuo ſcripto omnia ficta, que habere debet & quantitatē ficti, & nominando rem de qua ſibi fictus preſtatur & dicendo in quo loco iacent ipſe res vnde ipſum fictum datur, quod ſi non fecerit habeatur ipſum fictum pro celato.

¶ De penſionibus in ſuo ſcripto denotandis.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ quilibet debeat denotare & dicere in ſuo ſcripto omnes penſiones perpetuas quas habere debet ꝓ ſe & a quo eas habere debet, & condititias per ſe ſimiliter, & a quo & de quibus rebus debeť decima, & quelibet decima per ſe quā habet in aliquo loco, & a quibus ſibi debentur denotando territoriū & cōtrata de qua ſibi ꝑſtanť pēſiones & decima. Quod ſi nō fecerit ſm modū p̄dictum habeanť ipſa omnia in qbus ipſe modus ſeruatus nō fuerit pro celatis.

¶ De eodem.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ ſi aliqs debet recipere aliquod debitū ab aliqua vniuerſitate locorū terre Alex. nō teneať noīare in ſuo extimo oēs & ſingulos q ſpecialiter ſunt ſibi obligati ſed ſufficiat ſi ipſam vniuerſitatem nominauerit.

¶ De rebus nō apponendis in regiſtris ⁊ de extimatione debiti cōis.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ aliqs nō teneať poneř in ſuo extimo nec alieno drapos ſuos de dorſo ſuo nec lectos, nec drapos đ lecto nec đ dorſo familie ſue, ſiue ad eoꝝ vſum ꝑtinētes nec vtenſilia coqne nec res minutas domus. Tamē nō intelligant res minute carrarie ſeu begundie ſed eas qlibet in ſuo extimo ponere teneať. Nec teneantur ponere in ſuo extimo libros quos aliquis habet pro ſuo vſu nec equos nec armaturas nec guarnimēta quos & quas habeat & teneat ad vſum ſuū ſiue ad vſum ꝑſonarū ſue familie ꝓ honore cōis Alex. Hoc addito ꝙ de eqs & armis & pānis de lecto & dorſo, & vtenſilibus coquine & libris nō teneať aliqs ſolueř fodrū. Niſi tm̄ ſolūmodo ꝓ ſoldis. x x. & teneanť ſoluere de denarijs cōis, & de qbus illi q habere debēt in ꝑnti nihil habeant nec godiāt a cōi ſolūmodo ꝓ ſoldis duobus ꝓ libra, & de denarijs ſalerie tenenť ſoluere de libra ꝓ libra. Et omnes alij qui habere debent a cōi qui ſoluunť ad modum de ſaleria ponantur ad modum de ſaleria.

¶ De eodem.

ITem ſtatutum & ordinatū eſt, ꝙ eccleſie & hoſpitalia & loca religioſa nō teneanẗ ponere in eorū extimis eccleſias nec domos eccleſiarū in quibus habitāt & q̄ ſunt infra ſitū eccleſie de q̄bus nō cōſueuerunt habere penſionē. Nec libros eccleſie nec paramenta eccleſiaꝝ. Nec ſacra vaſa eccleſiarū. Nec res immobiles quas ipſe eccleſie habent extra diſtrictum Alex. & Iuriſdictionem.

¶ De bannis illoꝝ qui fecerunt alienationes in eccleſias vel clericos vel alios qui nō cōſueuerunt ſoluere fodra. Et de bānis eorū qui receperunt alienationes p̄dictas.

ITem ſtatutum & ordinatū eſt, ꝙ quelibet pſona debeat ponere in ſuo ſcripto oīa bona ,put ſuperius & inferius eſt denotatum. Non obſtante eo ꝙ de ipſis bonis vel alicuius eorū fecerit aliquā venditionē. Iuriſceſſionem inueſtiturā vel aliquā aliā alienationē, ſeu refutatione de aliquibus rebus vel iuribus a Milleſimo Ducenteſimo qnquageſimo citra. Nec deinceps vſq; ad publicatione extimorum in aliq̄ eccleſiā, hoſpitale. Clericum vniuerſitatē, ſiue in aliquē aliū qui nō cōſueuit ſoluere fodrum pro cōi Alex ſicut habitator. Et ſi celauerit ipſa bona vel ea nō nominauerit pinde ſint & habeanẗ in omnibus & ſingulis, ac ſi nō eſſent alienata vel in aliū translata. Et oīs defenſio & exceptio & Iuris deliberatio cōpetat debitori & emphiteote, & cuilibet alie pſone, q̄ preſtationem aliquā dare tenebaẗ, ac ſi ipſa bona remanſiſſent in bonis alienantium. Et hoc capitulum vendicet ſibi locū, niſi venditor vel alienator expreſſe nominauerit in ſuo ſcripto verū & iuſtiſſimū precium ꝙ habuerit vel habere debebat de p̄dictis rebus venditis & alienatis, ꝙ precium cognoſci debeat ſi eſt verū & iuſtum per officiales conſtitutos per poteſtatem Alex. Eo ſaluo ꝙ eccleſie & loca religioſa non teneāẗ noiare poſſeſſiones p ipſos venditas, & diſtractas a predicto tempore citra.

¶ De eodem.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ aliqua eccleſia locus religioſus, vniuerſitas, ruſticus, ſiue aliquis alius qui nō cōſueuerit fodrū ſoluere cōi Alex. tanq̄ ciuis & habitator non poſſit emere nec recipere inueſtiturā nec permutationem, nec aliquo alio modo acquirere rem vel ius ab aliqua perſona que dare conſueuerit fodrum cōi Alex. vel ſoluere, & deinceps vſq; ad publicationem regiſtrorum. Exceptis rebus neceſſarijs ad eorū vſum tantum, & bouibus & beſtijs neceſſarijs ad laborerium terrarum. Et inſuper ille contractus factus taliter a Milleſimo .ccl. citra vel de cetero fiet, vſq; ad publicationem regiſtrorum ipſo iure & facto ſit nullius valoris. Et nihilominus ipſe alienator ſiue dator teneatur dare fodrum cōi Alex. & alia facere pro cōi Alex. que facit de alijs rebus regiſtri ſui. Et res alienata taliter ad datur in regiſtro ſuo. Et nihilominus ſoluat de qualibet libra extimationis ipſius rei taliter alienate ſoldos duos cōmuni Alex. pro banno. Saluis omnibus alijs penis ſuperius denotatis.

¶ De eodem.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, quod ſi aliquis contra predicta fecerit, ſi fuerit eccleſia vel locus religioſus vel alia eccleſiaſtica perſona denegetur ei ius in perpetuum in agendo & deffendendo. Donec ſoluerit cōmuni Alexan. duplum valimenti rei acquiſite. Et ſi fuerit ſecularis perſona vltra predictas penas ſit ipſo iure in perpetuali banno cōmunis Alex. ac ſi eſſet nominatus bannitus. De quo nō poſſit exire nec extrahi niſi prius ſoluerit cōmuni Alex. Duplum valimenti rei acquiſite. Et eiſdē bannis & penis ſubiaceant alienantes, & hoc capitulum vendicet ſibi locum niſi venditor & alienator expreſſe nominauerit in regiſtro ſuo verum & iuſtiſſimū pretium, quod habuerit vel habere debuerit & debeat de predictis rebus venditis vel alienatis, ꝙ pretium cognoſcatur ſi verū & iuſtum eſt per officiales ad hoc conſtitutos per poteſtatē Alex. Salua ſemper libertate eccleſie.

¶ De extimatione fictoꝝ.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ quilibet qui debet habeẗ fictum, debeat ipſum fictū extimare in ſcripto ſuo modo & forma inferius denotata.

¶ Scilicet primo ſextarium frumenti quod preſtatur omni Anno tempore pacis, & guerre	ſol.xx.terdoñ.
¶ Item ſextarium frumenti ficti ꝙ p̄ſtatur omni anno tēpore pacis tantū.	ſol.x.ter.
¶ Item ſextariū cicerouū faxolorum & fabarum ficti ꝙ datur omni anno tempore pacis & guerre	ſol.xx.ter.
¶ Item ſextarium cicerorum faxolorum & fabarum ficti quod datur omni anno tempore pacis tantum	ſol.x.ter.
¶ Item ſextariū ſiccalis ficti ꝙ datur omni anno tpe pacis & guerre	ſol.x,ter.
¶ Item ſextarium milij ficti quod datur omni anno tempore pacis & guerre, & panici ſimiliter	ſol·x.ter.
¶ Item ſextarium milij & panici ficti ꝙ daẗ omni anno tpe pacis tantum	ſol.vj ter.
¶ Item ſextarium melee, & ſpelte ficti ꝙ daẗ omni anno	ſol.viij ter.
¶ Item capo & galina ficti q̄ daẗ omni anno tpe pacis tantum	ſol.x.ter.
¶ Item carrum lignorum & raparum ficti quod datur omni anno tempore pacis & guerre	lib iij.ter.
¶ Item ſi tempore pacis tantum datur	lib.ij ter.
¶ Item carrū feni ficti ꝙ daẗ omni anno tēpore pacis & guerre	lib.x.ter.
¶ Item ſextariū vini ficti ꝙ datur omni anno	lib.iij.ter.
¶ Item quilibet denarius ficti qui preſtatur omni anno	lib.j.ter.
¶ Item quelibet libra piperis ficti que preſtaẗ omni anno	ſol.xxx.ter.
¶ Item quelibet libra cere ficti que preſtatur omni anno	ſol.xx.ter.
¶ Item quelibet anſer ficti que preſtatur omni anno	ſoi.xv.ter.
¶ Item quilibet agnus ficti qui preſtatur omni anno	ſol.xl.ter.

¶ De penis eoꝝ q̄ minus extimauerint fictū quā ſuperius continetur.

ITem ſi quis extimauerit aliquod fictum ꝙ habere debeat in minori quātitate quā ſuperius continetur liceat emphyteote infra ſex menſes poſt publicationē & apertionem regiſtrorū liberare ſe, & rem vnde preſtatur fictum a preſtatione ficti ſoluendo dño quantitatem quam poſuerit fictum valere in regiſtro ſuo. Et ipſa pecunia ſoluta & oblata, & conſignata & depoſita penes Iudicem dñi Poteſtatis dictus emphyteota ipſo iure ſit liberatus a preſtatione dicti ficti, & dñs compellatur ſine Iuris ſolemnitate aliqua obſeruāda emphyteote omnia inſtrumenta que habet de eo reddere ei. Et ei facere cartam finis & refutationis ad voluntatem ipſius emphyteote. Et nihilominus ipſum fictum extimetur ſecundum quantitates ſuperius denotatas & addatur ipſius extimatio in regiſtro domini qui habere debebat fictum. In poſſeſſionibus autē & fictis & preſtationibus temporalibus finito tempore ficti preſtationis & penſionis detrahatur dicta extimatio de regiſtro illius cui facta fuerit, & res ex qua fictum, penſio vel preſtatio datur extimetur ipſi dño rei, & inde ſoluat fodrum.

¶ Qualiter debeat extimari fictum ſiue penſio quod vel que poteſt recuperari certo pretio.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ quicunq; habere debet aliquod fictum vel penſionem quod vel que per ſpeciale pactum recuperari poſſit certo precio teneatur & debeat in ſuo regiſtro nominare veram quantitatem pro qua dictum fictum ſiue pēſio recuperari poſſit. Et ſi non nominauerit extimetur illud fictum tāquam perpetuū & computetur in regiſtro illius qui debet habere fictum quantitas pro qua recuperari poteſt. Et ſup filiũ extimationis terrarũ & iuriũ de quiquis preſtat̃ fictũ q̃ facta fuerit ꝑ extimatores cõis Alex. cõputet̃ in extimo illius qui poteſt recuperare fictum.

¶ De poſſeſſioĩbus venditis datis regiſtris ⁊ de penis illoꝝ qui non manifeſtauerint venditiones predictas.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ datis ſcriptis regiſtri ſi qs poſtea vendiderit aliq̇d de poſſeſſioĩbus ſuis, & dñs Põtas & Iudex q ꝑerit regiſtro teneat̃ poſſeſſionẽ illã ſcribi facere in regiſtro illius q eã emerit & pretiũ illius poſſeſſiõis ꝙ extimata fuerit in regiſtro faciat ſcribi venditoris, & adiũgi in ſuo regiſtro poſſeſſionẽ tã prius adepta de regiſtro ipſius vẽditoris. Illud idẽ fiat & obſeruet̃, ſi qs poſſeſſiones ſuas alicui dederit in ſolutũ vel date fuerint in ſolutũ alicui ꝑ ptãtem vl' iudicẽ, vel ſi ab ipſo poſſeſſore ꝑ ſententiã euincat̃ vel alij cui poſſeſſiões ipſas, alicui pſone nõ ſoluẽti fodrũ in Alex. & hoc nihil aliquo modo alienauerit. Eo ſaluo ꝙ ſi alienatio facta fuerit vel fiet de ſuis poſſeſſionibus alicui pſone nõ dãti fodrũ in Alex. hoc ideo nihil diminuat̃ illi alienãti de ſuo regiſtro, & teneat̃ alienator & qlibet q acqſiuerit & notari⁹ q inde fecerit inſtrumentum denũciare infra tertiũ diẽ ptãti vel iudici q ꝑerit officio regiſtri, vt ꝑdicta faciat ſcribi vt ſupra ſub pena ſoldorũ centũ ꝓ quolibet & qualibet vice.

¶ De Penis non manifeſtantium ficta vel decimas.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ ſi qs celauerit in ſuo extimo vel alieno fictũ ꝙ habere debeat ab aliquo vel aliqbus, ſiue eccleſia ſiue aliqua alia pſona vel vniuerſitate ꝙ fictum ei debeat in pecunia vel alia re & ipſum fictũ non noiauerit ipſo iure amittat ipſum fictũ & terrã & rem vnde fictũ p̄ſtabat̃. Et ille q cõſueuerat eſſe fictualis ipſo iur̃ ſit liberatus a preſtatiõe ficti, & res vnde fictum dabatur extimet̃ per allodium.

¶ De Penis non manifeſtantium decimas.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ ſi qs cellauerit in ſuo regiſtro vel alieno decimã quã habere debeat in aliquo loco vel terra diſtrictus Alex. ſeu iuriſdictiõis Alex. vel alibi & ipſam decimã in ſuo extimo vel alieno nõ noiauerit, cadat ipſo iure ab ipſa decima & ab omni iure ipſius decime & decimatiõis. Saluo eo ꝙ aliquis nõ teneat̃ noiare vl' ponet̃ i ſuo extĩo decimã ſibi ptinẽtẽ d terris & poſſeſſiõnib⁹ q̃s poſuerit i ſuo extĩo.

¶ De Extimatione decime.

ITẽ ſtatutũ & ordinatũ ẽ, ꝙ ſi qs i ſuo regiſtro vl' alieo ſe habet̃ dẽt aliq̄ decimã in aliquo loco vel terra ab aliqua pſona vel aliqbus & ipſam decimã liberarã eſſe in aliquã quãtitatẽ extimauerit poſſit qlibet q dare tenet̃ ſiue tenebat ipſam decimã. ſe & ſuã terrã & poſſeſſionẽ a p̄ſtatione ipſius decime liberare ꝑ ea quãtite ſiue pro rata ipſius quãtitatis q̃ qs ipſam decimã extimauerit & ipſo iure ſit liberatus poſt oblationem & cõſignationẽ & depoſitionẽ ipſius eccleſie ꝑcepto Iudicis factã. Licet dicte res ptineãt ad eccleſias vel hoſpitale, vel ad aliq̄ aliã pſonã vel vniuerſitatẽ, q̃ oblationẽ cõſignationẽ & depoſitionẽ ponere poſſit facere q decimã dabat infra ſex menſes. Poſtq̃ regiſtra fuerint publicata & aperta. Et nihilominus Iudices & officiales ad hoc conſtituti per poteſtatem & cõe Alex. poſſint extimare quaſlibet decimas que male fuerint extimate ad eorum liberam voluntatem.

¶ De Penis non manifeſtantium debitores ſuos.

ITẽ ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ ſi qs cellauerit debitorẽ ſuũ, & in ſuo regiſtro ipſum debitorẽ ſuũ nõ noiauerit in aliquo qcũq; ſit ille debitor & vndecũq; ſiue ſit eccleſiaſticus ſiue laycus religioſus, ſiue ciuitatis, ſiue villa ſiue aliq̄ vniuerſitas, ſiue ſingularis pſona cadat ille creditor ipo iur̃ ab oi ipſius debiti iure, & debitor ſit & eſſe debeat ipo iure, a debito liberatus, & intelligat̃ ſiue debeat̃ ſiue alij pſone eius noie ꝙ capſum nõ habeat locũ in debitis q̃ debet̃ ab eis q ſtant in iuriſdictiõe Alex. q̃ debita cõtracta ſint a triginta annis retro, nec valeat hoc capitulũ in aliquo rebelli cõis Alex.

¶ Vt debitor poſſit ſoluere creditori ſolũmodo illud quod extimauerit creditor debitum ſibi carum eſſe.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi qs nominauerit in regiſtro ſuo vel alieno aliquẽ ſibi dare debere certam debiti quantitatẽ ſiue ſit eccl'ia vel hoſpitale. vel aliquã vniuerſitatẽ ſiue ſingularẽ pſonam vndecunq; ſit ille q debet & illud extimauerit valere in minori qntitate non poſſit creditor petere nec exigere vltra quantitatẽ quã extimauerit valere illud debitum infra ſex menſes completos, poſtq̃ regiſtra fuerint publicata cũ guerdono ꝙ curret a ſcriptis datis ſi debitũ faciebat guerdonũ. & ſi dbitũ infra ſex menſes ſoluerit creditori ſuo aut obtulerit conſignauerit, vel depoſuerit quãtitatem quam ipſe creditor dixerit ſibi debitum carum eſſe cum guerdono quod curriſſet vſq; ad diem oblationis ſi debitum faciebat guardonum, ſit ipſo iure a toto debito liberatus, & creditor cõpellatur ſine aliqua iuris ſolemnitate reddere ipſi debitori ſuo inſtrumentum. debiti, & eidem facere inſtrumentũ confeſſionis & refutationis, & pactum de nõ petendo ad voluntatem ipſius debitoris ſoluendo debitore quartã partem cõi Alex. Si vero infra dictum tẽpus non obtulerit & conſignauerit creditori vt ſupra, ſit ſaluum ius ipſi creditori in toto debito.

¶ De Penis eorum qui dixerint ſe dare debere clericis vel eccleſijs vel alijs nõ ſoluentibus fodra.

ITem ſtatutum & ordinatũ eſt, ꝙ nõ liceat alicui perſone in ſuo extimo vel alieno ponere vel noiare ſe debere dare aliquod debitũ vel rem vel aliq̇d aliud alicui eccleſie hoſpitali loco religioſo ſeu alicui clerico vel vniuerſitati vl' alicui ruſtico ſeu alicui ſingulari pſone vndecunq; ſit, niſi ille perſone tantum quantum cõſueuerunt & tenentur dare regiſtrum & ſoluere fodrum cõi Alex. de bonis ſuis ſicut cõiter ſoluere debent ceteri ciues Alex. qui ſi ſunt ciues ad pactum. Et ſi quis ꝯfecerit tale debitum nõ deducatur de ſumma valentis extimi ſui, & inſuper teneatur ſoluere cõi Alex. pro pena de qualibet libra denarios tres.

¶ De eodem.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ ſi qs dixerit in regiſtro ſuo debet̃ aliquod debitũ alicui hõi Alex vel diſtrictus q nõ inueniat̃, & ſi inueniat̃, & nõ ſit ſufficiẽs ad ſoluẽdũ dacita cõi Alex. Ita ꝙ intelligat̃ minus ſufficiẽs niſi ꝓbatũ fuerit ꝑ libros introitus illorũ q receperint dacita cõis Alex. tñ ipſa dacita ſoluiſſe ꝓ illo debito ꝙ dixerit ſe habere debere. ꝙ illud debitũ nõ debeat reduci ad ſummã illius debitoris extimi q talem creditorẽ nominauerit. Et inſuper ſoluat cõi Alex. ꝓ qualibet libra denarios tres.

¶ De Penis illorum qui dixerint ſe dare debere creditoribus ⁊ creditoꝛ non poſuerit ſe aliquid debere recipere.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi quis poſuerit in ſuo extimo vel alieno. Et dixerit ſe debere dare aliq̇d alicui pſone, que conſueuerit dare regiſtrum, & ſoluere fodrum cõi Alex. ſunt ciues non deducatur de valimento extimi ſui & niſi prius fuerit inquiſitum creditoris & inuentum. Et tunc tantum extrahatur de extimo debitotis q̃ creditor poſuerit ſe debere dare alicui creditori ſuo priuſquã creditor dixerit ſe ab eo debere recipere, ſoluat cõi Alex. de ipſo pluri pro qualibet libra ſoldos quinq;, & debitor teneatur dicere nomen & ſupernomen creditoris ſui, & quarterium in quo morat̃ & debitor exoneretur in ſuo extimo de tanto quanto fuerit dictum debitum manifeſtatum in ſcripto ſi liquidum fuerit illi vel illis qui preerit regiſtro.

¶ Vt pro confeſſo ⁊ condemnato habeatur qui in regiſtro ſuo dixerit ſe debere alicui.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, quod ſi quis dixerit in ſuo regiſtro ſe debere alicui pſone vel homini qui cõſueuerit dare regiſtrũ & ſoluere fodrũ cõi Ale. ſicut ciuis habeatur ꝓ confeſſo ex condemnato & ſit ipſo iure condemnatus vſq; ad illam quantitatẽ quam eius creditor in ſuo regiſtro poſuerit ſibi dare debere, & ipſũ debitum ſibi carũ eſſe & non vltra & non poſſit debitor de q̃ntitate ipſa in extimo ſuo poſita peter̃ libellum nec petitionẽ in ſcriptis nec exemplũ carte. nec exceptionẽ ꝑ aliquem modũ ſed Iudex ſiue conſul debeat dare creditori extimatores. & de bonis ipius debitoris faciat ſolutionẽ eidẽ creditori vſq; ad ſatisfationẽ debiti. & p̃ſens capitulũ locũ habeat in dictis condititijs & alijs dacitis. & ꝙ creditor non poſſit conueniri ad eccleſiã & ꝙ poteſtas teneat̃ dare forciã ipſi creditori ad p̃dicta exequenda. & ponat̃ in ſtatuto cõis Alex. & tam in regiſtro veteri quam in nouo.

¶ De Penis eorum qui celauerint ſocedum.

Item ſtatutum & ordinatũ eſt, ꝙ ſi quis celauerit in ſuo regiſtro vel alieno aliquod ſocedũ ꝙ habeat vel habuerit hinc retro cum aliqua vniuerſitate vel ſingulari ꝑſona eccleſia vel loco religioſo, & ipſum ſocedum nõ nominauerit in aliquo ipſo iure cadat ab omni iure & dominio ipſius ſocedi, & ſocedanus ſit ipſo iure a dicto ſocedo liberatus. Ita ꝙ nihil de rebus ſocedanarijs aliq̃d dare teneat̃ illi qui ſocedũ dedit, & illud celauit. Saluo eo ꝙ quarta pars debeat ſolui cõi Alex. de eo ꝙ lucratus fuerit.

¶ Quod liceat peti aliquid vltra quam ſocedum.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi quis nominauerit in ſuo regiſtro vel alieno aliquod ſocedum p̃ñs vel preteritum & ipſum ſocedum, & iura ipſius ſocedi dixerit ſibi valere in aliqua quãtitate, nõ poſſit vſq; ad ſex menſes cõitas poſtq̃ regiſtra fuerint aperta, & publicata petere nec exigere vltra illam quantitatẽ quam extimauerit ipſum ſocedum valere, & nõ plus iuris habeat nec habere poſſit in dicto ſocedo vel ſocedano q̃ aſcenderet quantitas nominata. Saluc eo ꝙ pro ea parte quãtitatis q̃ in extimo nominauerit habeat iura ſua & in fictibus poſt extimũ percipiendum. Et ſocedanus poſtq̃ dixerit dño vel obtulerit conſignauerit & depoſuerit quantitatẽ partis extimauerit ſocedum infra ſex menſes predictos ipſo iure ſit a ſocedo liberatus Et cõpellat̃ dñs ſine aliqua iuris ſolẽnitate reddere inſtrumẽtũ ſocedi dicto ſocedano & ei facere cartã cõfeſſionis & finis, & pactum de non petendo ad ſuã voluntatem.

¶ De Penis cellantium res depoſitas vel pignoraticias vel alias.

Item ſtatutum & ordinatũ eſt, ꝙ ſi quis cellauerit aliquã rem mobilem que ſit penes alium ſiue pignoratitiam ſiue depoſitã ſiue cõmodatam, vel aliquo alio modo ſit ipſo iure ipſa res illius penes quem erit. Et ille qui celauerit cadat a dominio & poſſeſſione illius rei celate ipſo iure ſit illius penes quẽ erit, ſi poſuerit in ſuo regiſtro. Alioquin medietas ſit cõis, & alia accuſatoris.

¶ De Arbitrio vicarij.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi quis celauerit rem mobilem, quã haberet maniuam penes ſe preter res mobiles ſuperius exceptatas amittat rem celatã, & medietas ſit accuſatoris. Et alia medietas ſit cõis, & poteſtas teneat̃ facere emere illi cuius erat res celata & dare pecuniam ipſi cõi & accuſatori.

¶ Quod poteſtas teneatur inquirere ſoceda celata.

Item ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ dñs poteſtas & ille qui p̃erit regiſtro habeat libertatem, & arbitriũ inqrendi res maniuas celatas, & ſoceda celata, & addere penã ſup rebus maniuis, & ſocedis celatis vltra penas in inferiori capitulo denotatas.

¶ De Penis celantium res mobiles ⁊ immobiles.

Item ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ ſi qs celauerit in ſuo extimo vel alieno aliquã rem immobilẽ q̃ ab aliquo teneat̃ & poſſideat̃ ipſo iure cadat a dñio & poſſeſſione, & ab omni iure ꝙ haberet in ipſa re, & ſit dicta res celata illius penes quẽ erat ſi poſuerit in ſuo regiſtro alioquin medietas ſit cõis, & alia accuſatoris.

¶ De eodem.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi quis cellauerit in ſuo extimo vel alieno aliq̃ rem Immobilem quam tenebat & poſſidebat vel alius pro eo ipſo Iure cadat a dominio & poſſeſſiõe. & quolibet Iure quod habere in ipſa re immobili celata & amittat ipſam rem celatam totam. & medietas ſit communis. & alia accuſatoris. & poteſtas teneatur facere emere illum cuius erat res celata. & dare p̃cium cõmuni & accuſatori.

¶ De eodem.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ aliquis nõ poſſit peter̃. nec habere debeat reſtitutionem ſeu mendam dampni ſibi dati. ſiue de cetero ſibi dandi in aliqua re quam celaſſet. & in ſuo extimo non poſuiſſet.

¶ Vt forẽſes teneant̃ ſoluer̃ fodra đ terris ⁊ poſſeſſiõib⁹ q̃ ſunt in diſtrictu Alex.

Item ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ oẽs ꝑſone & vniuerſitates q̃ ſunt extra terrã Alex. & diſtrictũ teneant̃ & debeãt ſoluere fodra, & dacita cõi Alex. de terris & poſſeſſionibus q̃s hñt i terra & diſtrictu Ale. ſicut faciũt vicini Ale. Ita ꝙ detẽtatores eaꝝ teneãt̃ & cogãt̃ ſoluer̃ fodra, & dacita cõi ale. đ ꝓuẽtib⁹ & redditib⁹ ipaꝝ reꝝ & poſſeſſiõũ.

¶ Vt predicte pene cadant in minores ⁊ curatores eorum.

Item ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ oẽs & ſingule p̃dicte pene cadãt in minores etate, & illud Ius cõpetat debitoribus emphiteoticis, decimatiõis, & ſocedanis ipoꝝ minoꝝ quẽadmodũ cõpetit debitorib⁹ emphiteoticis, decimanis, & ſocedanis aliaꝝ ꝑſonaꝝ & ſupradicti minores ꝓpter imbecilitatẽ ipſoꝝ vł imprudẽtiã vł ꝓpter neglıgẽtiã tutoꝝ vel curatorũ ipoꝝ minorũ vł illorũ q ipoꝝ & eorũ bona regere vel adminiſtrar̃ debẽt leſi fuerint. Quod ex illa leſiõe dicti minores cũ effectu agere & expiri poſſint ꝯ p̃dictos tutores & curatores & adminiſtratores q iurauerũt tutellã ſiue curã vel q relicti eſſent in teſtamẽto pr̃is vel mr̃is minorũ vel aui. Et hoc fiat ex officio ſine litis cõteſtatiõe & ſolẽnitate iuris & petitiõe in ſcriptis, & de plano ſine ſtrepitu, & p̃dicte pene locũ habeãt aduerſus minores ſiue tutores, & curatores eoꝝ ſi ſoluẽdo fuerit ſiue nõ.

¶ Vt dubia interpretentur contra proferentes.

ITtem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ ſi qs appoſuerit aliquod dubiũ in regiſtro ſuo, ꝙ illud dubium debeat interpretari & dari contra ipſum qui eum poſuit quia in eius poteſtate erat ponere clarum quod poſuit dubium.

¶ De Arbitrio Poteſtatis ⁊ eius officialium.

Item ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ poteſtas Alex. & eius officiales per ipſum ſiue per cõe Alex. ad hoc cõſtituti habeãt merũ arbitriũ inquirẽdi fraudes cõmiſſas in extimis & circa extima & puniẽdi ad eorũ liberũ arbitriũ & voluntatẽ oẽs & ſingulos q ipſas fraudes fecerint vel comiſſerint. Saluis ſemper penis in oĩbus & ꝑ oĩa ſuperius denotatis que nullo modo diminui poſſint.

¶ De eodem.

Item ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ poteſtas ſi cognouerit aliqua p̃ſumptione aliquẽ ꝯtractũ fictitiũ frauduloſum vel ſimulatũ. Quod liceat ei punire & cõdemnare ad ſuã voluntatẽ illũ vel illos q fraudẽ vel figumentũ, & ſimulationẽ cõmiſſerint in eorũ extimis & addere extimationes terrarũ & rerũ in quibus vel circa quas fraus vel figumentũ vel ſimulatio fuerit cõmiſſa, & p̃ſumptiones iudicare poſſit, & preſumptiones intelligantur que placuerint iudicanti.

¶ De Terris menſurandis ⁊ officialibus conſtituendis.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ omnes poſſeſſiones & terre Alexã & totius diſtrictus debeant menſurari ad voluntatẽ dñi Poteſtatis & quã citius cõmode poterit ſecundum formam capituli inferius denotati.

¶ Quomodo poſſeſsiones ⁊ terre debeant menſurari.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ poteſtas habeat liberā licentiam & poteſtatem conſtituendi Iudices, notarios, mēſuratores tam de Alex. q̄ nō de Ale. & faciāt mēſurari terras menſurandas qui inquirant maniua & ſoceda celata, qui concordent debita cum creditis, qui debeant omnia & ſingula ſuperius denotata ſine aliqua mora, & ꝓtectiōe exequi, & cōpellere ipſa poſſint ad eorū liberā voluntatē, & q̄bus ſatisfiat de eorū ſalario expenſaꝝ, & de hauere cōis & ſpecialiū ꝑſonarū & eccleſiarū & vniuerſitatum in ſecundum ꝙ poteſtas duxerit ordinatum.

¶ Si quis tenet aliquam poſſeſsionem alicuius debitoris.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi aliquis poſuerit in ſuo regiſtro poſſeſsionem ſuam quā videtur poſuiſſe ſeruitutem quam habet in ipſa poſſeſsiōe, & omnia alia iura, nec in aliquam penam capituli videatur incidiſſe.

¶ Vt res manifeſtate in regiſtro videanť poſita inſtrumēta ⁊ iura ꝑtinētia rei.

Item ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ ſi aliq̄s tenet aliq̄ poſſeſsionē modo aliquo occaſione alicuius debitoris ſui & ipſam poſſeſſionem poſuerit in ſuo extimo videať poſuiſſe oīa inſtrumēta & iura pertinentia rei que habet occaſione p̄dicte poſſeſſionis, & & retinuit penes ſe, nec incidat in aliquam penam infraſcriptorū capitulorum.

¶ Qđ aliquis debeat ponere ad extimū vſqꝫ in quātitatem ſoldorum quinqꝫ.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ aliquis non teneať ponere ad extimum ſuum vſqꝫ in quantitatē ſoldorū q̄nqꝫ quos habere deberet ab aliquo.

¶ De Arbitrio poteſtatis ⁊ vt litera cuiuſlibet capituli intelligatur ſicut iacet.

Item ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ oīa capitula infraſcripta intelliganť ſicut lr̄a iacet. Et ſi q̄ dubia orirent ex ipſis debitis vel aliquo eoꝝ illud dubiū interpreteť arbitrio poteſtatis Alex. & Iudicis qui p̄erit officio regiſtri in fauorem cōis Alex.

¶ De oficialibus conſtituendis per dn̄m poteſtatem ſuper infraſcriptis.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ poteſtas teneať & debeat & poſſit cōſtituere officiales de Alex. & de extra Alex. ad ſuam voluntatem, qui diligenter inq̄rant oēs poſſeſſiones & res que peruenerūt in Comites & Ciues Alex. & in eccleſias hoſpitalia & loca venerabilia a. x x. annis citra. Et qui officiales habeant poteſtatem predictam inquiſitionem faciendi ſecundum ordinamentum & mandatu infraſcriptum dn̄i Poteſtatis, & eiſdem officialibus ſatisfiat de eorum ſalario expenſis & de auere cōis Ale. ſecundum arbitrium predicti domini Poteſtatis.

¶ Vt extima eccleſiarū denť officialib⁹ ꝑ dn̄m archidiaconū ad hoc cōſtitutis.

Item ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ extima eccleſiaꝝ hoſpitaliū & domoꝝ religioſorū denť & dari debeāt officialibus q̄ ſup hoc ordinabunť per dn̄m Archidiaconū.

¶ Vt non danti regiſtrum denegetur ei actio ⁊ deffenſio.

Itē ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ q̄libet q̄ habet cām ab vno anno citra, ꝙ nō dabit regiſtrū cōi Ale. đnegeť ei actio & deffenſio ſicut đnegeť illi a quo cauſam habuiſſet.

¶ Vt omnes habitantes ſimul dent vnū regiſtrū ⁊ de penis contrafacientiū.

Item ſtatutū & ordinatum eſt, ꝙ maritus & vxor, pr̄ & filius, mater & filij, vel ablatici vel alij deſcendentes poſiti in ſua poteſtate & emancipati conſanguinei Germani, barbani nepotes, & quilibet ſimul habitantes vel qui ſimul habitauerūt ab vno

anno citra teneātur dare regiſtrum omninm ſuorum bonorum ſimul & non diuiſim ſimul in vna pelle ſiue pellibus ſimul cōnexis ſiue quarterio ſiue quarterijs ſimul ſe tenentibus non obſtantibus aliqua diuiſione ſiue emācipatione in quo regiſtro dicať & exprimatur id quod eſt cōmune inter eos & id quod eſt ſingulariter ſingulorū & quod debetur eiſdem cōmuniter & cuilibet eoꝝ. Ita ꝙ de omnibus eorum bonis fiat vna ſumma tantum. & ſumma cuiuſlibet p̄dictorū per ſe fiat ad hoc ꝙ poſſit determinari quantum debeat de ſuo valenti & ipſe ſumme reducantur ad vnam ſummam, ad hoc vt commune Alex. melius inde ſeruiri poſſit in equis & armis & alijs neceſſarijs. Et ſi Inueniať regiſtrum aliquoꝝ ſimul habitātiū vel qui ſimul habitauerunt ab vno anno citra aliter datum habeatur pro non dato, & eodem modo puniatur ac ſi nō dediſſent regiſtrum. Saluo eo ꝙ ſi aliquis de predictis nollet dare regiſtrum cōiter cum illis cū quibus habitaret, vel ab vno anno citra habitauiſſet, ille ſolus cadat in penis ſuperius nominatis, & non ille qui ſimul dare voluerit, & qui denunciauerit ꝑtāti Alex. vel ei⁹ Iudici, & inde fecerit fieri inſtrumentum per manus notarij cōis Alex. ꝙ parat⁹ eſt dare regiſtrum ſimul & nō diuiſim, & ꝙ per ſe non ſtat nec remanet & dederit regiſtrum bonorū ſuoꝝ propriorum & habeant locum predicta ſi placuerit perſonis ſuperius denotatis, & intelligať de vxoribus res parafrenales habentibus, & habentibus bona data in ſolutum pro dote ſua.

¶ De penis non ponentium credita vel male ponentium.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi aliquis debet habere blauā a debitoribus ſuis, & poſuerit & conſignauerit denarios in regiſtro ſuo, videlicet ꝙ poſuerit denarios pro valimento blaue, poſtea ipſam blauam vel eius valimentū petere non poſſit Sed ſolūmodo denarios cum vſuris & expenſis inde debitis. Et ſi non poſuerit vt ſupra dictum eſt, amittat vnūqꝫ ſecundum tenorem inferiorum capituloꝝ, & hoc capitulum nō deroget in aliquo ſtatuto ſuperiori, ꝙ incipit Quod ſi q̄s noīauerit in ſuo regiſtro vel alieno aliquē ſibi dare debere certā debiti quantitatem &c.

¶ De ſpecificandis rebus per ſe.

Item ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ q̄libet debeat dicere & denotare in ſuo ſcripto oēs follas ꝑ ſe, & molādina ꝑ ſe, pedagia per ſe, piſcarias ꝑ ſe. Et alia vniuerſa iura ſibi pertinentia & competentia cum effectu ſpecificando quodlibet ius per ſe.

¶ De menſurationibus terrarum veteris regiſtri firmis tenendis.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ omnes menſurationes terrarum, & poſſeſsionum terre & diſtrictus Alex. occaſione extimorum datorum cōi Alex. tēpore alterius regiſtri veteris ſint firme, & firme & ſtabiles habeantur. Saluo quod ſi ad aures iudicis ꝑueniret ꝙ in menſuratione p̄terita fraudatū eſſet cōe liceat ipſi ſi ſibi videbiť etiā terras tunc menſuratas faceř Iterū menſurari ꝓ vtilitate cōis & nō aliter. omnes vero alie terre & diſtrictus & Iuriſdictionis Ale. q̄ tunc nō fuerūt menſurate vbicūqꝫ menſurenť. & officiales q̄ ad hoc fuerūt conſtituti ꝑ dn̄um poteſtatē ꝓ cōi Alex ipſas debeāt faceř menſurari ꝓ vt eis melius videbiť ꝓ vtilitate cōis Ale. & vtilius expedire & ſaluo ꝙ terre dirrupte ꝑ abluuionem fluminū in eo ꝙ diminute fuerint đ ipſis terris & poſſeſsiōibus detrahatur.

¶ De Penis allegantium contra intellectum ſtatuti.

Item ſtatutū & ordinatū eſt ꝙ nullus Iudex nullus laycus nullus clericus nulla alia ꝑſona debeat aduocare dicere vel componere. conſulere vel allegare contra intellectum lr̄e infraſcriptorū capitulorum coram poteſtate vel Iudicibus cōis Alex. & ſi quis cōtrafecerit ſoluat ꝓ pena & bañ cōi Alex. ꝓ qualibet vice lib. x x v. in denarijs numeratis quam penam poteſtas ei teneať auſſerre infra q̄ndecim dies ꝓximos poſtq̄ ſibi fuerit manifeſtatum.

¶ Quod ſupradicta ſcripta in vltima die termini intelligantur eſſe data.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt ꝙ ſcripta ſupradicta quocūq; die data fuerint, intelligantur ei data vltima die termini.

¶ De eis qui nõ dederint regiſtrum in illo quarterio quo in alia vice.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt ꝙ q̄libet ciuis Alex. & q̄libet ꝑſona debeat dare ſcriptū ſui regiſtri & ipſum facer̄ poni in illo q̄rterio in quo alias ddit regiſtrū ſuū vel eſſe in extimo conſueuit ipſe vel ſui anteceſſores & nõ in alio q̄rterio, & ſi contrafactū fuerit nihilominus ad ipſum q̄rterium reducat̄. & ꝓ ipſo q̄rterio ſoluere teneatur.

¶ De penis celantium poſſeſſiones ſitas extra diſtrictum Alex.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi aliqua perſona Alex. vel diſtrictus celauerit aliquam poſſeſſionem quam habeat extra Alex. amittat ipſam rem celatam, vel tantum de eo ꝙ habet in poderio Alexan. quantum illa res celata valet. Et ſit tertia pars accuſantis. Et alie due partes perueniant & ꝑuenire dabeant in cõe.

¶ Vt creditor poſſit petere integrum debitum quod minus extimauerit ſex menſibus.

ITem ſtatutum & ordinatnm eſt, ꝙ ſi aliqua perſona de Alex. vel diſtrictu contractum fecerit cum aliqua perſona collegio vel vniuerſitate ad blauam. & ipſe creditor poſuerit in ſuo regiſtro ſe debere vel velle habere certam quātitatem blaue creditor poſſit petere, q̄cquid peter̄ poterat ante dationem ſcripti regiſtri ſui niſi debitor infra ſex menſes a die ſcripti dati dederit vel obtulerit denarios ſeu blauam poſitam vel poſitos in ſcripto ipſus creditoris.

¶ De Penis mutantium qualitatem poſſeſſionum ⁊ minorem quantitatem ponentium.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi quis manifeſtauerit in ſuo regiſtro habere raſſicium in aliquo loco vel glareā, vel ſmotum, vel zerbum, vel paſcuum, vel mezanum, & ſi ſit terra culta conueniens, vel pratum, vel inſula groſſa ſiue inueſtita de arboribus, Intelligatut tantam fraudem commiſiſſe in quantum minus res extimata fuiſſet ſi non dediſſet raſſicium, vel ſmotum, vel glaream vel paſcuum, vel zerbum, vel mezanum, vel tantum plus quantum ſunt extimate terre conſimiles in illa quantitate & contrata.

¶ De eodem.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi aliquis reperiatur manifeſtaſſe certam quantitatem terrarum & reperiatur plus petia terre q̄ dixerit ſiue manifeſtauerit ſit in arbitrio cognoſcentis de fraudibus vſq; ad paruam quantitatem inſpecta quantitate, & bonitate agri & loci, vtrum fuerit fraus vel ne.

¶ De Arbitrio poteſtatis ⁊ Iudicis preſidentis officio regiſtri ⁊ de condemnationibus exigendis.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ dñs Poteſtas & Iudex q̄ ꝑerit regiſtro inquirât & inqrere debeât & cognoſcât & inqrere & cognoſcere poſſint ipſi & quilibet ipſoꝝ de fraudibus comiſſis ab illis & minus bene manifeſtauerit bona ſua in ſcriptis ſiue in regiſtro ſuo, vl̄ q̄ nullo modo extimauerit. & habeat dñs poteſtas & dict⁹ iudex plenā & liberā ꝑtātem & bayliā, & iuriſdictionē & arbitriū, & merū imperiū in inquirēdo, & cognoſcēdo p̄dictas fraudes vel aliq̄d minus bene factū in p̄dictis regiſtris vl̄ circa p̄dicta imponendo penes banna & multas, & in condemnando omnes & quoſlibet qui ipſas fraudes cõmiſiſſent ſi minus bene aliquid feciſſent in predictis ſecundū modos ordinatos d ipſis fraudib⁹, & oēs alios modos vt eis & cuilibet ipſoꝝ videbit̄ ad ſuā volūtatē

Et quicquid predicti dñi Poteſtas & Iudex ſeu quilibet ipſorum dixerint pronunciauerint ſeu arbitrati fuerint eſſe fraudes vel minus bene factum in p̄dictis vel circa predicta, Intelligantur eſſe fraudes, & pro fraudibus habeantur, & punire poſſint & debeāt ſecundum ꝙ ſuperius eſt ordinatum. Et ꝙ ipſas fraudes penas & multas, & banna data per eos & quemlibet eoꝝ pro p̄dictis & occaſione p̄dictoꝝ teneātur ipſi & quilibet eoꝝ excutere & exigere modis omnibus ad ſuā voluntatem infra menſem vnum cõputandum a die cõdemnationis, & teneātur & debeant ipſi & quilibet eoꝝ infra octo dies poſtq̄ videbit̄ eis ſeu alicui eoꝝ aliquē cõmiſiſſe fraudem vel aliquid minus bene feciſſe in p̄dictis & circa p̄dicta cõdemnare & excutere & exigere infra menſem.

¶ De penis ementiū ⁊ mutuantium facto regiſtro de eo quod non poſuerunt in regiſtro.

ITem ſtatutum ordinatum & reformatū eſt per conſilium gñale ad ꝙ additi fuerunt ducentum viri cõſules ſocietatū. Guide, & Confalonerij factum per p̄dictum Dñm Poteſtatem in palatio nouo cõis Alex. die Iouis decimo quinto Februarij ꝙ ponat̄ in predictis capitulis & ordinamētis regiſtri ſi non eſt vt infra, videlicet, ꝙ ſi quis preſtiterit denarios alicui vl̄ emerit aliquid facto vel completo regiſtro de eo quod nō poſuiſſet in regiſtro ꝙ teneat̄ ſoluere fodrum, & ꝙ debeat dare cõi pro pena de qualibet libra ſoldos quinq;, & accuſatori ſoldos q̄nq;, & quilibet poſſit accuſar̄ & teneat̄ priuatus. Saluis oib⁹ capitulis & ordinamētis factis ſup regiſtro lectis in p̄nti cõſilio.

¶ Quod ſtatuta ſupraſcripta ⁊ reformationes obſeruentur.

QVE quidem omnia ſupraſcripta ſtatuta & ordinamenta & reformationes conſilij intelligant̄ & ſint, & intelligi debeāt ſalua ſemper libertate ſacre ſancte matris eccleſie. Et conuentionibus, & pactis factis, & celebratis inter Dñm Carolum Illuſtrem Regem Sicilie, & cõmune Alex.

¶ De ſindico per cõe faciendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ fiat ſindicus per cõe Alex. qui nomine ipſius cõmunis promittat dño Viderando de tanthethicis poteſtati Alex. & Iudicibus & militibus & familie ipſius, & eis obligare bona cõis de trahendo & conſeruando ipſos, & poteſtatem & quemlibet predictorum indemnem de omnibus expenſis & intereſſe quas & que faceret haberet vel ſubſtineret pro eo ꝙ obſeruaret & obſeruari faceret & exequerentur ea que ſtatuta ſunt & ſtatuentur ſuper regiſtro vel q̄cunq; alia cauſa & occaſione regiſtri. Et hoc reformetur per conſilium gñale Alex. & fiat ſtatutum ſuper quo iurare debeat futurus poteſtas in quo teneatur & debeat attendere & obſeruare quecunq; promiſſa ipſis Poteſtati Iudicibus & familie, & pro eo. Non obſtante ordinamento vel aliquo ſtatuto vel decreto ciuitatis Alex. facto vel quod fieret in cõntrarium. Etiā ſi de ipſo opporteret fieri mentionem expreſſam, & ſit illud vltimum & derogatoriū alijs ſtatutis & decretis ciuitatis Alex.

¶ De gazeris expellendis.

INnocentius Ep̄s Seruus Seruoꝝ Dei, dilectis filijs Poteſtatibus, ſiue rectorib⁹ conſilij, & cõmunitatibus ciuitatū aliorūq; locoꝝ ꝑ Italiā cõſtitutis ſalutē & apoſtolicam benedictionē. Ad extirpāda de medio populi chriſtiāi heretice prauitatis zinzania que abundantius ſolito ſucceſſerint ſuper ſeminantem illatenus his diebus homine inimico ſtudioſius tanto iuxta cõmiſſa nobis ſolicitudinem inſūdare proponimus quanto pernicioſius negligeremus. Tandem inuente catholici Sanctis peruagari. Volentes autem vt aduerſus huiuſmodi nequitie operantes conſurgant, atq; nobiscum Eccleſie filij ac orthodoxe fidei Zelatores, Conſtitutiones quaſdam ad extirpationem Heretice peſtis & dedimus a vobis & fidelibus eiuſdem fidei deffenſoribus, Et acta diligentia obſeruanda, que ſeriatim inferius continetur. Quocirca vniuerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus conſtitutiones ſingule conſcribi in veſtris capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas ſecundum eas cõtra cõe hereſim ſe aduerſus habeant ſanctam Eccleſiã excollentẽ ſine aliqua omiſſione procedere. Alioquin ductis filijs inquiſitoribuus heretice prauitatis ordinis predicatorum, & minorum & eorũ ſingulis domus noſtris literis in mandatis & ſingulos abire per excõicationem in perſonas interdictum in terra appellatione remota compellatur. Conſtitutiones autem ſunt hec,

¶ De eodem.

STatuimus ꝙ poteſtas ſeu rector qui ciuitati preeſt vel loco alij aut preſens, aut ꝑ tempore fuerit in Italia iuret preciſe ac ſine tenore aliquo attendere & inuiolabiliter conſeruare & facere ab oĩbus obſeruari toto tpe ſui regiminis, tam in ciuitate vel loco ſui regiminis q̃ in terris ſue Iuriſdictiõi ſubiectis, oẽs & ſingulas tam infraſcriptas q̃ alias conſtitutiones & leges tam canonicas q̃ ciuiles editas contra hereticã prauitatẽ & ſuper hijs p̃ciſe ſeruandis recipiant a quolibet ſibi in poteſtaria vel regimine ſuccedẽtibus iuramenta. Que qui preſtare noluerint nullã penitus habeant firmitatẽ. Nec vllus teneať aut debeat ſequi eos. Etiam ſi de ſequella preſtanda eis exhibuerit iuramentum. Quod ſi poteſtas vel rector aliquis hec omnia & ſingula ſeruare noluerit vel neglexerit preter notam puniri & perpetue iacturam infamie Ducentarum Marcharũ penam incurrat. Que intremabiliter exigantur ab eo, & in vtilitatem cõis cui p̃eſt integre conuertanť. Et nihilominus ꝑiurus & infamis, & tanq̃ hereticoꝝ fautor de fide ſuſpectus officio ſui regiminis ac honore ſpolieť, ne vlterius poteſtas ſeu rector habeať in aliquo de cetero ad aliquã dignitatẽ vel officio publico nullatenus aſſumať.

¶ De hereticis per quancũq; perſonam capiendis.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ poteſtas vel rector cuiuſlibet ciuitatis vel loci, ſupponat tanq̃ pro maleficio oẽs hereticos vtriuſq; ſexus quocunq; noĩe cenſeať, & teneať bannum hmõi a ſuis predeceſſoribus poſitũ confirmare precipiant. Quod ſi nullus hereticus aliquo loco vel heretica de cetero habitent vel moreť aut ſubſiſtat in ciuitate aliquo loco Iuriſdictiõis aut diſtrictus eiuſdem. Et quicũq; ipſum vel ipſam inuenerit libere capiat, & capeȓ poſſit impune. Et oẽs res ipſius vel ipſoꝝ eis liceat auferre que ſint aufferẽtiũ pleno iure non aufferentes huiuſmodi officio ſui cõſtituti idẽ quoq; poteſtas ſeu rector infra tertiũ diem poſt introitũ ſui regiminis duodecim viros probos & catholicos, & duos notarios ſeruitores vel totquot fuerint neceſſarij inſtituere teneať, quos duos Ceſſarios preſens extitit & intereſſe voluerit, & duos fratres predicatores & duos minores ad hoc cũ ſuis prioribus ſiue conuentus ibi fuerint eorundem ordinis deputati dixerint elligendos. Inſtituti autẽ huiuſmodi & electi poſſint, & debeant hereticos capere & eorũ bona alius aufferre, & facere aufferri per aliquos. Et procurare hec tã in ciuitate q̃ in tota eius Iuriſdictione atq; diſtrictu plenarie adimpleri, & ducere eos & duci facere in poteſtatẽ dioceſani vel eius vicarij ſeu inquiſitorum. Teneatur autẽ poteſtas ſeu rector quilibet in expenſis cõis cui p̃eſt duci facere eoſdem hereticos ita captos quocunq; dioceſanus vel eius vicarius ſeu inquiſitores predicti in Iuriſdictione vel diſtrictu dioceſani epi ſeu ciuitatis vel loci voluerint eos duci, officialibus vero predictis plena fides omnibus adhibeať. Que ad eoꝝ officium pertinere nõſcuntur, ſine aliquo ſpecialiter preſtito iuramento, probatione aliqua in cõtrariũ nõ admiſſa, ibi duo vel tres ſeu plures preſentes fuerint ex eiſdem. Porro cum officiales huiuſmodi eligant iurẽt hec omnia fideliter & ꝓpoſſe ac ſuper his merã dicere veritatem. Quibus ab omnibus in his que ad eoꝝ officium pertinẽt plenius pateať. Et tam dicti Duodecim q̃ ſeruitores & notarij pretaxati ſimul vel diuiſim plenariam percipiẽdi ſub pena & banno que ad officium ſuum pertinet habeãt ptãtem. Poteſtas autẽ vel

rector, teneatur habere firma & rata omnia precepta que occaſiõe ſui officij fecerint duo ex ipſis ſeu plures, & penas exigeȓ nõ obſeruantium. Quod ſi dictis officialibus aliquo tẽpore aliquod dãnum contingeret in perſonis vel rebus pro ſuis officialibus exequendis a cõi ciuitatis vel loci per reſtitutionẽ plenariam ſeruẽtur indemnes, nec ipſi officiales vel eorũ heredes poſſint aliquo tempore cõueniri de his que fecerint vel pertinent ad eorũ officium niſi ſecundũ ꝙ eiſdẽ Dioceſano & fratribus videbiť expedire. Ipſorum autẽ officiũ duret tantũmodo per ſex menſes, quibus completis poteſtas teneatur ſubrogare officiales ſecundũ formã eandẽ in alijs ſex menſibus exequãtur ſine ipſis officialibus dentur de camera cõis ciuitatis vel loci quãdo exierũt ciuitatem vel locũ ꝓ officio exeq̃ndo vnicuiq; ꝓ q̃libet vice & dẽarios Imperiales. xviij. in pecunia numerata quos poteſtas vel rector teneatur eis dare vel dari facere infra diẽ poſtq̃ ad eandẽ redierint ciuitatẽ aut locũ ꝓ hoc officio vel locum inſuper habeant certã partẽ bonoꝝ hereticorum & receptatorũ eoꝝ que occupauerunt, & mulctarũ ad quas fuerint cõdemnati, ſecundũ ꝙ inferius contineť & hoc ſalario ſint contenti, ſed ad nullũ aliud q̃ iſtud officium impediať vel impediri poſſit. Nullo modo officiũ vel exercitiũ cõpellať. Nullũ etiã ſtatutũ conditum vel cõdendũ eoꝝ officiũ vllo modo ualeat impedire. Et ſi quis horum officialiũ ꝓpter metitudinẽ vel meram, vel occupationem aliq̃ vel neceſſitas Dioceſano & fratribus ſupradictis iuſſus fuerit amonendis ipſum ad mandatũ vel dictũ eoꝝ teneať amonere poteſtas ſeu rector & aliũ, ſecundũ formam p̃ſcriptã ſubſtituere loco eius. Quod ſi quis eoꝝ cõtra fidẽ & ſinceritatẽ ſui officij in fauorẽ hereſis deprehenſus fuerit exceſiſſe preter notã infamie ꝑpetue tanq̃ fautor hereticoꝝ incurrat per ptãtem vel rectorẽ ad Dioceſani & dictoꝝ fratrũ inq̃ſitorũ puniatur arbitriũ poteſtati preterea, & militẽ ſuũ vel aliũ aſſeſſorẽ, ſi Dioceſanus vel eius vicarius aut inquiſitoris a ſede apoſtolica deputati, ſeu dicti officiales petierint cũ ipſis officialibus mittere teneanť. Et cũ ipſis eorũ officiũ fideliter exercere. Quilibet etiã ſi p̃ſens interea vel req̃ſitus fuerit teneať tam in ciuitate q̃ in iuriſdictiõe vel diſtrictu quolibet dare ipſis officialibus, & eorum ſocijs cõſiliũ & iuuamen quãdo voluerint hereticum vel hereticã capere vel ſpoliare aut inquirere ſeu domũ vel locũ aut additũ aliquẽ intrare pro hereticis capiendis ſub pena & banno librarũ vigintiquinq; Imperialium vniuerſitati autẽ & burgi ſub pena & bãno librarũ cẽtum villa vero q̃nquaginta ꝓ qualibet vice ſoluenda in pecunia numerata. Quicunq; autẽ hereticũ vel hereticã captũ vel captã aufferre de manibus capientium vel capientis auſus fuerit vel deffendere ne capiať, ſeu ꝓhibere ne aliquẽ intrare domũ aliquã curtẽ ſeu locũ aliquẽ ire capiať & inquiratur ibidem iuxta legem Padue promulgatam per Imperatorem publicatis bonis omnibus imperpetuũ relegetur, & domus a qua ꝓhibiti fuerint ſine ſpe edificãdi funditus deſtruať, & bona que ibi reperta fuerint fiant capientiũ ac ſi heretici fuiſſent ibidem inuenti, & tunc ꝓpter hãc exhibitionẽ ꝓhibitionẽ, vel impeditionẽ ſpecialem burgis cõdemnat cõe libr. ducentũ, & villa lib. centũ & vicina burgi, tam burgi q̃ ciuitatis libr. q̃nquaginta Imperialium in pecunia numerata niſi infra tertiũ diẽ ipſos deffenſores vel deffenſorem hereticorũ ptãti captos duxerint p̃ſonaliter preſentandos. Teneať poteſtas ſeu rector quilibet oẽs hereticos vel hereticas qui capti fuerint amodo cuſtodiri facere ſub expenſis cõis loci ſui cui p̃eſt per viros catholicos ad hoc ellectos ad Dioceſanũ ſi fuerit preſens, & fratribus ſupradictis vel inquiſitoribus in aliquo ſpeciali carcere tuto & ſecuro in quo ipſi ſoli detineãť ſeorſum a latronibus & bannitis donec de ipſis fuerit diffinitum aliqui vel aliquę nõ heretici ꝓ captis hereticis ipſis nõ contradicentibus fuerint aſſignati vel ſe forſitam aſſignauerint p̃dicti ſuppoſiti perpetua carcere mancipanť. Et heretici nihilominus reddere & aſſignari coganť, & qui hunc dolũ fecerint iuxta legem p̃dictam bonis oĩbus publicatis in perpetuũ relegeť. Teneatur inſup poteſtas vel rector quilibet cũ bono & ſecuro comitatu oẽs hereticos quocũq; noĩe cẽſeanť infra quidecim dies poſtq̃ capti fuerint dioceſano vel eius ſpeciali vicario ſeu hereticoꝝ inquiſitoribus p̃ſentare pro examinatione de ipſis, Et eoꝝ hereſi facienda damnatos vero de hereſi p dioceſanum vel eius vicarium ſeu Inquiſitores predictos. Poteſtas vel rector vel eius nūcius ſpecialis eos ſibi relictos recipiat ſtatim vel infra qnq; dies ad minus circa eos cōſtitutiones cōtra tales editas ſeruaturus teneaƭ ꝑterea poteſtas ſeu rector hereticos quos captos habuerit cogere circa mēbri diminutionē tam q̃ veri latrones homicidas animarū, & fures Sacramentoꝝ Dei, & fidei Chriſtiane errores ſuos expreſſe fateri, & accuſare alios hereticos quos ſciunt & bona eoꝝ & credētes & receptores, & deffenſores eoꝝ ſicut cogūƭ fures & latrones reꝝ tēporaliū accuſare ſuos cōplices & fateri maleficia q̃ fecerūt. Domus autē in qua repertus fuerit aliqs hereticus vl' heretica, ſine vlla ſpe edificandi funditus deſtruaƭ, niſi domus dñi ibidem ꝓcurauerit reperiri, & ſi dñs illius domus alias domos habuerit cōtiguas illi domui oēs ille domus ſimiliter deſtruanƭ & bona illa q̃ fuerint inuenta in illa domo & in domibus illi adherentibus publicenƭ, & fiāt aufferētiū niſi aufferētes fuerint in officio cōſtituti, & inſup Dñs illius domus infamie ꝑpetue q̃ incurrat cōponat cōi ciuitatis vel loci libras qnquaginta Imperialiū in pecunia numerata q̃ ſi nō ſoluerit in ꝑpetuo carcere detrudaƭ. Burgus autē ille in quo heretici capti fuerint vel inuenti componant cōi ciuitatis in pecunia numerata, niſi infra tertiū diem receptores ipſoꝝ captos ꝑſentauerint ꝑtāti. Quicunq; vero deprehenſus fuerit dare alicui heretico vel heretice cōſilium vel auxiliū ſeu fauorē ꝑter aliam penā ſuperius vel inferius ꝑtaxatam ex nūc ipſo iure in perpetuum ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu cōſilia vel ad elligendos aliquos huiuſmodi nec ad teſtimonium admittaƭ, ſit etiā inteſtabilis vt nec teſtamēti liberam habeant factionē nec ad hereditates ſucceſſionem accedāt. Nullus ꝑterea ei ſup quocunq; negocio ipſe alij rñdere cogatur, ꝙ ſi Iudex extiterit ſententia eius nullā habeat nec obtineat firmitatem, nec cauſe alique ad eius audientiā preferantur. Si fuerit aduocatus eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio inſtrumenta confecta per ipum nullius penitus ſint momēti. Credentes quoq; erroribus hereticoꝝ, tanq̃ heretici puniātur. Teneaƭ poteſtas ſeu rector inſuper noīa viroꝝ omniū qui de hereſi fuerint infamati vel bāniti in quatuor libellis vnius tenoris facere annotari, quoꝝ vnū cōe ciuitatis vel loci habeat, & alium Dioceſanus & tertium fratres predicatores, & quartum fratres minores, & ipſorum noīa ter in anno in contione publica ſolemniter faciāt recitari teneatur quoq; poteſtas ſeu rector filios & nepotes hereticoꝝ & receptorū deffenſorum & fautorū eorum diligenter inueſtigare eoſq; ad aliquod officiū ſeu cōſiliū nullatenus admittere in futurum. Teneatur ꝑterea poteſtas ſeu rector vnum de aſſeſſoribus ſuis quē ellegerit Dioceſanus ſi fuerit pñs, & inquiſitores ꝑdicti ab Apoſtolica ſede dati mittere cum eis quādocunq; voluerint in Iuriſdictione ciuitatis atq; diſtrictu. Qui aſſeſſor ſecundū ꝙ predictis inquiſitoribus viſum fuerit ibi tres aut plures boni teſtimonij viros & totam viciniam ſi eis videbitur cōpellat iurare. Et ſi quos ibidem hereticos ſciuerint vel bona eorum vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu a cōi conuerſatione fidelium vita & moribus deſidentes vel credentes aut deffenſores, ſeu receptatores ſeu fautores hereticorū eos dictis Inqſitorib⁹ ſtudeant indicare. ipſe autē poteſtas cōtra accuſatos ꝓcedat ſecundū leges quondā federici tunc Imperatoris padue ꝓmulgatas, teneatur inſup poteſtas ſeu rector in deſtructione domorū. & condemnationib⁹ faciendis. & in rebus inuentis vel occupatis conſignandis & diuidendis de quibus ſuperius dicitur, infra decem dies poſtquā accuſatio, ſeu denunciatio facta fuerit hec omnia exequi cum effectu, & cōdemnationes oēs in pecunia numerata infra tres menſes exigere, & diuidere illas ſicut inferius continetur, & omnes qui ſoluere nō poterunt bāno maleficij ſupponere, & donec ſoluant in carcere detinere. Alioquin pro his omnibus & ſingulis ſindicentur. Sicut inferius continetur, & inſuper teneatur vnum de aſſeſſoribus ſuis quocunq; Dioceſanus vel eius vicarius, & dicti inquiſitores hereticorum voluerint ad hec peragenda fideliter aſſignare & mutare pro tempore ſi eis viſum fuerit opportunum oēs autē cōdemnationes vel pene vel occaſiōe hereſis facte fueriut neq; p cōtionē neq; p cōſiliū neq; ad vocē populi vllo modo, aut ingenio aliquo tpe valeant relaxari. Teneatur inſuper poteſtas ſeu rector oīa bona hereticoꝝ & teceptorū eoꝝ q̃ per dictos

officiales fuerint occupata ſeu inuenta cōdemnationes ꝓ his exactas diuidere tali modo deueniat in cōe vel ciuitatis loci ſecūda in fauorē & expeditionē officij deƭ officialibus qui tunc negocia ipſa peregerint. Tertio ponaƭ in aliquo tuto loco ſm̄ ꝙ dictis dioceſano & inqſitoribus videbit reſeruāda. expēdenda, cōſiliū eorundē in fauorē fidei, & ad hereticos extirpādos, nō obſtante huiuſmodi diuiſio in ſtatuto aliquo cōdendo. Si qs autē d cetero aliquod iſtorū ſtatutoꝝ ſeu cōſtitutionū attēptauerit debeƭ diminuere vel mutare ſine auctoritate ſedis apoſtolice ſpeciali poteſtas ſeu rector qui ꝓ tēpore fuerit in illa ciuitate vel loco teneaƭ eū tanq̃ deffenſorē hereticoꝝ publicū, & publicū fautorē ſm̄ formā preſcriptā ꝑpetuo publice infamie atq; punire in libra qnquaginta Imperialiū in pecunia numerata. Quā ſi exigere nō poterit eū maleficij bāno ſupponat, de quo eximi nō valeat niſi ſoluerit duplā dicte pucunie quātitatē teneaƭ ſiue poteſtas ſeu rector infra decē dies ſui regiminis ſindicare ꝑcedētē ꝓximū ꝑtātem vel rectorē & eius etiā aſſeſſores p tres viros Catholicos & fideles electos ad hoc p Dioceſanū ſi fuerit pñs. Et p fratres ꝑdicatores, & minores, & de his oībus q̃ in ſtatutis iſtis ſeu cōſtitutionibus & legibus cōtra hereticos & eorū cōplices editis continenƭ, & punire ipſos ſi exceſſerint in oībus & ſingulis q̃ omiſſerint, & cogere reſtituere de ꝓpria facultate. Non obſtāte aliq̃ licētia cōſilij vel alterius cuiuſlibet a ſindicatione fuerint abſoluti, iurabunt autē ꝑdicti tres viri bona fide ſindicare ꝑfatos de oībus ſupradictis. Ceterū autē teneaƭ poteſtas ſeu rector cuiuſlibet ciuitatis vel loci delere ſeu abradere penitus de ſtatutis vel capitularibus cōis quodcūq; ſtatutū vel cōdendū inueniāƭ ꝯdicere iſtis conſtitutionibus ſeu legibus ſiue quomodolibet obuiare. Et in principio & in medio ſui regiminis, hoc ſtatutū ſeu cōſtitutiones & leges in publica contione ſolemniter facere recitari. Et etiā in alijs locis extra ciuitatē ſuā vel locū ſicut dioceſano ſeu inquiſitoribus & fratribus ſupradictis videbiƭ expedire ꝓ eo oīa ſtatuta ſeu cōſtitutiones & leges, & ſi q̃ alie cōtra hereticos & eoꝝ cōplices tēpore aliquo auctoritate ſedis apoſtolice cōderenƭ in quatuor voluminibus vnius tenoris debeāt anotari. Quorū vnū ſit in ſtatutis cōis cuiuſlibet ciuitatis vel loci ſm̄ apud dioceſanū. Tertiū apud fratres ꝑdicatores. Quartū apud fratres minores cū oī ſinceritate ſeruenƭ ne poſſit p falſarios in aliquo violari. Datū Aūj. xij. Kal. Iunij Pontificatus nr̄i anno vndecimo.

¶ De eodem.

INnocentius Eps ſeruus ſeruoꝝ Dei, vniuerſis epis fidelibus ſalutē, & apoſtolicam benedictionē. Nouerit vniuerſitas veſtra, ꝙ nos ad inſtar felicis recordatiōis Gregorij pape ꝑdeceſſoris nr̄i excōicamus & anathematizamus vniuerſos gazaros patarenos, pauperes de Lugduno paſſaginos. Ioſepinos amaldiſtas ſpeiruſtas & alijſqbuſcunq; nominibus cenſeanƭ facies qdam habentes diuerſas ſcilicet caudas ad inuicē colligatas, qa de vanitate cōueniunt in idipſum. Damnati vero p eccleſiam ſeculari Iudicio relinquanƭ animaduerſione debita puniēdi. Clericis prauis a ſuis ordinibus degradatis. Si q autē de ꝑdictis poſtq̃ fuerint deprehēſi redire noluerint ad agendā cōdignā penitentiā in ꝑpetuo carcere detrudantur credentes autē eorum erroribus ſimiliter hereticos iudicamus.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutũ precipit, & ordinauit ꝙ oẽs portãtes granũ ſiue molandinarij, ꝗ portant granum ad molandinũ quocũq; modo portet in collo vel cum beſtijs ſeu aliter portet. Teneatur portare ad molandinũ granum vel blauã, ea die vel ſequẽti qua requiſiti fuerint, & qui cõtrafecerit puniat ꝓ qualibet vice in ſoldos. xx. ¶ Et credat Sacramento illius qui diceret nouiſſe portare vel tenuiſſe bladum ſuũ ſiue ad molandinum, & ꝙ blaua illius cuius prima portata fuerit vel tracta primo molat. Et tunc ipſa farina debeat reportari ſub pena & banno ſoldorũ. xx. Et notarij qui preerunt ad pẽſas debeant ſeruare p̄dictum modũ ſub predicto banno ſoldoꝝ. xx. & ſi in molandino alicuius ſachi, in ſachis vel alicui inuenta fuerit blaua ꝗ̃ nõ ſit penſata. Condemnetur molinarius in ſoldis viginti ꝓ quolibet modio, & vltra vt in ſuperiori capitulo continetur. Et p̄dicta oĩa & ſingula ſtatuta & ordinamẽta, & eoꝝ pene exigant & ſoluant in denarijs numeratis, & intelligant ad puꝝ & ſolũ intellectũ dñi Poteſtatis.

¶ Qđ quilibet debeat mundare granũ antequã mittat ad molãdinum.

ITem ſtatutum precipit & ordinat. Quod quilibet debeat mundare granum ad domum ſuam, anteꝗ̃ mittat ad molandinũ ſub pena & banno ſoldoꝝ. x. ꝓ quolibet & qualibet vice. Et farinarius ſeu portator, non debeat portare aliquod granum niſi mundatum fuerit ad domum illius cuius erit, & ſi contrafecerit ſoluat pro banno pro quolibet & q̄libet vice ſoldos. xx. & quilibet ſit accuſator & habeat medietatẽ bãni.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatuit precipit & ordinat, quod notarij de maltota ſingulis diebus quĩdecim debeant & teneantur cõſignare Iudicibus dñi Poteſtati libros ſuos de maltota ad examinundũ cum libris penſatoꝝ, qui ſtant ad penſas grani & ad videndũ ſi plus continetur in libris maltote de grano accepto ꝑ farinarios vel molinarolios ꝗ̃ ſit ſcriptum in libris penſatorũ cõis, & ſi inuentũ fuerit plus cõtineri in libris maltote de grano accepto ꝑ molinarios & farinarios. Illud plus habeat ꝓ non penſato. Et condemnetur farinarius vel molinarius q̄libet vice in ſoldis ſexaginta, & plus & minus arbitrio dñi Poteſtatis. Et ſi predicti notarij de maltota nõ conſignauerint ſingulis quindecim diebus libros maltote puniantur in ſoldis centum pro qualibet vice. & dñs Molini teneat & debeat rñdere ꝓ ſuis molinarijs & farinarijs ſui molandini, vel ipos pñtare in fortiã dñi ptãtis infra tertiã diẽ. Et ſi dictus molinarius nõ ſoluerit cõdenationẽ infra dies. xv. puniat in pſona. Arbitrio dñi Ptãtis. & ꝙ poteſtas faciat iurare notarios ꝗ colligent maltotã, ꝙ nõ oſtendẽt ſeu dabũt libros in q̄bus ſcribunt receptũ maltote notarijs penſi aliquo modo vel ingenio, nec eis dicent vel alicui alij aliquam quantitatẽ blaue ductam cauſa molendi nec quantitatem pecunie quam receperint pro maltota, & hec fiant ad euitandum ne aliqua fraus comitti poſſit in predictis.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliqua perſona ciuitatis Alex. vel diſtrictus vel aliunde, nõ ducat vel duci faciat ſeu trahi blauam, farinam, panem, legumen, bronum, vel aliq̄ aliud victuale extra ciuitatem vel diſtrictum ſeu poderium Alex. & qui cōtrafecerit amittat blauā farinam panem legumen. & quolibet aliud victualie carrū ſeu plauſtrū barocias naues· beſtias. ſachos barriles. & omnia cum qbus vel in qbus duxerint portauerint duci vel portari fecerint vel extrahi predicta vel eorum ſingula deueniant in cōmune Alex. cuiuſcunq; fuerint boues. carrum. plauſtrum ſeu barocie. beſtie naues ſachi & barriles. & quolibet aliud vndecunq; fuerit. & inſuper ſoluat ꝓ bañ quilibꝫ & qualibet vice, & ꝓ quolibet carro ſeu plauſtro & barocia libras. xxv. & de beſtia vna vel pluribus ꝓ quolibet vice libras decem, & de quolibet homine onerato libras. v. & de qualibet naui libras centū in denarijs numeratis, & plus & minus arbitrio Dñi Poteſtatis inſpecta qualitate rei & facti, & ſi dictū bannū ſoluere non poterit ſeu nō ſoluerit infra dies decē poſtq̄ captus fuerit, & in fortiā cōis peruenerit amputet̄ ei pes & quilibet ſit accuſator & accuſare poſſit quālibet perſonā cōtrafacientē, & detinere & conducere in fortiā dñi Poteſtatis & habeat medietatē banni & rerū & teneat̄ in credentiā, & credet̄ dicto cuiuslibet portanarij qui deputatus eſſet vel fuerit ad cuſtodiendum portas ꝓ plena probatione habeat̄. Et inſuper illi qui ſtant ad portas, & ad pōtē tanagri qui colligunt pedagiū debeant ſupereſſe & cuſtodire ne contra predicta vel aliquod p̄dictorū fiat, & ſi inuenerint aliquos vel aliquē contra de his & ſingulis q̄ Juditio ſtant & ordinamēto cōtinent̄ debeant ꝓhibere & detinere cum rebus & perſonis, & facere ꝙ veniant in fortia dñi Poteſtatis, & cōis Alex. ea die vel ſequēti, & quilibet debeat dare cuilibet eorū auxiliū & fauorē ad capiendū & detinendū eos & quēlibet cōtrafacientē & quilibet poſſit ꝑcipere cuilibet ꝙ predicta & quodlibet p̄dictorū faciat ſub illa pena que videbit̄ cuilibet ipſoꝝ, & illa pena que dicta & ꝑcepta fuerit per aliquē eorū alicui habeat̄ firma, ac ſi dñs Poteſtas eam feciſſet. Et predicta omnia ſint, & intelligantur ad plenum arbitrium iutellectum & voluntatem dicti dñi Poteſtatis ꝓut in oībus & ſingulis eidē videbit̄ expedire. Eo ſaluo ꝙ pro modico panis vel farine que nō videat̄ in fraudē extrahi arbitrio p̄tātis de banno ſoluendo vel non.

¶ De eiſdem.

Item ſtatutum eſt, ꝙ dictus Poteſtas poſſit elligere & habere ſuper omnibus & ſingulis predictis & infraſcriptis pertinentibus ad blauam & blaue cuſtodiende guardias priuatas & habeant medietatem de toto eo ꝙ accuſabunt & denunciabunt ſi de p̄dictis veritas poterit inueniri, & condemnatio inde facta fuerit excuſſa.

¶ De eiſdem.

Item ſtatuit precipit & ordinat, ꝙ ſi aliquod granū inuentum fuerit in aliquo molandino ciuitatis Alex. vel diſtrictus ꝙ granū non ſit mundatū & pēſatū & ſcriptū in libris penſatorū cōis, & ꝙ illud granū accipiat̄ & venale ponat̄ & pretiū ꝙ inde haberi poterit illi qui duxerāt illud granū vel alius operarius ipſius molandini aufferat̄. Ita ꝙ ipſum granū non aufferatur dño. Sed in eū perueniat, & perueniat in cōe Alex. medietas dicti precij. & alia medietas perueniat in accuſatorē qui eū accuſauerit vel acceperit dictū granū & eo ipm ꝙ inuentū fuerit granū in molandino non mundatum, & penſatum, & ſcriptū in libro penſatoꝝ cōis vt ſup. credat̄ ipſo & intelligat̄ & ꝓ plena ꝓbatione habeat̄. Ita ꝙ nō recipiat̄ probatio in cōtrarium ꝙ ipſum granū ductū & poſitū ſit in molādino cauſa ducendi illud extra Alex. & diſtrictum. Et ꝙ ille vel illi qui ipſum granū duxerit ſeu duci fecerit taliter & eo modo puniat̄ in amiſſiōe grani, & in omnibus alijs penis que conſtitute ſunt per dñm Poteſtatē & cōe Alex. ac ſi repertum fuerit ipſos duxiſſe illud granū extra Alex. & diſtrictū & cuiuſcunq; fuerit granū & ſiue reperirentur illi qui ipſum granum duxiſſent ſeu duci feciſſent ad molandinum ſiue nō reperirentur, quod nihilominus molinarius in cuius molandinum inuentum fuerit granum ſemper puniatur in omnibus & per omnia ſicut puniri deberet ille qui ipſum granum duxiſſet ſeu duci feciſſet ad molandinum. Et predicta omnia & ſingula

intelligantur ad plenum arbitrium & intellectum poteſtatis prout in omnibus & ſingulis videbitur expedire. Ita tamē quod dominus dicti grani ipſum recuperet. Et nullum damnum inde paciatur.

¶ De eiſdem.

Item ſtatuit precipit & ordinat ꝙ nulla perſona ciuitatis vel diſtrictus vel poderij Alex. vel aliunde portet, ducat, vel duci faciat. trahat vel trahi faciat blauam vel farinam legumen, panem, oleum, ſalem, vel aliquod aliud victuale de loco ad locum niſi per ſtratam rectam & conſuetam veniendo in Alex. Et qui contrafecerit amittat blauam farinam, legumen, ſalem, oleum vel aliud quodlibet victuale ꝙ traheret vel duceret vel duci faceret vel conduceret vel conduci faceret, & boues & carrum, ſeu plauſtrum barocias, naues, ſachos, barriles, & quaſcunq; beſtias cum quibus, & ſuper quibus duxerit ſeu duci fecerit vel portauerit, vel portari fecerit predicta vel aliquod predictorum cuiuſcunq; fuerint boues, & que beſtie, carrum ſeu plauſtrum boues barocie, naues, ſachi, & barriles, cum quibus & ſuper quibus ducerentur vel portarentur. Et inſuper ſoluat pro banno quilibet & qualibet vice pro quolibet carro ſeu plauſtro & barocia libras vigintiqnq;, & pro qualibet naui libras centum. Et pro qualibet beſtia libras decem & pro quolibet homine ſeu portatore libras quinq; in denarijs numeratis. Et plus & minus arbitrio dñi Poteſtatis & deueniant in cōe Alex, & quilibet ſit accuſator & habeat medietatem banni, & rerum. Et ſi predictam penam in quolibet predictorum caſuum non ſoluerit in denarijs numeratis infra dies decem vt ſupra in alio capitulo continetur perdat pedem.

¶ De eiſdem,

Item ſtatuit precipit & ordinat, ꝙ nulla perſona audeat vel preſumat portare vel portari facere aliquod genus blaue vel aliqua victualia per aquam vltra molandina que ſunt in flumine tanagri in ſuperiori & inferiori vodo inter ciuitatem & Bergolium in tantum quantum durat dictum flumen in poderio Bergolij per ipſum in quibus vodis ſunt molandina. Et puniatur qui contrafecerit modis omnibus tanquam publicus extrahens blauam.

¶ De eiſdem.

Item ſtatutum eſt, ꝙ omnes molinarij, & alij ſtantes in molandinis teneantur, & debeant ita cuſtodire ne blaua duci poſſit prope ſua molandina contra predicta ordinamenta. Alioquin accuſent omnes contrafacientes. Si aliter contrafecerit puniant̄ molinarij & cuſtodes cuiuslibet molēdini pro quolibet, & qualibet vice in libris. x.

¶ De eiſdem·

Item ſtatutum eſt, quod conſules & maſſarij, & alij officiales cuiuslibet caſtri ville & caſalis, ſeu alterius loci teneantur, & debeant denunciare & accuſare Domino Poteſtati quemlibet extrahentem blauam vel farinam, & legumen, & portantem & portari facientem de loco ad locum cōtra predicta & quolibet predictorum, & quod debeant & teneantur denunciare Domino Poteſtati quemlibet extrahentem & habentem famam extrehendi blauam, ſeu extrahi faciendi nunc vel temporibus retroactis in futurum extra poderium Alex. vel portantem ſeu portari facientem de loco ad locum nunc ſeu temporibus retroactis infra tertiam diem ab hodie in antea, & qui contrafecerit, & predicta non obſeruauerit ſoluat commune loci libras vigintiquinq;, & quilibet officialis de ſuo proprio auere libras quinq; in denarijs numeratis, quos a communi cuius officialis eſt, vel ab alio pro communi vel nomine communis vel ſingularis perſona nullo modo poſſit petere habere ſeu exigere. Et quod diceret conſuleret ſiue arengaret, vel de partito eſſet, quod dicto officiali deberet dari vel prouideri per commune vel ſingulares perſonas cōmunis. Soluat de ſuo proprio libras vigintiqnq;

in denarijs numeratis. quos ſi non ſoluerit infra dies decem puniantur in perſona arbitrio dñi Poteſtatis inſpecta qualitate ville & perſonarum.

¶ De eiſdem.

Item ſtatuit precipit & ordinat Dominus Poteſtas. Quod poteſtas & conſules maſſarij & alij officiales cuiuslibet caſtri ville ſeu caſalis ſeu alterius loci, & quelibet terra & vniuerſitas diſtrictus poderij Alex. & quilibet alius diſtrictus Alex. poſſit & debeat & teneatur capere & detinere in forcia Domini Poteſtatis, & communis, Alexan, conſignare quemlibet ducentem blauam, farinam, legumen vel panem cum dicta blaua, pane leguminibus, carribus ſeu plauſtris berocijs ſeu nauibus & beſtijs extra ciuitatem Alex. & habeat medietatem rerum. Farine grani blaue & panis & beſtiarum, carrum plauſtrum barociarum & nauium cum quibus portarentur & alia pars ſit cõmunis & predicta debeant conſignare in fortia communis & Domini poteſtatis ea die qua receperint vel ſequẽti ſub pena & banno librarum vigintiquinq; in denarijs numeratis quam ſi non ſoluerit infra dies decem puniatur in perſona ad arbitrium domini poteſtatis, & puniatur quilibet non attendens predicta in libris decem. Et poteſtas conſules & maſſarij & alij officiales in libris vigintiquinq; pro quolibet, & villa ſiue caſale, vel caſtrum, vel terra in libris quinquaginta & ſi aliquis vel aliqui de predictis in forcia cõmunis venerit & virtute predictorum vel alicuius ipſorum, & non cõſignauerit infra tertiũ diem dño Poteſtati vel ſuis Iudicibus, & quilibet ſit accuſator & habeat medietatem banni.

¶ De eiſdem.

Item ſtatuit precipit & ordinat, quod ſi aliqua perſona non debeat dare auxilium alicui ducenti ſeu extrahenti ſeu ducere volenti blauam farinam legumina vel panem extra ciuitatem Alex. vel poderium Alex. vel diſtrictum ſeu de loco ad locum, niſi duceret eam ad ciuitatem Alexan. per ſtratam rectam, & qui contrafecerit, & predicta non obſeruauerit ſoluat pro banno libras cẽtum in denarijs numeratis, & ſi predictas libras centum non ſoluerit infra dies Decem puniatur in perſona ad arbitrium Domini Poteſtatis.

¶ De eiſdem.

Item ſtatuit precipit & ordinat, quod ſi aliqua perſona auxilio ſuo vel fortia ſcamparet vel ſcampari ſeu euadere faceret aliquem ducentem blauam, farinam legumen ſeu panem, extra ciuitatem Alexan, vel diſtrictum Alex. qui detentus eſſet per aliquem vel aliquos, ſoluat pro banno quilibet contrafaciens pro qualibet vice libras quinquaginta Terdoñ. in denarijs numeratis. Et nihilominus teneatur & teneantur infra tertiam diem preſentare in palatio communis Alexã. domino Poteſtati vel ſuo Iudici vel militi illum vel illos quos ſcampaſſent vel ſcampari feciſſent cum dicta blaua farina leguminibus pane beſtijs bobus & plauſtro carro barocia vel naui cũ quo vel quibus & ſuper quo vel ſuper quibus portauerit ſeu portari fecerit & extraxerit ſeu extrahi fecerit ſupradicta. Quod ſi non fecerit ad terminum condemnentur in duplum extimationes dictarum beſtiarum bobum carri plauſtrorum nauis & nautũ blaue farine leguminum & panis quas vel que ſcampaſſet ſeu ſcampari feciſſet ſeu operã ad ſcampandum dediſſet, & ſi capi non poſſet vel in fortia domini Poteſtatis non veniret ille vel illa qui talia commiſſet puniatur in libris centum in denarijs numeratis. Et de dicto banno aliquo tempore non cancelletur niſi dictas libras centum ſoluerit in denarijs numeratis.

¶ De eiſdem.

Item ſtatuit precipit & ordinat, quod ſi aliquis rumor fuerit in aliqua villa caſtro, caſali, ſeu territorio alicuius caſtri ville ſeu caſalis, ſiue territorio alicuius eorum

occaſione alicuius blaue, farine ſeu leguminum, ſeu panis que ducerentur contra ſtatuta & ordinamenta, & contra deuetitum dñi Poteſtatis, ꝙ quelibet perſona illius ville caſtri caſalis & alterius loci debeat currere ad illum rumorem, & dare auxilium, & fauorem familie Dñi Poteſtatis, & quilibet alijs volentibus detinere predicta, & capere quoslibet contrafacientes, & eos cum blaua leguminibus & farina & pane cum plauſtris, ſeu carribus, barocijs & bobus & beſtijs & nauibus in fortia Domini poteſtatis, & cõis Alex. conſignare & hoc ſub pena & banno cõi loci librarum quinquaginta, & cõſulibus & officialibus in libris decem. Et cuilibet ſingulari perſone libras tres, & predicta omnia locum habeant ſi dictus rumor fuerit denunciatus per ceptores vel aliquos ipſorum poteſtati conſulibus, maſſarijs vicario vel officialibus dicti loci, & auxilium non dederint. Alioquin dictas penas non incurrant ad quas penas non teneantur, abſentes, vidue, orphani, & infirmi, & hoc totum in denarijs numeratis.

¶ De eiſdem.

Item ſtatuit precipit & ordinat. ꝙ aliquis locus caſtrum vel villa, caſalis diſtrictus & territorij Alexã. non permittat duci nec extrahi de dictis locis ipſis de dictis locis exiſtentibus blauam farinam legumen nec panem contra ordinamenta cõis, & facta per dñm poteſtatem, & ſi contrafactum fuerit ſoluat cõe illius loci, caſtri, ville ſeu caſalis libras quinquaginta pro qualibet vice, & poteſtas conſules & officiales in libris decem, & ſingularis perſona in libris tribus in denarijs numeratis infra ſextam diem, niſi denunciarent dño poteſtati & cõmuni Alex. facientes contra predicta cum blaua farina leguminibus & pane, & plauſtris ſeu carribus, bobus & nauib⁹ & beſtijs, & alijs cum quibus & ſuper quibus ducerent ad quã cõdemnationem ſeu bannum non teneãtur vidue orphani, & pupilli.

¶ De eiſdem.

Item ſtatuit precipit & ordinat, ꝙ omnia & ſingula ſtatuta & ordinamenta, & precepta ſint & intelligantur eſſe ad intellectum, & voluntatem dicti dñi poteſtatis reſeruando & retinendo ad ſe auctoritatem & arbitrium addendi & mutandi quãtitates predictorum bannorum dicti domini Poteſtatis. & addendi ſtatuta prout ſibi videbitur. Item minuendi quantitates predictorum bannorum dicti Domini Poteſtatis, & addendi ſtatuta prout ſibi videbitur & eius arbitrio quocienſcunq; voluerit & ſibi videbitur expedire.

¶ De eiſdem.

QVE quidem ſtatuta, & ordinamenta facta per dictum dominũ Poteſtatem auctoritate generalis conſilij lecta & publicata fuerunt in contione publica facta, & congregata ſono campanarum, & tubarum die martis vltimo menſis Nouembris Milleſimo Ducenteſimo Octuageſimo quarto vndecima inditione.

¶ De eiſdem.

Statuta & ordinamenta facta per Ancianos Populi & ſapientes tam populi q̃ cõis ſuper blaua reſtringenda intra ciuitatem Alex. & auctoritate eis data a gñali conſilio ciuitatis Alex. facta die Dñico Decimo Iulij.

¶ De eiſdem.

PRimo ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ omnes & ſingule perſone habitantes in Alex. vel diſtrictu ſiue que habent blauam in diſtrictu Alex. teneantur ducere vel duci facere in ciuitate Alex. tertiam partem totius blaue ſibi extimate per extimatores cõmunis Alex per totum menſem Auguſti ſuper plauſtro vel barocia vel alio modo, & aliter ducta non ſcribatur nec habeatur pro conſignata ſub pena & penis & bannis, que in capitulis cõis continentur, & liceat eis alias duas partes ſibi retinere pro ſuo vſu, tã pro ſementijs. Ita ꝙ nõ poſſint extrahere de ciuitate Alex. cum licentia poteſtatis, nec aliquo alio modo panem farinam legumen granum ſiue aliquod aliud genus blaue. Saluo ꝙ ſi aliqua perſona que habitaret in ciuitate Alex. duxiſſet ſeu duci feciſſet totam blauam ſibi extimatam per extimatores cõis Alexan. Poſsit & liceat ei extrahere blauam ſibi neceſſariam ad ſeminandum cum breue & licentia poteſtatis, ipſo iurante in preſentia dicti Domini Poteſtatis ſeu alicuius Iudicis, vel Iudicis ipſius Domini poteſtatis quod ipſam blauam ſeminabit ſeu ſeminari faciet in terris ſuis ſeu quas laborari faceret, & ꝙ ibi non habet ſementiam de qua poſsit ſeminare dictas terras.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatuerunt, & ordinauerunt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat condemnare faciẽtes contra predicta vel aliquod predictorum, vel non obſeruantes predicta per totum mẽſem Septembris, data deffenſione eis decem dierum per vocem preconis preconizata in villis & locis ciuitatis Alex. & diſtrictus & per ciuitatem Alex. & condemnationes inde ſubſequentes valeant & teneant, non obſtante capitulo quod loquitur de deffenſionibus decem diernm in ſcriptis dandis.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ extimatores blaue & notarij extimatorum teneantur & debeant ipſa die qua reddient Alex. dare & conſignare extima ſeu ſcripta extimi ipſius blaue que fecerint notarijs campanillis in banno ſoldorum centum pro quolibet quibus ſcriptis extimi habitis dicti notarij ad campanilis teneantur ipſa extima exemplare ſiue exemplari facere in vno libro in continenti, & poſtquã fuerint publicata teneantur & debeant notarij cuilibet perſone & vniuerſitati de ipſis ſcriptis & extimis eis pertinentibus copiam facere exemplandi & ipſa eis exhibere ſine aliquibus expenſis.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ extima publicentur infra octo dies poſtquã fuerint preſentata & exemplata vt ſupra.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ nulla perſona ciuitatis Alex. vel diſtrictus habeat vel teneat aliquam beſtiam aptam ad blauam portandam vel extrahendam. Et qui contrafecerit amittat ipſas beſtias, & pro vnaquaq; beſtia in ſoldis ſexaginta in denarijs numeratis, & quilibet poſsit accuſare & habeat medietatem banni inde excuſsi & beſtiarum ſiue pretij ipſarum prout vendite fuerint ad incantum, & capientes dictas beſtias ſi non conſignarent vt ſupra dictum eſt non habeant aliquam partem de predictis, & inſuper ſoluant pro banno pro vnaquaq; beſtia ſoldos centũ, & nihilominus teneantur ipſas beſtias conſignare. Saluo ꝙ liceat cuilibet perſone ciuitatis Alex. & diſtrictus tenere equos vel equas in honore ipſius & cõis Alex. aptos & decentes ad eqtandum cum licentia poteſtatis inſpecta qualitate equorum vel equarum, & tenentiũ vel equitantium eos equos & equas que licentia ſit ſcripta per notarios campanilis in vno libro ſine aliquibus expenſis eorum quibus dabitur dicta licentia, & aliter de licentia non credatur, & videlicet ꝙ tenentes equos vel equas in honore ſuo & cõis Alex. non teneantur de licentia habenda a poteſtate. Dũmodo equi vel eque ſint apti & decentes ad equitandum & inſpecta qualitate equorum vel equarum & equitantium, co ſaluo ꝙ liceat cuilibet perſone de Alex. & diſtrictus habere & tenere aſinum vel aſinã faciendo ſecuritatem de eo vel ea. Et ſaluo ꝙ liceat cuilibet perſone de Alex. & diſtrictus habenti molam de guado vel habenti guadum habere & tenere beſtias duas tam ad molendum quã ad portandum ipſum guadum pro vnaquaq; mola cum licẽtia vt ſupra. Et ſaluo ꝙ liceat cuilibet perſone ciuitatis Alex. non habenti famã extrahendi

blauam tenere equos vel equas in ciuitate Alex. cauſa preſtandi ad victurã cũ licentia vt ſupra. Qd omnes & ſingule perſone quibus conceſſum erit tenere dictos equos & beſtias vt ſupra teneantur & debeant iurar̃ & facere ſecuritatem de non extrahendo blauam cum ipſis beſtijs nec cõmodare alicui extrahenti blauã vel extraher̃ volenti vel alio modo cõcedere ſub pena librarũ decẽ ꝓ vnaquaq; beſtia & dicte beſtie ſignent̃ ſigno cõis de cuius ſecuritatis non poſsint habere notarij ad hoc cõſtituti vltra terdoñ. & conſules. & rectores uillarum ciuitatis Alex. & diſtrictus teneant̃ & debeant accuſare ſeu denunciare poteſtati Alex. omnes & ſingulas ꝑſonas tenentes & habentes beſtias contra p̃dictam formam poſt terminũ ordinatũ. & ſi reperirentur alique beſtie in villa caſali loco vel territorio alicuius loci vel ville contra p̃dictam formã, rectores ſiue conſules cniuslibet loci ſiue ville ſoluant & ſoluere teneant̃ ſoldos ſexaginta ꝓ qualibet beſtia & pro qualibet vice. & poteſtas teneatur ipſum bannum excutere in denarijs numeratis, aliqua allegatione non audita, & predicta locum con habeant in equis qui tenentur pro communi.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum & ordinatũ eſt, ꝙ omnes & ſinguli de dictis villis caſalibus diſtrictus Alex, teneant̃ & debeant ducere ſeu duci facere blauam ſibi extimatã per rectam ſtratam a loco ſuo vbi extimata eſt, & Intrare ciuitatem Alex. in portam & per portã propinquiorem ipſi loco ordinatam, & ibi faciat eam ſcribi notarijs ad hoc conſtitutis & directa via ducat eam in plateam. & eam ibi ſcribi faciat notarijs conſtitutis ad hoc & alio modo ducta, ꝓ ducta vel conſignata non habeatur.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi fuerit Inuentus aliquis, ire vel redire per fraſchetam vel zerbam fraſchete vel alibi in diſtrictu Alex, extra ſtratas vel vias publicas cum beſtia vel beſtijs ponderatis grano vel ſale oleo vel alia aliq̃ re ſeu alio victuali amittat beſtias, granũ ſalem oleum blauam. & quodlibet aliud victuale & ſoluat cõi Alex. pro pena libras decem terdoñ in denarijs numeratis quilibet & q̃libet vice ſiue ſit vna beſtia ſiue plures. Quam penam peccuniariam. ſi ſoluere non poterit amittat pedem & victuale intelligatur inter alia beſtie pingues aptas ad macellũ.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ quilibet poſsit denũciare & accuſare quamlibet perſonam trahentem blauam vel que traxiſſet blauam tempore poteſtatis pñtis, & tenentes beſtias contra vetitum cõis. & facientes cõtra ordinamenta facta occaſiõe blaue, cui accuſatore & denunciatori credatur ſi accuſatio. & denunciatio probet̃ per teſtes vel alio modo, quorũ nomina & dicta teſtium dentur accuſato ſi petierit, & accuſator & denunciator teneatur priuatus, & habeat partem blaue, beſtiarum & aliarũ rerũ & bannni ordinatã & alio modo ꝑ accuſatorem denũcitorẽ ꝑ guardiã priuatam ꝑ poteſtatẽ non poſsit fieri cõdemnatio. Nõ obſtante caplo ꝙ credat̃ guardijs priuatꝭ quod ſic Incipit. Item ꝙ Dñus poteſtas poſsit elligere.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ Ad hoc vt blaua melius cuſtodiat̃. & ne de ciuitate extrahat̃, & ꝙ aq̃ bealis ponat̃ in foſſato deuerſus portã Ianuenſam q̃libet die ſabbati in veſperis, vſq; ad diẽ dñicam ſeq̃ntẽ ꝑ totã diem, & ꝙ murus porte recolte quo aq̃ tenet̃ prope ipam portã rumpat̃. & aperiat̃ ad p̃ſens deſubter eo mõ quo rupt⁹ & apert⁹ fuerit murus porte fori vel alio mõ ꝓut melius videbit̃. Ita ꝙ aq̃ melius poſsit labi & diſcuerret̃ mõdato foſſato & ducẽdo terrã in tanagrꝫ. & ſub ſeq̃nter fiat de alijs cõcijs q̃ ſunt in ipſo foſſato, tam ad portas q̃ alibi, & ꝙ p̃dicta omnia fiant cõſilio arbitrio & voluntate rolandi ſcorteagalli.

❡ De eiſdem.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ de hominibus morãtibus in ciuitate fiant cẽtenarij, & capita ipſorũ ad modũ inferius ſcriptũ q vadãt & ire teneanť ad cuſtodiã blaue inqrendũ extrahentes blauã videlicet ꝑ quattuor bonos homines & legales, ellectos ꝑ notarios cãpanilis q teneanť ire in exercitũ ꝑ ipſos notarios cãpanilis cũ vno ex militibus dñi Ptãtis, & vna cũ militibus Alex. ſm modũ infraſcriptũ videlicet ꝙ capita ipſorũ centenariorꝫ ſiue noia illorũ ponanť in vno ſacculo, q ſacculus cũ ipſis nominibus cuſtodiať ꝑ ipſos notarios cãpanilis & ſemꝑ in ebdomada qualibet & plus ad voluntatẽ ptãtis & ancianorũ in vno ſacculo ꝑ notarios cãpanilis, & extrahať ad fortunam vnus ex p̃dictis capitibus ſiue hominibus, & ille ſit extractus cũ hominibus cẽtenarij ſui cũ ex militibus dñi ptãtis, & cũ tot militibus Alex. quot videbiť. D. poteſtati Alex. vadãt & ipſi teneanť ad cuſtodiã blaue, & ad inquirendũ extrahentes blauã ꝑ diſtrictum Alex. vbi & ſicut dño Poteſtati, & ancianis & dicto capiti. Ita ꝙ illi qui ſemel iuerint amplius ire nõ teneanť niſi prius alij iuerint, & illi qui iuerint habeant partem blaue & aliarũ rerũ, & bene ordinata, & qui noiatus, vocatus vel requiſitus fuerit ad eundẽ, & nõ iuerit puniatur qualibet vice in ſoldis viginti & caput in ſoldis ſexaginta, & miles in ſoldis centum.

❡ De eiſdem.

QVE quidem ordinamenta lecta & publicata fuerunt in publica contione facta die lune primo Auguſti.

❡ Quod aratores poſſint brazatam ſuam extrahere.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aratores qui batẽt blauã alicui ciui Ale. poſſint & debeant habere licentiã & blauã extrahere q̃ lucrati fuerint de brazata ſua ad locũ in quo moranť habito breue & licẽtia a cõi Alex. & hoc p̃conizeť ſup lapidẽ ſup quo cõcionat⁹ eſt ꝑ ptãtem Alex. per primos quattuor dies intrante madio ſi placuerit conſilio.

❡ De meſſe vel lignis extra poderium Alex. non ducendis.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ nulla ꝑſona poſſit ducere ſeu duci facere extra diſtrictum Alex. meſſem, ligna, fenũ ſtramũ nec letamẽ, additũ eſt huic capitulo vinũ vel vuas, nec panellos linoſe. Et qui cõtrafecerit ſoluat qlibet & q̃libet vice ſoldos centũ, & amittat plauſtrũ boues & beſtias cũ quo ſiue cũ quibus ducerenť p̃dicta vel aliquod p̃dictorum & quilibet poſſit ipſas beſtias boues & res capere & habeat medietatẽ banni & rerum captarum, & teneatur poteſtas ſine tenore.

❡ De non ducẽdo linoſam neque blauam extra Iuriſditionem Alex.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ quilibet poſſit impune ducere & duci facere de Alex. & diſtrictu oẽs mercantias p̃ter blauã & linoſam, & p̃ter carnes ſiccas & recentes, caſeũ graſſum ſepum, pullos, oua, & p̃ter porcos aptos ad occidendum caſtronos, & boues pingues & agnellos quocunq; voluerint ad ſuam voluntatem cum ſoluerint pedagium, & maltotas de ipſa mercãtia ſm cõſuetudines Alex. & attẽdanť ſine tenore. Et ſi quis p̃dictas res ꝓhibitas duxerit vel duci fecerit amittat ipſas res, & qlibet poſſit eas cape. & medietas ſit capientis, & alia cõis ſit Alex. Eo ſaluo ꝙ ſi aliqs duxerit aliq̃ ex p̃dictis rebus vetitis in Alex. ad vendendũ, & eas vendere nõ poterit, liceat ei dictas res nõ vẽditas, excepto grano, blaua, & vino, poſtq̃ ipſas tenuerit in Alex. per tres dies ad minus ducere vel duci facere quo voluerit cũ licẽtia dñi Vicarij vel Capitanei ſoluendo Pedagio conſueta. Dum tamen ipſas res nõ ducat nec duci faciat ad inimicos cõis Alex. ſiue ad terram inimicorꝫ dicti cõis.

❡ De linoſa non extraenda extra ciuitatem Alex.

ITe ſtatutũ eſt, ꝙ null⁹ homo de Alex. vel diſtrictu vel aliũde poſſit extrahere linoſam de diſtrictu Alex. & q cõtrafecerit amittat ꝓ quolibet modio ſoldos. lx. papienſium, & nihilominus amittat beſtias plauſtrũ, & boues & panẽ ſup qbus ducerẽt ipſam linoſam, & ſit in bãno de maleficio donec ſoluerit bannum, & hoc ſine tenore.

❡ Quod quilibet poſſit ducere blauam in Alex.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ quilibet qui nõ ſit inimicus nec guarrierius cõis Alex. poſſit ducere blauã in Alex. ad vendendum ſine pedagio preciſe & ſine tenore.

❡ De non portando aliquod victuale ſine breue.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ aliqs nõ poſſit extrahere panẽ granũ, nec aliã blauam, ſine breui, non obſtante aliquo capitulo preciſe, & ſine tenore.

❡ De blaua ducentibus in Alex. habentibus in villa.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ liceat cuilibet ciui Alex. habẽti blauã in aliqua villa Alex. ipãm blauam de ipſa villa ducere ad ciuitatẽ Alex. nec per homines ipſius ville ſiue per maſſarios ꝓhiberi poſſit ſeu per maſſariũ vel ꝑ rectorẽ ipſius ville aliquo modo quin ipſam blauam libere trahat & ducat ad ciuitatẽ Alex. ſemꝑ & quandocũq; voluerit ad ſuam voluntatẽ, & quilibet ipſarũ villarũ qui cõtrafecerit ſit in bãno librarũ centum quotiens ꝑ homines ipſius ville ſiue per maſſarios vel rectores vel poteſtatẽ ꝓhibẽtur dictos ciues Ale. dictã blauã ducere ad ciuitatẽ Ale. & ipẽ poteſtas vel maſſarius libr. qnquaginta, & hoc totum preciſe & ſine tenore, & poteſtas Alex. teneatur banna excutere infra dies quindecim poſtq̃ fuerit comiſſa ſine tenore.

❡ Quod dñs poteſtas vel eius iudex ſeu miles teneatur ire cũ militia.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ poteſtas Alex. vel Iudex ſeu miles ipſius teneať qualibet ebdomata ſemel & totiens quotiens requiſitus fuerit per maiorẽ partẽ ancianorum populi niſi importunitas temporis impediret equitare cum militia Alex. tota vel parte ſicut ei videbiť per diſtrictum Alex. ad inquirendũ extrahentes blauam & ad cuſtodiã blaue capere, & quaslibet perſonas cum rebus & beſtijs quas inuenerit facere contra ordinamenta blaue capere & captos ducere in fortiam cõis, & ipſos punire ſecundum ſtatuta & ordinamenta facta ſuper blaua.

❡ Quod dñs poteſtas nec eius familia debeat habere partem de aliquibus per ipſos captis.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ dñs Poteſtas nec eius familia poſſint modo iure ſiue cauſa habere partẽ de aliquibus beſtijs blaua ſale capto vel capta per familiã ipſius vel per aliquos alios nec de aliqua re capta, nec ipſas beſtias blauã vel rem emere vel emi facere per ſe vel per aliũ, & ſi contrafecerit puniať ꝓ quolibet & qualibet vice in libris vigintiquinq; Terdoñ de ſuo ſalario diminuendis, & nihilominus partẽ habitam vel receptam reſtituere teneať ſub p̃dicta pena. Et hoc totum attendať ſine tenore, nullo ſtatuto reformatione vel prouiſione ancianorum in contrarium non obſtante.

❡ Quod nulla perſona debeat ire nec ſtare cum armis in aliquo loco occaſione ſeruitij alicuius perſone vel vniuerſitatis pro aliqua rixa.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ aliquis de Alex. diſtrictu ſeu Iuriſdictiõe, cũ armis nõ poſſit, nec debeat audeat nec preſumat ire vel ſtare in ſeruitio pro ſeruitio vel occaſione ſeruitij alicuius ſingularis perſone vel vniuerſitatis ſeu loci occaſione alicuius rixe q̃ fieret vel moueretur in aliquo loco ſeu mota eſſet, nec occaſione offendendi aliquam perſonam ſine expreſſa licentia in ſcriptis habita & qui contrafecerit puniatur in libris. D. quod bannum ſi non ſoluerit ad terminum condemnationis domus ſua fundit⁹ diruatur, & bona ſua publicentur cõmuni, & eodem modo vendãtur vt in ſupraſcripto capitulo proximo continetur, Ita ꝙ dictum bãnum ex dictis bonis peruenIat in cõmune

Et quod poteſtas teneatur & debeat inquirere & inquiſitionem facere aduerſus contrafacientes vel infamates contrafeciſſe ponendo ipſos ad curlum ſeu tormentum, ſeu quocunq; alio modo, ſtatuto aliquo. Non obſtante, & ſpecialiter ſtatutum quod loquitur de non ponendo aliquem ciuem Alex. ad curlum ſiue aliquo alio ſtatuto, Quã penam ſoluere teneatur communi Alexan. de bonis ſuis, Ita quod dos vxoris vel nurus vel aliquis alius contractus per eum factus cum aliqua perſona non poſſit deffendere vel excuſare quin dictum bannum ſoluant in cõmuni in bonis & rebus, que & quas tenebat & poſſidebat eo tempore quo faceret vel veniret contra predicta. Ita quod ea bona que tunc temporis teneret, & poſſideret intelligatur & preſumatur eſſe ſua, non obſtante aliquo contractu ante facto vr ſupra,

¶ De faciendo terminari boſchum cerrete ⁊ ſoꝛbeale.

ITem ſtatutum eſt, quod Poteſtas & Iudex ferratie teneantur & debeant preciſe, & ſine tenore, boſchum cerrete & ſorbeale facere terminari vſq; ad Kalendas Aprilis proximi futuri ſcilicet quamlibet ſedecenam per ſe, per terminos vel montrucos inter vnam ſedecenam & aliam factos, factos ſicut deſignate & terminate fuerũt, & diuiſe alias per Dominum Carlum reynaldum. Et Maracium muniellum tunc maſſarios conſtitutos per homines de gamondio ad predicta facienda. Qua diuiſione ſiue diuiſionibus ſedecenarum fuerunt inſtrumenta facta & plura perfecta manu publici notarij. Que inſtrumenta perfecta dictus Iudex qui preerit officio ferratie teneatur & debeat infra octo dies poſtquam intrauerit regimen ſiue officium ferratie facere publice preconizari in quarterio gamondij per ciuitatem & caſſalia, & villas quarterij gamõdij, quod omnes & ſinguli qui hebent inſtrumenta perfecta de diuiſione alicuius ſedecene boſchi cerrete & ſorbeale teneantur & debeant ipſa inſtrumenta dare & cõſignare dicto Iudici infra tertiam diẽ, ſub pena & banno eius arbitrio aufferenda, Et ſi hoc modo inſtrumenta omnia totius predicte diuiſionis dictus Iudex habere non poſſet teneatur & debeat Raynerium blanchum notarium qui habet librum in quo ſcript quelibet ſedecena per ſe facere comparere coram ipſo & ei precipiat ſub certa pena quod de qualibet ſedecena dicti boſchi de qua non reperiretur inſtrumentum perfectum proficiat inſtrumentum vel perfici faciat. Et illud de illis de ſedecena vel capitibus conſtitutis vel conſtituendis per ſedecena faciendo dictus Iudex dicto Raynerio ſolui & remunerari de quolibet inſtrumento perfecto ab ipſo ab illis de ſedecena quantum ſolutum fuit alias illi notario qui ipſa perfecit, Et ſi non reperitur quantum eidem notario ſolutum fuiſſet fiat ſolutio arbitrio iudicis ferratie qua determinatione & diuiſione facta vt ſupra illi de ſedecena qualibet que eis aterminata, & deſignata fuerit, & de qua habuerit inſtrumentum ipſam ſedecenam tam proprietatem terre quam lignorum, & redditus ipſius habeant teneant & poſſideant, & godiant iure proprij allodij ad ſuum arbitrium & liberam voluntatem ſcilicet pro rata ſui extimi quo reperiretur eſſe in dicto extimo ſeu quo reperiretur ab aliquo acquiſiuiſſe ſeu aliquo iuſto titulo habuiſſe licet non eſſent inſtrumenta, & intelligatur eſſe acta & facta eo ſaluo ꝙ nullus poſſit partem quam haberet in dicto boſcho cerrete alicui perſone qui non ſit de quarterio gamondij alienationem vel obligationem facere quoquo modo. Et ſi fieret non valeat ipſo iure, & quiqui habeat partem in aliquibus de dictis ſedecenis ſine legitimo herede deceſſerit vel qui non poſſet ſuccedere iure hereditario vel alio modo ex teſtamento vel ab inteſtato, & omnes & ſinguli ſcripti in illa ſedecena in qua etat deffunctus eidem ſuccedant ſcilicet quelibet perſona pro ea parte pro qua eſt in extimo in illa ſedecena. Et predicta omnia & ſingula infeaſcripta teneatur Poteſtas, & Iudex ferratie attendere & obſeruare cum effectu in qualibet parte ſui. Non obſtante aliquo ſtatuto decreto ſeu ordinamento vel reformatione ſeu prorogatiua Communis vel Populi Alexandriæ, vel Communis Gamondij, quod vel que predictis vel alicui predictorum in aliquo obuiaret. Et ſi quod ſtatutum decretum

reformatio vel prerogatiua populi eſt vel fieret in contrarium ſupraſcriptis vel aliquibus infraſcriptorum ex nunc prout ex tunc ex certa ſcientia illas & illa caſſant & irritant & nullius eſſe volunt momenti cõe & homines Alex. & maxime homines & vniuerſitas cõis & hominum de Gamondio. Immo predictum ſtatutum, & oĩa & ſingula que continentur in ipſo. poteſtas & iudex ferratie attendere & obſeruare preciſe & ſine tenore ſub pena librarum centum Terdoñ de ſuo ſalario in quibus ipſo iure condemnatus ſit & eſſe intelligatur ac ſi per ſindicatores qui elligentur vel elligi conſueuerunt ad ſindicandum poteſtatem finito ipſum regimine cõdemnatus eſſet quarum librarum centum medietas ſit & peruenire debeat in cõe Alex. & alia medietas in vniuerſitate hominum de Gamondio de quo facto de aliqua parte ipſius, non põſſit peti licẽtia vel abſolutio, & ſi petita & data fuerit nõ valeat ipõ iure. Immo incidat ille ꝙ ipſam petierit ſiue obtinuerit ſiue nõ in penã ſuperius nominatam,

¶ De ponte vno faciendo in rugata Lanzanoꝛum.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ preſens vicarius & qui pro tempore fuerit ſub pena librarum Decem de ſuo ſalario eidem aufferẽda teneatur & debeat facere fieri vnum pontem in quarterio Marenghi in rugata Lanzanorum vbi dicitur ad pontem de gatto infra duos menſes poſt introitum ſui regiminis, & ꝙ poſſit & debeat cõpellere clauarium cõis Alex. ad faciendum dictum pontem ponendo eidem penam & bannum vt ipſum pontem fieri faciat infra predictum tempus ad ſuam voluntatem Eodem modo & forma fient duo pontes in quarterio Gamondij ſuper betale molandinorum de beccharijs vnus quorum fiat ſuper betale prope ſedimen pagani rane, & manuellis ferri & alius prope domum ottobonis gamondorij.

¶ Quod quilibet magiſter manarie ⁊ muri poſſit ſtare in Alex.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt pro cõi vtilitate, ꝙ quilibet magiſter manarie, & muri ciuis Alex. vel nõ poſſint & debeant libere & ſecure ſtare & laborare in Alex. & diſtrictu ſine eo quod iurent vel intrent ſocietatem magiſtrorum manarie & muri. Et q; nulla perſona de Alex. vel diſtrictu audeat vel preſumat accipere vel conducere ad laborandum aliquem magiſtrum manarie ſiue lignaminũ nec aliquem magiſtrum cazolie ſiue muri ſub infraſcriptis modis, & ꝙ ĩfraſcripti magiſtri lignaminis & muri non audeant vel preſumant locare operas ſuas alicui perſone ciuitatis Alex. vel diſtrictus nec accipere pro eorum operibus pro qualibet die, niſi vt infra ſub pena & banno ſoldorum ſexaginta pro quolibet magiſtro & qualibet vice quod contra ſupraſcripta & infraſcripta fieret per aliquem ipſorum & quilibet poſsit accuſare & eidem credatur cum vno teſte, & habeat accuſator tertiam partem banni, videlicet quod predicti magiſtri muri & manarie habeant & accipiant & habere & accipere poſſint pro qualibet die a Kalendis Nouembris vſq; Kalendas Aprilis ſoldos ſex Terdoñ. & a Kalendas Aprilis vſq; ad Kalendas Iunij ſoldos ſeptem Terdoñ. & a Kalendas Iunij vſq; ad feſtum Sancti Michaelis ſoldos octo Terdoñ. & a feſto Sãcti Michaelis vſq; ad Kalendas Nouembris ſoldos ſex Terdoñ. & non plus. Et qui contrafecerit in aliquo contra predictam formam puniatur vt ſupra. Et de hoc dictus dominus Vicarius & eius Iudices poſſint inquirere & inquiſitionem facere quandocunq; eis videbitur. Et contrafacientes punire & condemnare & Dominus Vicarius teneatur & debeat infra quindecim dies poſt introitum ſui regiminis facere preconizari per Ciuitatem. Et hoc preciſe & ſine tenore eandem penam ſubſtineant & ſubſtinere debeant conducentes predictos magiſtros, vel aliquem ipſorum qui contra predicta fecerit.

INCIPIT LIBER SEPTIMUS DE LABORERIIS COMMUNIS ET DE ALIIS LABOrerijs pertinentibus ad alia qnarteria ciuitatis.

HEC Et omnia infraſcripta, & etiam omnia alia & ſingula ſtatuta & ordinamenta loquentia de laborerijs faciendis valeāt & obſeruentur in omnibus. Saluo quod ſi aliquis vel aliqui cōquererentur vel dicerent poteſtati. ſe ex ipſis ordinamētis vel aliquo ipſorum iniuriam vel damnum magnum pati poteſtas teneatur & debeat per ſe vel per alium illud videre ſeu videri facere. Et inde facere ſecuudum quod ſibi & illis videbitur. quibus comiſſerit opus ad videndum eſſe faciendum videbiť. Et eo ſaluo quod ſi aliquis ex maſſarijs ſcriptis in aliquo ipſorum ſtatutorum mortuus eſt vel abſens. Ita quod non poſsit laborerio ſup eſſe, ſurrogeť ali⁹ quē pōtas volet, & cū cōſilio illoꝝ quos ſecū hr̄e voluerit.

¶ Statuta pertinentia ad laboꝛeria cōmunis.

ITem ſtatutum eſt, quod omnia capitula laborum & facta ſuper laborerijs ſint firma & attendantur & obſeruentur, excepto quod maſſarij dictorum laboreriorū que fient per cōmune & occaſione cōmunis Alex. qui cōtinentur in ipſis capitulis ſint caſſi & irriti & remoti a laborerio ipſorum laboreriorum. & alij elligantur per poteſtatem & Ancianos populi Alexnn. Ita tamen quod nullum laborerium fiat expenſis cōmunis Alex. in totum vel in partem, niſi fiat negotium & laborerium quod ſit cōmunis Alex. quo caſu illud laborerium fiat ſi placuerit conſilio Alexā. Non obſtante aliquo ſtatuto facto vel ꝙ fieret in contrarium ſine tenore.

¶ De via in flumine tanagri nauibus facienda.

ITem ſtatutum eſt, preciſe & ſine tenore quod poteſtas teneatur & debeat dare & dari facere viam bonam & aptam illis ducentibus naues per flumen tanagri. Dare & dari facere viam bonam per illos qui habent molandina & voda in dicto flumine. Ita quod bene poſsint ire & redire cum nauibus & mercancijs per dictum flumen tanagri ſine aliquo impedimento & qui cōtrafecerit det & ſoluat quilibet & qualibet vice ſoldos ſexaginta in denarijs numeratis & quilibet poſsit accuſare. Et credatur cuilibet de conſilio ſuo ſacramento niſi aliquis eſſet qui nolet dare viam bonam & nauis feriret in aliquod molandinum, & de hoc eueniret aliquod damnum alicui vel ipſi molandino. Ducentes nauem non teneantur ad aliquam reſtitutionem damni, & quod arbores & alias res nocentes ducentibus naues incidanť ſi ille cuius erunt noluerit incidere. ꝙ ducentes naues poſſint eas incidere ſine tenore.

¶ De pluſa Gamalerij manutenenda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ maſſarij molandinoꝝ debeāt ire ad pluſam bealis de Gamalerio de qndecim in qndecim diebus & pōtas teneať fieri facere in dicta pluſa qcquid opus fuerit ad dictā pluſam manutenēdā & cōſeruandā & ꝙ nemo debeat buſchalare ſuper dictam pluſam de Gamalerio, nec accipere aliquid de dicta pluſa, nec ſuper guarnimentum dicte pluſe ab vnoq; latere, nec ab alio nec deſubter beale, nec deſuper tantum quantum tenet guarnimentum ripe. Et quod elligatur ad dictam pluſam

guardia vna, que cuſtodiat ipſam & res ipſius pluſe ſecundū conſuetudinem preteritā. Et ſi aliquis reperiretur deportaſſe vel de portare de rebus dicte pluſe puniatur de malefitio ſicut feciſſet furtum, & ꝙ denunciet oibus hominibus qui habent arbores ſuper ripam bealis que noceant ne aqua veniat in ciuitate ꝙ ipſas debeant incidere ſub pena ſoldoꝝ cētū. Et ꝙ de nouo diſcernať pars bealis & ab vna ripa & ab alia determineť. Et poteſtas teneatur quolibet menſe ſemel ire ad videndū dictam cluſam vel mittere vnum ex iudicibus vel militibus ſuis, & teneatur poteſtas facere conſilium generale infra menſem poſt aperturam capitulorum & in ipſo requirere conſilium de meliorando & inforzando dictam cluſam & qualiter poſſet vtilius meliorari & inforzari vel de lapidibus calcinarijs vel alio modo. Et inde ſequi voluntatem conſilij, & additum eſt huic capitulo, ꝙ poteſtas qui nunc eſt vel pro tempore fuerit teneatur facere duci. cc. plauſtra lapidū ad dictam cluſam ad manutentionē dicte cluſe omni anno de menſib⁹ Aprilis & Madij ſine tenore in banno libr. quinquaginta de ſuo ſalario & ſine tenore duci faciat dictos lapides. Et ꝙ teneať excuttere & excuti facere oēs talias factas occaſione dicte cluſe & bealis a quocunq; & ſine tenore.

¶ De Lapidibus figendis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneať p̃ciſe & ſine tenore facere figi pallos. lxvj. ꝗ ſunt ꝓ pocluſam ſubter arenam & quadraginta ꝗ ſunt in caſtro nouo & ipſam cluſam facere aptari in arbitrio boni viri bene & optime & hoc ꝑ totū mēſem Aprilis ꝓximi.

¶ De Maſſario cluſe Gamalerij elligendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas preciſe & ſine tenore teneatur infra quindecim dies ꝓximos cū conſilio Ancianoꝝ populi elligere vnum maſſariū ſup cluſa & beali cōis tam extra ciuitatē Alex q̄ intus. Qui maſſarins Sacramento teneať ire ad dictam cluſam de quindecim in qndecim diebus, & qui teneať & debeat denunciare dn̄o Poteſtati ꝙ ire debeat ad dictam cluſam ꝓut ipſe tenetur in capitulo ſpeciali, & ipſam denunciationem ſibi factā faciat ſcribi Qui maſſarius nō poſſit habere vltra libras ſex in quolibet anno a cōi vel ab illis qui tenent molendina que ſunt in beali occaſione ſue maſſarie, & ꝙ poſſit & debeat etiam denunciare ipſe maſſarius domino poteſtati vel ſuis iudicibus vel militibus illos homines vel perſonas qui haberent vel facerent aliqđ ꝙ noceret ne aqua poſſet labi per ipſum beale ſine impedimēto tam intus q̄ extra, ꝓut conſuetum eſt & homines Alex, & accuſare quemlibet qui faceret offenſionem in dicta cluſa.

¶ De eodem ⁊ de tranſuerſu burmie veniendo a Gamalerio.

ITem ſtatutum eſt ꝙ tranſuerſus burmie vendatur de anno in annū, & vſus aque & aquarolia lini, & preciū ipſorū ponatur penes prepoſitum humiliatorū. Ita ꝙ de ipſo precio non poſſit aliquid expendi niſi ſolomodo in dicta cluſa Gamalerij & ꝙ dictus dn̄s Prepoſitus teneatur dare ſiue elligere vnū fratrem qui ſciat ſcribere qui poſſit & debeat expendere dictos denarios in dicta cluſa quando neceſſe fuerit, & ei denunciatum fuerit per dictum maſſarium. Et de quibus omnibus dictus poteſtas teneatur & debeat attendere cum effectu ſine tenore.

¶ Quod agnati maſſarioꝝ clericoꝝ alicui laboꝛerio communis non babeant partem in opere.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis fuerit ellectus ꝓ cōi maſſarius ſiue ſuperſtes alicuius laborerij ꝙ fieri debeat ꝓ cōi ꝙ ipſe vel aliquis de agnatis ſuis nō debeat hr̄e partē cum illo qui opus acceperit ad faciendū neq; cum ipſo aſſociatus eſſe. Et qui contrafecerit ſit in banno librarum decem ſine tenore.

¶ De expenſis cōis. ꝙ fiant per homines religioſos in laborerio cōis.

Item ſtatutum eſt, quod expenſe que fient pro Laborerijs communis vel pro communi intus ciuitatem & extra fiant & fieri debeant per bonos homines religioſos morantes ad domos humiliatorum elligendos per prepoſitum. Et hec attendantur ſi placuerit conſilio ſine tenore.

¶ De cooperiendo viam per quam deriuatur aqua bealis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis deriuauerit aquam bealis in ciuitate vel extra ꝑ vias publicas ſeu de foſſato ciuitate Alex. debeant cooperire viam ſiue ripam per quā deriuat aquam quacunq; de cauſa de lateribus ſiue de bonis aſtidibus. Ita quod plauſtra & beſtie cōmode poſſint ire per ipſam viam, & qui contrafecerit det pro banno ſoldos viginti pro qualibet vice.

¶ De videndo foſſata Alex. circunquaq; per Poteſtatem.

Item ſtatutum eſt, quod Poteſtas teneatur ire cum ſapientibus circumquaq; ciuitatem Alexan. Et facere fieri totum id quod videbitur ſapientibus Alexan. qui ſecū iuerint ad maiorem ſecuritatem ipſius ciuitatis, & videre omnes gabas & arbores exiſtentes in foſſato ciuitatis vel ripa eius, & ipſas Gabas & arbores facere incidi & tolli. Ita quod in cōe perueniant.

¶ De foſſis ad roſtam faciendis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas Alex. per totum menſem Aprilis teneatur facere fieri ad roſtam duas follas vel molandina, ſeu aliud opus, ſicut placuerit conſilio, & debeat rogare miniſtros omnium domorum humiliatorum quod preſtent ſibi libras quinquaginta quos denarios habeat & habere debeat frater qui ad predicta facienda elligetur. Et ipſos expendere in dictis follis vel molandinis faciendis, & habeant dicti miniſtri humiliatorum, & dicti conſules vnum maſſariū qui ſit de humiliatis ad ipſas follas qui colligat pro ipſis predictas libras centum. Et hoc totum attendatur, & ſolutis eis predictis libris centum ſiue compenſatis in follatura pannorum ipſorum, remaneant dicte folle libere cōi Alexan. Et hec locum habeant quando aqua bealis veniet, & ſi placuerit conſilio.

¶ Quod Roſta bealis fiat ꝓ pratis aquandis.

Item ſtatutū eſt preciſe & ſine tenore ꝙ poteſtas & eius familia teneat̃ facere fieri roſtā vbi eſſe cōſueuit, & incipiat̃ laboreriū dicte roſte infra mēſem poſtq̄ pōtas intrauerit regimē ciuitatis Alex. & finiat̃ infra duos mēſes. Ita ꝙ prata terre & poſſeſsiones q̄ cōſueuerūt aquari aquent̃, & fiat ipſa roſta & oīa q̄ neceſſaria fuerint in ipā roſta & occaſiōe ipſius roſte in arbitrio & ſm̄ arbitriū dñoꝝ Ottatij yſdraelli & Iordani de putheo, Iacobi granarij, & Florij balliani & rublauati de ſcoto, ſit & eſſe debeat eoꝝ notarius ſup ipſa maſſaria. & occaſione ipſius. Ita ꝙ ipi q̄tuor maſſarij cū notario p̄dicto poſſint & debeāt determinare & decerner̃ cōfinia & terminos infra q̄ & quos q̄libet habens terras & poſſeſsiōes vel prata adaq̄re poterit & debeat ſi voluerit, & q̄libet pſona ſiue q̄libet cuiuſcūq; cōditionis ſit, & q̄libet eccleſiaſtica pſona vel eccleſia ſiue manſio vel monaſteriū ſiue hoſpitale ſiue cuiuſcūq; cōditiōis ſint ipſe pſone religioſe q hn̄t ſeu habebūt inter ipſa cōfinia ſiue infra terminos teneat̃ & debeat ſoluere cōi Alex oī anno durāte dicta roſta, & aqua bealis ꝓ quolibet modio terre & prati ſiue poſſeſsionis ſoldos tres. Papienſiū, & oēs alij q habēt vel habebūt poſſeſsiōes extra dicta cōfinia ſiue terminos q adaquabūt ſeu ad aquā volēt de aq̄ ipſius, ſoluāt & ſoluere teneant̃ cōi Ale. oī anno durāte ipſa roſta & aq̄ bealis ꝓ quolibet modio terre prati ſiue poſſeſsiōis ſoldos tres. pp. & ſoluant̃ talie impoſite occaſiōe dicte roſte ad eā mēſurata ad q̄ alias ſoluerūt illi qui aquabunt quando ipſa roſta alias facta erat, & fiat ipſa roſta & laborerium ipſius roſte de talia primi anni que ſolui debebit cōmuni occaſione ipſius roſte

per p̄dictos q aquar̃ debebūt & ſi non poſſet fieri de talia primi anni ponat̃ tantum de talia ſecundi anni ꝙ dictum laboreriū bene & competēter finiat̃ & fiat in arbitrio dictoꝝ maſſarioꝝ & notarij. & teneat̃ poteſtas modis omnibus excutter̃. & excuti facer̃ p̄dictas talias ſi & ſicut videbit̃ dictis maſſarijs & notario & dar̃ de ſua familia quotiēs requiſitus fuerit ꝑ ipſos maſſarios & notarium & ꝑ q̄mlibet ipſorum voluntate aliorum maſſariorum ad excuciendum & exequendum predicta & teneatur Poteſtas & eius familia attendere & attendi facere cum effectu. & executioni mandare omnia & ſingula que dicta ſeu denunciata fuerint ipſis & eius familie per dictos maſſarios, & notarium vel per aliquem ipſorum volutate aliorum occaſione dicti Laborerij ſiue maſſarie ꝓ maiori vtilitate ipſius laborerij ſiue maſſarie. tam in faciendo menſurari terras prata, & poſſeſsiones p̄dictas, & in talijs excuciendis & penis & bañ Imponēdis & excutiendis, quā in omnibus alijs & ſingulis neceſſarijs dicto laborerio, & maſſarie compellendis & faciendis. Et predicta omnia & ſingula teneatur poteſtas & eius familia attendere & attendi facere, finire & finiri facere cū effectu vt ſupra, nullo ſtatuto, decreto ſeu ordinamēto ſiue reformatione cōſilij populi vel cōis, ſiue prouiſione ſeu abſolutione factis vel facieudis, lectis vel legendis De quo vel de quibus expreſſam oporteat fieri mentionem obſtantibus, & ſi ꝙ vel ſi qua eſt, vel fieret ꝙ vel que huic in aliquo contradiceret, illud & illa ſit caſſum & caſſa irritum & irrita in eo ꝙ contradiceret in toto vel in parte. Et iſtud & omnia & ſingula que continentur in ipſo ſit firmū & firma & in ſuo robore perſeueret. Et poteſtas & eius familia teneatur preciſe & ſine tenore. Que omnia & ſingula ſi nō obſeruauerit amittat de ſuo ſalario libras quinquaginta pro quolibet capitulo neglecto vel omiſſo, que ipſo iure ſint cōis, & in cōe Alex. perueniant. Et nihilominus predicta omnia & ſingula teneatur attendere, & nō teneatur poteſtas nec eius familia audire aliquē dicentē ſeu allegantē contra predicta ſeu aliquod predictorum nec dare ſapientes ſuper predictis. Non obſtantibus ſtatutis ſpecialiter de Dandis ſapientibus. Sed teneatur determinare & diffinire, & diffiniri facer̃ omnes queſtiones emergentes occaſione dicti laborerij ſiue maſſarie ꝑ ipſos maſſarios, & eorum diffinitioni & determinationi ſtare preciſe & ſine tenore.

¶ De Inquirendo bealia intus ciuitatem.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur preciſe & ſine tenore infra menſem vnum poſt aperturam capitulorum inquiri facere per ſuum Iudicē vel militem, & maſſarium molendinorum omnia bealia deintus ciuitatem Alex. & remundari & ampliari facere ſecundū ꝙ conſueuerunt eſſe in principio quo facta fuerunt & teneantur remūdari facere. & bene ſeroſari & ampliari beale ꝙ labitur a domo ſororū ſancte Saraphel a picio domorū dñi Bonifacij de carreto vſq; ad molendina de marengho, & taliter aptari facere ꝙ non ſpargat de ſuper ſicut videbitur Guſſo turtilio & Iacobo racionatori. & a carrarolia foſſati vſq; ad molendina de becharijs ſicut Iacobo ferramente, & Nicolao gambaruto videbitur & facere diuidi aquam ad carrariam foſſati. Et hoc totum preciſe & ſine tenore.

¶ Quod bealia intus ciuitatem aptentur ⁊ ampliantur ⁊ de molendo ad molandina communis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ oīa bealia ciuitatis Alex. debeant ampliari mundari & ſeroſari expenſis vicinorū ad voluntatē cōis. Et ſi ꝙ beale clauſum eſt, debeat aperiri expenſis illius qui clauſit, & hec poteſtas teneat̃ attendere & obſeruari facere infra menſem vnū poſtq̄ denunciatū fuerit poteſtati vel iudicibus ſuis per maſſarios molādinoꝝ ſiue ꝑ tenētes molādina cōis vel ꝑ aliquē ex eis, & banna imponer̃ & aufferre illis q nō mūdarent ad volūtē p̄dictorū, & ꝙ pōtas teneat̃ cōpellere & cōpelli facere oēs eccleſias & religiones & māſiones & hoſpitalia ciuitatis Alex. intꝰ moler̃ ad molēdina cōis & qui cōtrafecerit det pro banno ſoldos. xx. medietas cuius banni ſit cōis & accuſatoris & alia maſſariorum molandinorum. Et hoc totum ſine tenore.

¶ Quod Poteſtas faciat fieri perticas ſex de muro ciuitatis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat facere fieri tēpore ſui regiminis perticas ſex de muro ciuitatis circa ciuitatē vbi videbit̃ ꝓ meliori & firmatū fuerit ꝑ ſapientes Alex. ſeu ꝑ cōſilium generale cōis Alex. & iſtud capitulū ſit ꝓciſum & ſine tenore. Quod capitulū locū habeat in qualibet p̄tāte qui vēturus fuerit ad regimē Alex. ciuitatis & ꝙ dictus murus fiat de bonis lateribus & calcina, Ita amplius & largus ſicut videbitur Ancianis & ſapientibus qui ſuper hoc elligent̃. Ita ꝙ ſit in deffenſione ciuitatis. Et ꝙ poteſtas teneãt & debeat detinere cōſiliarios donec inuenerint modū & formā ſeu viam recuperandi pecuniā vnde dictū opus fieri poſsit. Ita ꝙ iſtud opus faciat incipi in primo vel in ſecūdo menſe ſui regiminis, & firmari ante exitum ſui regiminis & ꝓ remuneratione ipſius opis ſeu brighe ſue habeat de hauere cōis libras. xxv. terd. vltra ſalarium ſuū ſi illud opus fieri fecerit & cōpleri, & non aliter quas habere poſſit non obſtante capitulo de feudo poteſtatis in quo cōtinet̃, ꝙ vltra ſuum ſalarium nihil accipiat & ꝓdicta omnia & ſingula poteſtas teneat̃ attendere & obſeruare. Ita ꝙ non poſſit, nec debeat a predictis recipere abſolutionem, per conſilium vel Arenghum communis vel populi vel prouiſionem ancianorum, & ſi qua ei fieret vel denunciaretur, non teneatur illud obſeruare, non obſtante capitulo loquente de prerogatiua populi. Et ſi quis arengaret vel denūciaret ei aliquid contra predicta det ꝓ banno libras. xxv. Quod bannum ei aufferre teneatur. Et ſi omnia & ſingula ſupradicta dictus poteſtas nō attenderet & obſeruaret cum effectu vt ſup̄ amittat de ſuo ſalario libras centū & perueniant in cōe. Ita ꝙ quilibet in Alex. poſsit petere ab eo predictas libras centum ac ſi eſſet legitimus ſindicus cōis. Si ipſe poteſtas habuiſſet ſalariū ſuum, Si vero non habuiſſet cōputent̃ in ſolutione ſalarij, & cōe ſit abſolutū a predictis libris cētum ipſo iure. Quod capitulum legatur in primo conſilio ꝙ fiet de predictis & hoc totum attendatur preciſe & ſine tenore.

¶ Quod Poteſtas faciat cooperiri portas ciuitatis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat facere cooperiri portas ciuitatis, & Bergolij que ſunt diſcoperte & facere reffici muros & pōtes ipſarum portarum ſecundum ꝙ prouiſum fuerit per Ancianos populi & per ſapientes.

¶ De eccleſijs inquirendis vt cōe adiuuent ad faciendū clauſura ciuitatis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas debeat requirere eccleſias & grangias Alex & diſtrictus Alex. ꝙ adiuuent cōe ad faciendum pontem burmie de gamondio & portas, & clauſuras ciuitatis per elemoſinam, & intuitu pietatis, & ſi facere noluerint poteſtas teneatur inde facere conſilium per totum menſem Madij, & ꝙ inde ſtatuerit conſiliū fiat & debeat obſeruari.

¶ Quod domus que fuit dn̄i Alberti de Gauio non leuetur.

Item ſtatutum eſt, preciſe & ſine tenore, ꝙ aliqua perſona non poſſit nec debeat ſub pena librarum ducentum & plus ad voluntatem conſilij, creſcere vel leuare domum que fuit Alberti de Gauio que domus eſt in villa montaudelli ſine parobola & licentia poteſtatis & conſilij generalis Alexan. ꝙ qui contrafecerit amittat dictum bannum, & perueniant in cōe Alex.

¶ De non ronchando boſchum domdcum de montaudello.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas Alex. infra menſem poſtq̄ intrauerit regimen Alex. teneatur & debeat mittere literas hominibus de montaudello, vt nō debeant ronchare boſchum doncum vel guaſtare. Et ſi aliquis de montaudello contrafecerit ſit in banno librarum decem pro qualibet vice.

¶ Quod beale de burbarijs mondetur per vicinos.

Item ſtatutnm eſt, ꝙ beale quod vadit ſiue ire conſueuit a molendino de becharijs vſq; in tanagrū mundet̃ & aptet̃ expenſis vicinorum. Ita ꝙ aqua poſſit labi, & hoc in arbitrio Albertatij acharini & zuſtrini zuſtre, & poteſtas teneat̃ eis dare de ſua familia ad excutiendum talias impoſitas ſeu imponendas occaſione dicti bealis. Quod capitulum poteſtas teneatur attendere preciſe & ſine tenore.

¶ Qd̄ ille q̄ ſcroſauerit foſſatū aliq̄d prope vias proijciat terram in viam.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi quis fecerit vel ſcroſſauerit vel fieri ſeu ſcroſſari fecerit foſſatum aliquod ꝙ ſit iuxta vias publicas cōis teneat̃ & debeat ꝓijcere ſeu proijci facere terrā que extrahet̃ de foſſato ipſo in vias publicas, & qui cōtrafecerit ſoluat ꝓ banno ſoldos. xx. in denarijs numeratis, & nihilominus teneat̃ ponere ſiue poni facere predictam terram in dictam viā, & quilibet poſſit accuſare, & credat̃ accuſatori ſub Sacramento ſequelle & hoc preciſe & ſine tenore.

¶ Quod Riuus de ſolerio qui vocatur riuus de lincinaſcho refficiatur.

Item ſtatutū eſt, ꝙ Riuus Situs inter ſolerium & felizanū qui riuus vocat̃ de lincinaſcho qui eſt in prata refficiat̃ mundet̃, & releuet̃ ꝑ cōe & homines ſolerij. Ita ꝙ dictus riuus poſſit & debeat bene labi. Et ꝙ manuteneat̃ & deffendat̃ per dictū cōe, & homines ſolerij. Ita ꝙ dictus riuus poſsit & debeat bene labi in arbitrio thadei taberne & Manfredi anrioti qui ſint & eſſe debeant arbitri & maſſarij ad faciendū fieri vt ſupra. Et hoc teneat̃ & debeat facere fieri quilibet poteſtas cōſul vel maſſarius q̄ fuerit in ſolerio preciſe & ſine tenore ſub pena librarum decē de ſuo ſalario. Que pena ꝑueniat & peruenire debeat in cōe ſolerij ꝓ medietate, & ꝓ alia medietate in cōe Alex. ſine tenore, & hoc ſi placebit conſilio ſolerij vel maiori parti.

¶ Quod aqua bealis diuidatur ad carrariam.

Item ſtatutū eſt, ꝙ poteſtas teneat̃ ꝓciſe & ſine tenore facere diuidi aquā bealis, ad carrariā & alibi vbicūq; fuit cōſueta diuidi & diuiſa fuit tēporibus retroactis anteq̄ murus qui erat intus ciuitatē, iuxta ipſam carrariā & cōtiguus cū ipſa carraria fractus eſſet per Rolandinū ſcortragallum & Iacobū racionatorem vel ꝑ aliquos alios quos pōtas & anciani elliget̃ voluerit q̄ diuiſio fieri debeat ꝑ totū mēſem Madij vel Iunij.

¶ Quod poteſtas faciat inquiri preberias que ſunt in bergolio.

Item ſtatutū eſt, ꝙ poteſtas teneat̃ & debeat inquirere ſeu inqniri facere infra tres menſes poſtq̄ intrauerit regimē Alex. preherias cōis Alex. & cōia ipſius cōis q̄ ſunt & eſſe cōſueuerūt in territorio Bergolij & oēs perſonas q̄ habuerūt vel habēt aliquid de ipſis preherijs & cōibus vel extimationē ipſius ꝙ habuerūt, & ſi qd poſitū, plantatū vel edificatū eſt dictus poteſtas faciat illud ꝑuenire in cōe Alex. Ita ꝙ ſemp & ꝑpetuo remaneāt in ipſo cōi, nec aliquo modo predicta poſſint obligari vendi vel alienari ſed ſemper vt ſupra dictum eſt remaneant in ipſo cōi ad opus maioris eccleſie, & ad alia opera ipſius cōis preciſe & ſine tenore.

¶ Quod pons de abbate refficiatur expenſis cōis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneat̃ ꝓciſe & ſine tenore facere reffici Pontē de abbate expēſis cōis, q̄ pons eſt in ſtrata q̄ vadit verſus Lu per totum menſem Madij & Iunij, Idem & ſimili modo teneat̃ de ponte de lacu qui eſt in ſtrata valentie.

¶ Quod terra bealis ponatur in platea, & de leuatis in platea faciendis.

Item ſtatutū eſt, ꝙ quocunq; modo beale cōis ꝙ eſt circūquaq; plateā mūdet̃, & terra ipſius bealis ſiue mondatura que extrahet̃ de ipſo beali ponat̃ in ipſam plateam vbi maius opportunum fuerit, & poteſtas teneatur ipſam facere ibi poni per clauariũ ipſius & expenſis cõis, & teneatur poteſtas facere fieri in ipſa platea vnam leuatam de matonibus vel de lapidibus, vel de glarea a ponte malicantoni vſq; ad domos pellipariorũ, & ſit ipſa leuata ampla per vnã perticam expenſis cõis, & fiat ipſa leuata ꝑ totũ menſem Madij arbitrio talponi treſſoldi, & Rufini de burgo, & vnam aliã leuatam a ponte porticuũ vſq; ad hoſtium maioris eccleſie ita largam vt predicta per totũ mẽſem Madij expenſis dicti cõis, & aliam leuatam ita largam vt p̄dicta a ponte brolieti vſq; ad campanille per totum menſem Madij expenſis ipſius cõis.

¶ Capitula pertinentia ad laboreria quarterij gamundij ⁊ de aqua bealis in Alex. ducenda.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ poteſtas p̄ciſe & ſine tenore teneat̃ & debeat facere labi & venir̃ in Alex. ꝑ oẽs portas Ale. beale, ſicut cõſueuit ſicut & qñ placuerit cõſilio maiori.

¶ De leuata ad pontem ſalerie facienda.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ fiat leuata vna de lapidibus vrbe, & de glarea groſſa, ampla per vnam perthicam a porticu cãpanilis vſq; ad porticum que eſt ſuper beale ante ſaleriam expenſis cõis. Ita ꝙ nemo poſſit ibi ponere ſuper ipſam viam banchum vel ligna vel aliquod obſtaculum, quin quilibet poſſit ire & redire large & libere per ipſam leuatam a palatio cõis vſq; ad dictum porticũ, & ab ipſo porticu vſq; ad palatium. Et qui contrafecerit ſit in banno ſoldorũ decem pro quolibet & qualibet vice & quilibet poſſit accuſare & habeat medietatẽ banni ſeu cõdemnationis. Et hoc capitulum poteſtas teneatur cõpleri facere per totũ menſem Septembris & poteſtas teneatur facere preconizari omni menſe in mercato oĩa q̃ cõtinent̃ in iſto capitulo. Et hoc totũ teneatur põtas ſine tenore. Que oĩa fiant arbitrio maſſariorum de Bergolio.

¶ De leuata ad pontem de fructibus facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ fiat leuata vna de glarea a ponte de fructibus vſq; ad porticũ maioris eccleſie vbi venduntur piſces, & ſit ampla per perticas duas expenſis marzariorum & omniũ aliorũ qui vendunt piſces fructus & merces in platea. Et hoc fiat per totum menſem Septembris ſine tenore. Que omnia fiant arbitrio Simonis moytij & Guillientij tealdi.

¶ De via que eſt ante domum henrici pupini mundanda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ via que eſt ente domũ henrici & Petri pupini a becharia vſq; in merzarijs debeat ſtare munda vſq; ad matonos de quibus eſt ſolata, nec in ea ponatur letamen nec aliquid aliud nocium ſtet ibi vltra tres dies aliq̃ turpitudo nec aliquod impedimentum. Et qui contrafecerit det pro bãno ſoldos viginti pro vnaquaq; vice, & ſuper hoc guardie due elligantur & habeant medietatẽ banni, & poteſtas teneatur infra octo dies ab introitu ſui regiminis & facere ꝙ accuſabunt omnes contrafacientes infra dies tres, & hoc totum attendatur preciſe & ſine tenore. Et quilibet poſſit accuſare vel denunciare & teneatur priuatus.

¶ De ponte in riuo preoſo faciendo.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneat̃ facer̃ fieri põtẽ vnũ ſup riuo preoſſo vbi inceptũ eſt per totũ auguſtũ per homines de ſtrepa mantello in arbitrio Alberti dñe Martine ſicut & quãdo placuerit hominibus de ſtrepamantello.

¶ De ponte ſuper vrbixella faciendo.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ fiat pons vnus de lignamine ſuper vrbexillã apud Caſſale nouũ expenſis hominũ dicti Caſſalis & hominũ Caſtellatij ſi placuetit. & Iacobi zancini & omniũ eccleſiarũ & religionũ que ſunt vltra burmiã per totum menſem Nouembris arbitrio Manfredi boydi & Iacobi zancini.

¶ De ſtrata porte Ianuẽſis vſque ad pontẽ Burmie de gamondio inglarãda.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ poteſtas teneatur fieri, facer̃ inglarari ſtratam ſiue viã a porta Ianuenſa vſq; ad Burmiam de gamondio. Ita ꝙ quilibet homo de gamundio qui habet boues ducat vel duci faciat in ipſa via ꝓ quolibet pario bouum plauſtra quattuor bone glaree. Et homines Frixinarie, Baſſarucij, Boſchi, & porte noue, & de ſezadio & de Carpaneto & de Rocha, & de Caſtro nouo. & oẽs eccleſie & grangie p̄dictoꝝ locorum boues habentes ducant & duci faciant in ipſa via ꝓ quolibet pario bouum plauſtra quattuor bone glaree. Et hec omnia & ſingula fiant arbitrio Ruberzoni trotti Guillemi lanzauegie Andree ſtrache Florij cirimelli & Falabrini canefri notarij, ꝗ cum p̄dictis ſtent ꝓ notarijs. Et incipiant p̄dicta facere fieri ad Kalendas Aprilis: & cõpleri ꝑ totum menſem Madij vel Iunij. Quos poteſtas teneatur facere iurare ſic complere & attẽdere. & credat̃ eis de hijs oibꝰ de hijs ꝗ nõ obſeruauerint ea p̄cepta q̃ fecerint occaſione dicti laborerij, & poteſtas teneatur vnicuiq; aufferre ꝓ banno qui nõ attenderit & non duxerit glaream vt ſupra ſoldos ſexaginta & vnicuiq; grangie libras quinq; & vnicuiq; p̄dictorum cõium libr. quinquaginta. Et hec omnia & ſingula attendantur ſine tenore, & vadant ꝑ ordinem vſq; ad Burmiam, & poteſtas teneatur eis cõcedere ſaltarium vnum expẽſis cõis qui faciat & requirat oẽs quos voluerint, & faciat eorum mandata quantum ꝓ iſto officio. Et quilibet vicinus qui non habet boues duci faciat ibidem ante ſuam frontẽ plauſtra duo bone glaree. ſi vero fuerit de roboreto ꝗ habeat ibi terram ſi habet boues faciat duci plauſtra quattuor glaree, & ſi nõ habet boues faciat duci duo plauſtra glaree. Et hoc teneatur põtas facere fieri vſq; ad kalendas Madij. Et hec faciat & facere fieri teneat̃ ſub pena librarum   de ſuo ſalario, de quo non poſſit abſolui per conſilium vel arenghum preciſe & ſine tenore.

¶ De ponte in zerbis ſuper beale faciendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ põtas teneatur facere fieri pontem vnũ ſup beale in zerbis añ frontem campi ſiue terre Tignoſci ferramuſche, vel alibi vbi melius videbit̃ infra ſcriptis arbitris expenſis illorũ qui habent facere in dicta contrata vineas ſiue prata ſiue terras. Et fiat dictus põs arbitrio Tignoſci ferramuſche Ruffini, Roberti, Iacobi; Capucij & Danielis Blanchi. Quos põtas compellat ad fieri faciendum vſq; ad kalendas Iunij proximi, & fiat talia per p̄dictos arbitros de eo ꝙ conſtiterit dictus pons, qua impoſita quilibet ſoluere teneatur partem ſibi impoſitam. Et põtas teneatur cõpeller̃ quemlibet ad ſolutionem faciendam ſecundum ꝙ impoſita fuerit.

¶ De cuniculo Ruffini de amico aptando.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ cuniculus ſiue riana que eſt inter domos de porticibus pannorum, & domos ruffini de amico & vicinorum ipſius cõtrate debeat ſcurari & mundari expenſis illorũ quoꝝ ſunt domus coherentes ipſi riane in arbitrio dñi Alberti ardezoni. Franciſci de amicho & Ruffini de ſexamo, vſq; ad kalendas Aprilis ꝓximi. Et quilibet vicinorum teneatur ſoluere partẽ expenſarum ſibi impoſitam per predictos ad terminũ ei datum ꝑ eoſdem maſſarios ſiue arbitros. & eodem modo in omnibus & ꝑ oĩa ſcuret̃ cuniculus ſiue riana qui vel que vadit ꝑ intus domũ ſiue palatium cõis arbitrio Philiberti pectenarij & Nicolai millani per totum madium.

¶ De cuniculo a picio patharino mundando.

ITem ſtatutum eſt, qnod a picio patharino vſq; ad cuniculum qui eſt in medio vie debeant foſſata mundari ab vtraq; parte vie. Ita ꝙ aqua poſſit ꝑ ipm̃ foſſatum detinere in arbitrio Ioannis ſtechi expenſis vicinorum ſi placuerit eis.

¶ De leuata in pomario facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ fiant leuate plures in pomario & incipiantur in zerbis de fantinis & de affazuratis & fiant & teneantur tantum quãtum videbit̃ Dñis Ottoni de occimiano, & Ruffino Paſcharie, que leuate facte ſint, & ꝙ aliqua beſtia nõ debeat paſcere ſup dictis leuatis, & amittant tantum ꝓ banno quantum in meſſe. vſq; ad Kalendas Martij bene & optime in arbitrio predictorum expenſis illorum hominũ qui habent ad faciendũ in illis contratis, & illorum quibus prodeſſe videbuntur dicte leuate tam de terris pomarij q̃ burmiole, & ſint maſſarij ad dictam leuatam faciendam ſiue leuatas illi quos predicti elligere voluerint & ſi quis dictam leuatam ſiue leuatas explanaret vel aſſapellaret, amittat pro banno libras decem, & credatur dictis Ottoni & Ruffino & de omnibus predictis, & omnibus quibus eſt & erit facta talia ipſarum expenſarum compellantur & detineantur ad ſolutionem eius quod ſibi taliatum eſt, & erit ad arbitrium ipſorum Ottonis & Ruffini nulla deffenſione ad miſſa, & hoc capitulum ſit preciſum & ſine tenore ſi placuerit conſilio.

¶ De via que vadit per pomarium diſcernenda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ põtas teneatur facere diſcerni via que vadit per pomariũ ſcilicet a carraria quondam Ruffini axinarij vſq; in Burmiam per valem pomarij in arbitrio Ncolai ſape, Ioannis ſcarabelli & Sauarini ardenghi. Secundum ꝙ conſueuerat ire & redire, & hoc per totum menſem Madij. Que ſtatuta lecta & firmata fuerunt in conſilio generali ciuitas Alex.

¶ De ponte Burmie de Gamundio faciendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ pons Burmie fiat & fieri debeat expenſis cõis, & incipiat fieri dictus pons infra tres menſes poſtq̃ iurauerit, & ſit completũ vſq; ad Kalẽdas Septembris & poteſtas teneatur facere laborari & ipſo ponte ſine intermiſſione temporis ſi placuerit conſilio.

¶ De via ab angulo Ruffini treſſoldi facienda.

ITem ſtatutum eſt ꝙ põtas teneatur facere fieri & aptari viã que eſt ab angulo turris Ruffini treſſoldi vſq; in cuniculo croſſe Ita ꝙ ſit ampla & ſternita de matonibus coctis & bucca per quã cõſueuerat exire & venire aqua p dictam cõtratã aptetur. Ita ꝙ aqua poſſit decurrere in diebus feſtiuis per ipam viã ſicut conſueuerat temporibus p̃teritis & omnia fiant expenſis vicinorũ dicte contrate ab vtraq; parte vie arbitrio ſaladi de amico, & Abbatis de Aſt per totũ mẽſem Madij ꝓximi, ſi placuerit maiori parti vicinorũ & quilibet teneat̃ ſoluere partẽ expenſarum quilibet vicinorũ impoſitam ad terminũ ei datum per predictos arbitratores. Et ꝙ in ipſa via non fiat nec teneatur letamen modo aliquo vltra octo dies, & qui ipſum tenuerit vltra predictum tempus puniarur in ſoldis viginti, & nihilominus remouere teneatur, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

¶ De leuata ad turrim quondam Gulliermi Iochi facienda fieri.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ fiat vna leuata inter quondam Gulliermum Iochum, & domos lancie lanzauegie ad prohibendum ne aqua Burmie defluat per agros, & fiat ante frontem terre ſpandanariorum vel alibi vbi melius videbitur maſſarijs infraſcriptis, que leuata fiat expenſis vicinorũ & aliorũ q̃bus aqua burmie nocet̃ poteſt & dicta leuata ꝑficere ſi eis placuerit & ſint maſſarij dicte leuate Peterinus & Gulliermus rongha, & Gulliermus & Petrns qui dictas expenſas poſſint tallare & taxare ſicut eis videbitur & fiat ipſa leuata arbitrio dictorum maſſariorum & ſi quis dictam leuatam poſtquam facta fuerit rumpere ſeu deſtrueret aliquo modo puniatur in libris viginti ꝓ quolidet & qualibet vice.

¶ De pontibus ciuitatis reficiendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ oẽs Pontes lapidũ vel lignorũ facti & rupti qui ſunt vltra ciuitatem in vijs publicis p quos opporteat tranſire cũ Plauſtris, & be lijs aptentur & reficiantur de auere cõis ſm ꝙ in capitulo continet̃ per totũ Iunium & ante ſi videbitur arbitris quos poteſtas teneatur elligere & quos elligi faciat infra primũ menſem ſui regiminis, & ꝙ inquirent omni menſe oẽs predictos pontes, & ſi quid fuerit faciendum in ipſis pontibus denunciabunt poteſtati & facient fieri ad ſuum poſſe. Et hoc totum ſine tenore, & hec fiant ſicut & quando placuerit conſilio.

¶ Quod nullus frater egreſſus a fraternitate fratrum debeat portare habitũ.

ITem ſtatutus eſt, ꝙ nullus frater egreſſus de penitentia egreſſus ab illa fraternitate vel per ſe egreſſus debeat portare habitum ipſorũ fratrum humiliatorum, & hoc poteſtas teneatur facere attendi ſine tenore.

¶ De ponte riui ghiſoni faciendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ põtas teneatur facere fieri pontẽ vnũ ſuper riuũ ghiſoni iuxta Caſſale Burgi ratti vbi conſueuit per cõia Gamalerij Burghi ratti, & cantaluppi arbitrio Artuxii, hengelerij & manuellis norandi vſq; ad kalendas Auguſti ſine tenor̃ & ſi illi quibus dicti maſſarij dixerint vt ſoluant & faciant id ꝙ neceſſe fuerit ꝓ ipſo põte faciẽdo ex illis qui cõtinentur in capitulo ad terminum eis datum per p̃dictos maſſarios ſit quilibet in banno ſoldorũ decem ꝓ qualibet vice. & nihilominus ꝙ iniunctũ eſt per eoſdem & fuerit eis ſoluere teneant̃ ſine tenore, & debeat eſſe longus dictus pontus ꝙ plauſtra poſſint duci & tranſire.

¶ De ponte ad leuaellam faciendo.

ITem ſtatutu eſt, ꝙ põtas faciat fieri ad leuaellã pontẽ vnũ ſup beale expenſis illorũ q̃bus ꝓderit dictus pons ſi eis placuerit arbitrio arduini merlani & henrici bernani, q̃ debeant facere dictũ pontem, & ordinare quãtum debeat ſoluere quilibet, & q nõ ſoluerit id ꝙ ordinatũ fuerit p p̃dictos ſit in banno ſoldorũ viginti & fiat dictus pons vſq; ad kalẽdas Aprilis, quos teneat̃ poteſtas aufferre cuilibet maſſariorũ ſi nõ fecerit dictum pontem & hoc ad predictum terminum & hec fiant.

¶ De via ad portam Ianuenſam vſque ad riuum dñi Iacobi inglaranda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ via que vadit ad portã Ianuenſam verſus plateam maiorẽ, debeat aptari & inglarari cũ bobus eccleſiarũ a palatio fantinorũ vſq; ad predictam portã & manſionũ de gamondio p totũ Auguſtum in arbitrio dñi Iacometi rubei, & falabrini caneffri & quilibet qui habet frontẽ iuxta dictam viã faciat duci plauſtra quattuor glaree ad minus, & plus ſecundum qualitatem frontis arbitrio dictourm maſſariorum, qui maſſarij iurent predicta facere fieri vſq; ad predictum tẽpus ſine tenore & poſſint quilibet banna imponere, & põtas teueat̃ ipa bãna excutere & hoc totum ſine tenore, & teneant̃ & debeant ſilij de ſancto Leonardo, & de ſancto Ioanne de gamondio, & de ſancto Ioanne de garſia aptare, & inglarare vſq; ad p̃dictum tempus viam arbitrio p̃dictorum maſſariorum & a palatio fantinorum vſq; ad turrim de malcantono faciat & facere teneatur ſcroſari vſq; ad glaream arbitrio Ruffini de burgo. Et talponi treſſoldi ſi placuerit vicinis.

¶ De foſſato a terra Baulduini roberti vſque in beale faciendo.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ foſſatum ꝙ eſt in vineis & tenet a terra Baudiuini roberti, & a molia alberti pellati vſq; in beale ſiue in viã bealis p̃dicti ſtet apertũ & ſcroſatũ. Ita ꝙ aqua poſſit currere libere vſq; in beale ſicut currere conſueuit, tali modo ꝙ via non deterioret quo minus quilibet poſſit ire cũ plauſtro & beſtijs ſine aliquo impedimẽto Ita ꝙ faciant ibi bonũ pontẽ vel bonũ cuniculũ expenſis p̄dictoꝝ ſi placuerit eis. & ꝙ vnuſquiſq; qui vineã vel terrã ibi habet teneat dictum foſſatũ ſcuratũ & apertum ã frontem ſiue terre ſiue vinee, & ꝙ homines habentes vineas vel terras ad quas dictum foſſatũ pertinet, & faciat vtilitatẽ teneat aperire viam, & pontẽ ſiue cuniculum per q̃ labitur aqua dicti foſſati eorũ ꝓprijs expenſis, & hec fiant in arbitrio Ioannis ronghe & Bauduini de robertis, & debeat incipi ad kal. Auguſti. & finiri per totum menſem. & quicunq; dictum foſſatum noluerit ſcroſare vt ſupra det ꝓ bãno ſoldos viginti.

¶ De beale mundando.

Item ſtatutum eſt, ꝙ põtas teneatur compellere oẽs homines coherẽtes lecto bealis ciuitatis Alex. & illud lectum bealis teneatur apertũ & ſcroſatũ in oĩbus partibus vbi neceſſe eſt. Ita ꝙ aqua poſſit bene & libere diſcurrere, & hoc faciat p̄conizari p contratas per quas beale labitur omni menſe.

¶ De vijs Inglarandis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneatur elligere & alligi facere duos homines legales ꝓ quolibet quarterio ciuitatis qui eorũ arbitrio faciãt aptari & in glarari vias publicas intus ciuitatem & extra exceptis illis in quibus ſunt electi homines ſpeciales ad faciendum aptari per totũ menſem Auguſti, Et ꝙ nullã remunerationẽ habeãt a cõi.

¶ De via Iuxta foſſatum ciuitatis facienda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas faciat aptari & aptatam tenere viam vnam cõgruã modo amplam iuxta foſſata ciuitatis intra ciuitatem citra tanagrum, & vltra circũquaq; ipam ciuitatẽ. ſicut placuerit cõſilio & ſicut cõſilio maiori placuerit. Quod conſiliũ teneat facere infra menſem poſtq̃ iurauerit regimen ciuitatis, & interim dicte vie aperte maneant ſicut anno ꝓximo fuerunt. Saluis & ratis manentibus venditionibus omnibus factis a cõi Alex. ſiue ab alio noĩe cõis.

¶ De conzelia iuxta aquam impune facienda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ licitũ ſit cuilibet habẽti terras & poſſeſſiones iuxta aliquã aquã currentem poſſe facere libere & impune conzelias, & quelibet alia edificia contra aquã currentẽ in deffenſionẽ & euictionẽ ſue terre. Et ꝙ põtas teneat manutenere, & deffendere ripas, & oĩa edifitia & conzelias factas contra aliq̃ aquã currentem cauſantem & rumpentem ipas ripas & deffenſionem ipſarũ ripaꝝ contra quãlibet ſingularẽ perſonam. Et contra quamlibet vniuerſitatẽ qui vel que ipſas ripas rumperet vel rũpere vellet. Et ſi aliquod vel aliqua ſtatuta obuiarent ſint ipſo iure caſſa ꝙ nullius valoris, & iſtud in ſuo robore perſeueret. Et teneat põtas attendere.

¶ De via a pluſa de Gamalerio facienda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ põtas teneatur facere fieri viam vnam largam per vnam perticam a pluſa de Gamalerio vſq; ad vrbam, que vadat per pratum monachorum de tilieto, & per pratum & terram hoſpitalis ſancti Ioannis, & teneat prope boſchum de pellatis & boſmat ſubter portam nouam conducendi lapides & fraſchas ad dictam pluſam communis expenſis monachorum arbitrio Gulliermi pellati & fratris turrelli & grangerij ſancti Leonardi.

¶ De via apud caſtellatium inglaranda.

Item ſtatutum eſt, quod poteſtas teneatur facere ampliari & inglarari viam que eſt apud caſtellatium ſcilicet qua tenditur a ſtrata ſancti Martini verſus domum crauexani & domum cantinorum arbitrio dñi Alberti paſtoris & boſij cantini. Ita tamen ꝙ hoc per vicinos fiat ſi placuerit eis, eo ſaluo quod ſi inueniret qui aſtrinxerit dictam viam ipe reſtituere teneatur. Et hoc per totũ menſem Iunij proximi veniẽtis ſi placuerit ipſis vicinis, & denunciatum fuerit Poteſtati.

¶ De ſapello baudoarie claudendo.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſapellum baudoarie deuerſus hortum Ioanni. Claudat leuet & aptetur per capita domorũ illorũ de burgorato in arbitrio Caroli guaſtamolie & Anrioti bouani poſt duos menſes introitus ptãtis, & quilibet p̄dictorum locorũ teneat ire ad dictum laboreriũ, & ibi laborare in banno ſoldorũ decem. Et credat predictis Carolo & Anrioto in eorum Sacramẽto de illis qui non iuerint & laborauerint ad dictum opus.

¶ De via a domo Gulliermi rane inglaranda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ via que eſt a ponte Dñi Gulliermi rane vſq; ad domũ Abbatis ardizoni & vſq; in carrariam de croſa debeat inglarari arbitrio Petri rane & Abbatis predicti per illos habentes boues qui vtunt per ipſam contratã, & ſpecialiter p humiliatos de caputio, & humiliatos de quargnento, & humiliatos de ſancto Paulo ſi placuerit eis, & hoc teneat dictus Dñs Põtas facere adimpleri p totũ mẽſem Iunij.

¶ De foſſato ⁊ aqua per campaniam ducenda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ beale ſiue foſſatum vnũ debeat fieri per cãpaniam & poderium porte noue & caſſalis vrbarum. Et incipiat dictum beale ſiue foſſatum a vado bulexij vſq; in flumine burmie, vbi melius & vtilius & cõmodius videbitur illis qui ſuper hoc fuerint. Per ꝙ foſſatum ſiue beale aqua de vrba ducat ad aquandũ oẽs terras que poterunt aquari de dicta aqua & poſſe aquari que fuerint deſignate & determinate per aliquẽ magiſtrum electũ ad predicta facienda per maſſarios infraſcriptos, & de qbus terris dictus magiſter & maſſarij dixerint & ꝓteſtati fuerint ꝙ poſſint aquari, & habere cõmodũ & vtilitatẽ de dicta aqua, & maſſarij ad predicta facienda ſint abbas ardizonus Gulliermus boydus Rubeus gratonus Antonius ſpandonarius, Cremona cirimellus. Niger de boſcho, & notarius obertus pamatia. Bt habeant dicti maſſarij & notarius quilibet ꝓ ſuo ſalario faciendo fieri dictũ opus libras quinq; terdoñ. Qui maſſarij poſſint imponere banna & penas illis quoꝝ dicte terre fuerint occaſione p̄dicta. Que pene & banna ſint firme & valeant & poteſtas teneatur eas & ea excuttere infra menſem vnum poſtq̃ fuerint requiſiti per predictos maſſarios. Quorum bannorũ, & penarum medietas perueniat in cõe. & alia medietas vero expendatur in laborerio predicto, & in pluſſa que fiet in vrba pro predicta aqua ducenda, & incipiat predictũ opus de menſe Auguſti, & finiatur per totum menſem Aprilis. Ita ꝙ dicta aqua veniat & decurrere poſſit. Que omnia predicta fiant & fieri poſſint expenſis illorum qui habebunt cõmodum de ipſa aqua, & predictum ſalarium ſoluere teneant & predicta fiant ſi placuerit eis, & teneatur põtas facere requiri predictos maſſarios, & eos cõpellere ꝙ dent ei inſcriptis vſq; ad medium menſem Aprilis illos qui cõmodum receperint ex dicta aqua, & eos facere requiri vt ab eis ſimul coadunatis ipſe Poteſtas cognoſcere poſſit ſi placet eis quod dictum opus fiat.

¶ Quod Bealetum ꝙ conſueuit ire per curiam Petri rane aperiatur.

Item ſtatutum eſt preciſe & ſine tenore, ꝙ illud bealetum ꝙ conſueuit ire & diſcurrere per curiam Petri rane & thebaudi copi, & Franciſci careſomi & per ſedimen, ingride boſcho & per ſedimen & rufini ſtrache, & manfredi trinchedi diſcurrat & labatur ſicut diſcurrere & labere conſueuit temporibus retro actis ante regimen dñi Andree Gilaſij olim poteſtatis Alexan, & refficiatur dictus cuniculus per quem dictum bealetum labi conſueuit expenſis vicinorũ arbitrio thebaudi copi, & ardioti ardezoni. Ita ꝙ ipſum bealetum libere diſcurrere poſsit vſq; in cuniculum croſſe, & teneatur põtas facere fieri & facere ſemp ad requiſitionem predictorum Thebaldi & Ardioti & punire quemlibet qui contrafecerit vel cõtradicere temptauerit in ſoldis ſexaginta ꝓ qualibet vice quos exigere teneatur infra dies octo poſtq̃ contrafecerit.

¶ Qđ foſſatum quod eſt prope morticium debeat relleuari.

Item ſtatutum eſt, ꝙ foſſatum quod eſt ꝙ prope mortitiũ ante portas ſancti Ioannis de mortitio debeat releuari ad caſtellietos cuſtorum verſus Burmiã mortã vſq; ad ipſam burmiam mortã, & vbi non eſt dictum foſſatũ vel eſſe non conſueuit debeat fieri vbi melius & vtilius ſtet in arbitrio Lodoiſij blanchi, & carranti pellati, & debeat fieri & relleuari dictum foſſatum per illos homines & perſonas expenſis ipſorum per quos videbiť relleuandum eſſe Lodoiſio & carranto. Ita tñ ꝙ aqua que venit deuerſus cordegolium in ipum foſſatũ & aliunde poſsit diſcurrere per ꝑdictum foſſatũ a ꝑdicto caſtello cuſtorũ in ꝑdictã burmiã mortã & fiat ipſum foſſatũ ad minus damnum quantum poterit & fiat quãdo videbiť predictis maſſarijs & ſicut videbiť illis quorũ expenſis dictum opus eſt faciendum vel maiori parti.

¶ Quod aqua que diſcurrit per ſedimen Petri petertj labatur per loca conſueta.

Item ſtatutum eſt, ꝙ aqua pluuialis q̃ diſcurrit ſeu labiť per ſedimen Petri & Manuelis Peterij, & Nigri de boſcho, & per viã que eſt ante domos eoꝝ diſcurrat, & diſcurrere poſsit per loca & ſedimina per que & ſicut diſcurrere conſueuit temporibus retroactis nec poſsit per aliquem impediri modo aliquo quin diſcurrat vt ſup̃. & quilibet alius qui contra faceret ſeu dictam aquã vt ſup̃ diſcurrerẽ ꝓhibebit puniať qualibet vice in ſoldis ſexaginta & plus & minus arbitrio poteſtatis. ꝙ bannũ aufferre teneatur ſemper infra tres dies poſtq̃ ei denunciabitur.

¶ De via que vadit per villam Gamondij mutanda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ via que vadit per villam de gamondio ꝓpe domum Manfredi Boydi muteť & ire debeat per terrã Manfredi boydi & vxoris quondã Anſelmi pãcie, & ſancte Marie de curte, & a ſctã Maria de curte vſq; ad domũ Gulliermi boydi, & ematur terra per q̃ mutabitur dicta via libris octo pro quolibet ſeſtario ab illis a ꝗbus remanſerit via vetus ſi placebit eis.

¶ De Carraria croſſe aptanda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ carraria croſſe que eſt in quarterio gamondij apteť & remundetur a domo ſtrachorum vſq; ad beale molandinorũ per totũ menſem auguſti ꝑ illos qui ſtant & habent domos & ſedimen per rugatã fantinoꝝ vſq; in malcantono, & per oẽs illos qui ſtant & habitant a beale ꝙ eſt iuxta domũ Gulliermi rane vſq; ad domum fantinorũ, & per illos qui conſueti ſunt mondare dictam carrariã a rugata fantinorum vſq; ad beale ꝙ eſt iuxta domũ Gulliermi rane, ſicut vadit & cazat vſq; ad portam Ianuenſam arbitrio Anſelmi cauigioni. Ruffini pupini Ruffini ſtrache, & Arechi de Aſt qui ſit notarius, & de hoc teneať põtas ſine tenore. & ſi dictus põtas hec non obſeruauerit, amittat de ſuo ſalario libras quinquaginta de quibus cõe ſit abſolutũ.

¶ De ceſijs que ſunt a vinea Nicolai fornarij ronchandis

Item ſtatutum eſt, ꝙ ceſie que ſunt a vinea Nicolai fornarij vſq; ad vineam Nicolai guecchi ab vtraq; parte vie debeant eſſe ronchate & viam in arbitrio Alexandrini de Alexandria ſicut eſt ad picium Nicolaij fornarij.

¶ De ponte vno ad leuaellam ſuper beale faciendo.

Item ſtatutum eſt, ꝙ via que vadit verſus portã fori a põte granariorũ vſq; ad plateam de paſtoribus debeat aptari & ꝑinglarari expenſis illorũ qui habent boues, & plauſtra, & qui habent fornaces vltra beale vſq; ad portã fori, & hoc fiat in arbitrio, & voluntate Ruffini. & Bonini ſuliani. Et fiat per totũ menſem Madij proximi. Qui Ruffinus & Boninus habeant plenã bayliam imponendi predictas expenſis ꝑdictis habentibus boues & plauſtra & fornaces vt ſupra. Et ꝙ põtas teneatur conſtringere ipſos ad ſolutionem faciendam de predictis expenſis, & dare fortiam, & iuuamen predictis Ruffino & Bonino ad dictum laborerium faciendum.

¶ De foſſato Gamondij ad ſenterium Gulliermi boydi faciendo.

Item ſtatutum eſt, ꝙ fiat foſſatum vnum bonum & amplum per poderium Gamũdij ꝙ incipiat a burmia hinc ad ſenterium Gulliermi boydi, & extẽdatur vſq; ad vineam ſancti Leonardi, & abinde vſq; ad turexellam, & abinde vſq; in foſſatũ ville portenoue vel per alias terras prout melius videbitur maſſarijs infraſcriptis. Et fiat dictum foſſatum per illos qui habent terras vltra burmiã, & a flumine vrbe verſus burmiam & expenſis eorum & ſint maſſarij dicti laborerij faciendi. Gulliermus boydus. Gottofredus pellatus. Lodoiſius blanchus. Opicius cirmellus. Nicolaus burſa. & Cõradus ſpendonarius, qui faciant fieri predictam leuatã & faciant talias, & aſsignationes ipſius laborerij & expenſarũ inter oẽs tam religioſos clericos q̃ ſeculares & laycos habẽtes poſſeſsiones vltra burmiam vt ſupra ad eorũ voluntatem. & poſsint imponere banna & excutere ſuper predictis habentibus poſſeſsiones vt ſup̃ ad eorũ voluntatẽ & põtas teneatur facere iurare ad medium februarium dictos maſſarios. & compellere ad predicta facienda. Ita ꝙ incipiant dictum opus de menſe Februarij, & finiatur ꝑ tutum menſem Martij. niſi videatur dictis maſſarijs ꝙ dictum opus fieri nõ poſſet vel aliter faciendum. Et teneatur põtas dare predictis maſſarijs de ſua familia quem volueris ad excutiendum predicta, & teneatur eis dare contiones eis & milites Alex. ſi videbitur qui teneant laboratores ſecuros ad dictum laborerium faciendũ, & modis omnibus dare auxilium & iuuamen ad predicta faciẽda ad eorum voluntatem. Et hec oĩa dictus põtas teneať attendere & obſeruare & attendi & obſeruari facere, & ꝑdicta fiãt ſi placebit eis quorũ expenſis fieri debet dictum opus.

¶ De foſſatis que vadunt ad ſtrepam mantellum leuandis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ foſſata ſtrate que vadũt ad ſtrepam mantellum leuentur ab vna parte vie & ab alia ampla per quattuor pedes pertice deſuper & deſubter ꝑ vnum pedem pertice & proijciatur terra in via, & leuentur dicta foſſata a domo humiliatorum vſq; ad ſtrepam mantellum. Et ſi quis fecerit ſapellum ſuper dicto foſſato teneať illud leuare vſq; ad tres dies. poſtq̃ compleuerit id pro quo fecerit dictum ſapellum, & fiant dicta foſſata expenſis illorum qui habent terras ſuper dicta foſſata, & ſint maſſarij de dictis foſſatis Petrus buſſatius. & Ioannes ſtracha, & fiant dicta foſſata per totum menſem Aprilis preciſe & ſine tenore.

¶ De compellendo maſſarios, burghi, rati, ſcroſſari, foſſatum braide ſancti Saluatoris.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ dñs Poteſtas teneatur & debeat compellere maſſarios de burgo rato facere ampliari & ſcroſſari foſſatum quod eſt in brayda ſancti Saluatoris ſiue ſancti Euaſij de ghiſſono vſq; in viã riuitorti per totum menſem Martij. Et hoc fiat expenſis hominum dicti loci ſi eis placebit de burgorato in arbitrio Manfredi Lenti & Ruffini de picio.

¶ De foſſato ſiue circha per vallem baudoarie vſque in burmiam faciendo.

Item ſtatutum eſt, ꝙ fiat foſſatum vnum ſiue circa bene amplum & profundum, & incipiatur apud beale, & fiat per vallem de baudoaria vſq; in Burmiam per homines de bargorato, & alios qui habent terras & poſſeſſiones in poderio burghirati. Et qui habitant & ſtant in dicto loco ſi placet eis, & fiat tam expenſis eccleſiarum q̃ laycorum que eccleſie habent & poſſident terras in ipſo poderio. Et ꝙ aliquis qui habeat terram vbi fiet dictum foſſatum non poſſit prohibere neq; vetare quin dictum foſſatum fiat per ipſas. & fient etiam in ipſo poderio alie cirche ſi placuerit cõmuni & hominibus ipſius loci, & fiant in arbitrio Iacobi bouacij. Rufn̄i milleſoldis, & Rufn̄i de opicio. Et ſecundum ꝙ ipſi impoſuerint & taliauerint fiat ipſa circa, & poteſtas teneatur quemlibet cui impoſitum vel preceptum fuerit aliquid per ipſos excutere, & banna impoſita & que imponẽtur per maſſarios ipſius loci dare ipſis fortiam ad excutiendũ ipſa banna & fiat per menſem Martij.

De via ab eccleſia ſancti Ioannis de monechabus aperienda.

Item ſtatutum eſt, quod aperiatur via vna ab eccleſia ſancti Ioannis de monachabus hinc ad portam Ianuenſam, & fiat ibi pons expenſis vicinorum ſi placuerit eis in arbitrio cirimelli, & Lafranchi corſij. Et quilibet vicinorum debeat inglarare ante ſuum ſedimen hinc ad domum balioni vſq; ad portam Ianuenſam. Et hoc ſi placuerit vicinis.

De foſſato vno ſiue circha facienda in poderio baſarucij ꝓ ſecuritate ſtrate.

Item ſtatutum & ordinatum eſt pro magna vtilitate communis Alerand. & pro magna ſecuritate ſtrate quod Poteſtas teneatur infra menſem poſtquam iurauerit regimen ciuitatis Alexandriæ facere deſignari foſſatum vnum ſiue circham vnam arbitrio Dominorum Iacobi de puteo. Ruberzoni trotti. Rufn̄i calcamugij. Iacobi ſchenardi. Andree ſtrache. & Laurenghi guercini. Manuellis capriate de Fregarolio, Manfredi guaſoni, Gulliermi cottelle. de villa boſchi. & Guertij de madio, Alexandrini raynaldi. Ioannis pellati de frixnaria. Ruffini angelarij filij Gulliermi, Angelerij de baſſarutio. & Sardeni de ſardenis, quod foſſatum incipiatur vltra villam Baſſarutij ſicut & vbi videbitur ipſis maſſarijs ſupraſcriptis ad maiorem ſecuritatem ſtrate & communis. Et fiat ipſa circha per illa loca per que videbitur maſſarijs infraſcriptis, ad maiorem ſecuritatem ſtrate & communis, & hominum Alexan, & dictarum villarum. Ita quod predicta circha fiat & fieri debeat per commune & homines baſſarutij tantum quantum protenditur poderium diſtrictus ville baſſarutij, & per commune & homines frixinarie tantum quantum protenditur poderium & diſtrictus ville frixinarie, & per cõmune & homines boſchi tantum quantum protenditur poderiũ & diſtrictus ville boſchi, & cõe & hoĩes fregarolij tm̃ q̃tũ ꝓtẽdit̃ poderiũ, & diſtrictus ipſius ville fregarolij, & cõe & hoĩes porte noue debeãt & teneant̃ cõferre auxilium cõi Baſſarutij ad faciendũ opus tm̃ quantũ, & ſicut videbit̃ p̄dictis maſſarijs, & cõe & homines de vrbis taneant̃ conferre cõi & hominibꝰ Fregarolij tantũ q̃ntũ & ſicut videbit̃ dictis maſſarijs. & Grãgia de cãpania & oẽs alie grãgie & manſiões circũſtantes, ſicut videbit̃ dictis maſſarijs ꝓdeſſe dictum opus teneantur & debeant cõferre ad dictum opus tãtũ q̃ntum & ſicut videbit̃ p̄dictis maſſarijs. Que circha fiat larga & ꝓfunda tãtũ q̃ntũ videbit̃ p̄dictis Ruberzono trotto & Ioãni calcamugio. & Iacobo de putheo. & poſtq̃ dicta circha erit deſignata ꝑ p̄dictos maſſarios, teneatur & debeat Põtas compellere dicta cõia facere dictã circhã ſecundũ ꝙ fuerit deſignatũ ꝑ poderia ĩparũ villarũ. Ita ꝙ ĩpa cõia finiant. & finire debeant ĩpũ opus ꝑ totũ menſem martij proximi venturi. ſub pena lib. centum ꝓ qualibet villa & ꝓ quolibet cõmuni ĩparum villarũ. Quã penam poteſtas teneat̃ eis aufferre. ſi p̄dicta non obſuauerint cũ effectu & p̄dicti maſſarij teneant̃ & debeãt deſignare dictam circhã ꝑ totũ mẽſem Februarij. ſub pena librarum vigintiquinq; pro quolibet. & qualiter ipſa circha fieri debeat per

poderium Marenghi, continuando cum poderio Fregarolij teneatur poteſtas facere conſilium generale per predicta communia, & requirere conſilium qualiter ſit facienda ipſa circa per homines Alex per poderium marenghi. Quod conſiliũ requirere teneatur quando fuerit completa dicta circha vt ſupra per poderia dictarũ villarum. Et ſi poteſtas non faciet fieri & compleri dictam circham per predicta communia ad terminum infraſcriptum, & per cõmune & homines Alexan. per totum mẽſem Aprilis amittat de ſuo ſalario libras ducentum a quibus cõe ſit penitus abſolutũ. Et predicta omnia teneatur facere fieri preciſe & ſine tenore. Ita ꝙ non poſſit abſolui per conſilium vel arenghum nec alio modo.

Capitula pertinentia ad laboreria Marenghi, de aqua ducenda per agros Marenghi.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur facere attẽdi & obſeruari omnia ordinamẽta & ſtatuta que homines Marenghi fecerunt & facient inter ſe ꝓ ducenda aqua de flumine vrbe per territorium marenghi. Eodem modo teneatur facere attendi predicta & obſeruari conuentiones que & quas homines de marengho fecerunt cum hominibus de fregarolio & boſcho, & cum alijs hominibus occaſione dicte aque ducende ad expenſas ipſorum, & non ad expenſas cõmunis, & ꝙ maſſarij ellecti pro dicta aqua ducenda debeant facere & curare ꝙ foſſatum inceptum pro dicta aqua ducenda debeat compleri & finiri. Ita quod aqua predicta deriuetur & currat per dictũ foſſatũ ſm ꝙ videbitur hominibus de marengho, & deſignabitur per Iacobum rationatorem vel per alium magiſtrũ vſq; ad Kal. Martij proximi. Et incipiatur vſq; ad kal. Februarij. Et ꝙ illi de fregarolio & de boſcho & de frixinaria debeant complere partes deſignatas de dicto foſſato vſq; ad dictum terminum, ꝙ ſi non obſeruauerit poteſtas teneatur aufferre cuilibet homini predictarum villarum ſoldos centum & cõi p̄dictarũ villarũ libras quinquaginta. Et ꝙ omnia banna que predicti de Marengho & p̄dictarum villarũ impoſuerint occaſione dicti foſſati faciendi, & dicte aque ducende, poteſtas teneat̃ aufferre & aufferri facere. Quorum medietas ſit communis Alexan. & alia medietas ſit predictorum maſſariorum, & hoc capitulum attendatur & locum habeat ſi pax erit, & predicta compleri poterunt.

De Aſſignationibus ipſius aque.

Item ſtatutum eſt, ꝙ omnes aſſignationes, emptiones, conductiones & alie rationes & diuiſiones & extimationes & huiuſmodi operationes diſtributiones pene & banna & omnia alia que facta ſunt & fient, ſiue que ordinata vel ordinabuntur per cõmune Marenghi, vel per maſſarios aque in aqua ducenda vrbarum vel lemoli, & deriuanda, & circa ipſam aquam, & ipſius aque ductus & in terris zerbis locis & poſſeſſionibus per quas & ad quas & quibuslibet predicta prodeſſe poterunt, & omnibus hominibus habentibus ius in predictis terris & poſſeſſionibus & omnibus alijs terris, que ſunt inferius a via que vadit a Caſali Molini Martini, vſq; ad villam Fregarolij que videbuntur hominibus de Marengho ſiue predictis maſſarijs fore vtilia in predictis omnibus & ſingulis & circa predicta omnia ſint firme & firma. & firme & firma habeantur & teneantur in perpetuum per commune Alexan. & per quamlibet perſonã, & poteſtas & rector, qui pro tempore fuerint in Alexan. & commune Alexan. teneatur & debeat omnia & ſingula facere teneri & haberi rata & firma omni tempore. Ita quod aliquis non audiatur aliquo modo per poteſtatem vel conſilium Alexan. vel per aliquam perſonam reddentem ius in Alexandria, qui impediret, qui faceret, qui veniret aliquo modo vel contradiceret predictis vel aliquo de predictis vel contra predicta, vel aliquod predictorum. Et quod ꝑ poteſtatem vel rectorẽ, nec per conſilium Alex. nec populi, nec per Arenghum nõ poſſit fieri ſtatutũ vel ordinamentũ aliquod contrariũ vel cõtradicens predictis vel aliquo predictorum in aliquo vel in p̄dictorũ verborum mutationem. Et ſi factum eſt, ſit caſſum, & illud in ſuo robore perſeueret, Et inſuper pōtas teneatur quādo illi de Marengho laborabunt vel laborari facient ꝑ p̄dicta aqua ducenda conſtringere quemlibet quarterium & homines ipſius quarterij laborare ſiue laboratores mittere per vnum diem ſi placuerit conſilio.

¶ De Aqua vrbe per campos Marenghi ducenda ſilicet Baſarutij ⁊ frixinarie.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat facere duci aquā vrbe ꝑ campos Marēghi. Boſchi, & Fregarolij expenſis porte Marenghi ville Baſarucij. Frixinarie. Boſchi & fregarolij Quod illi de boſcho debeant ducere dictam aquam per totū poderiū ſuum ſuis expenſis, & illi de Baſarucio & Frixinaria ꝑ totū ſuū poderium ſuis expenſis. Et illi de Marengho ꝑ ſuū poderium ſuis expenſis a leuata vero ſuperius tam foſſatum q̄ expenſis illorū de boſcho ꝓ tertia parte, & expenſis hominū de Marengho. Fregalorij. & Baſſarucij ꝓ duabus partibus. Ita tamen ꝙ oēs terre de Brugneto & de valle recio & de combeto, & oēs alie per quas labetur aqua p̄dicta vel duci poterit ꝑ totū poderium Marenghi expenſis illarum terraꝝ que ſunt a campo Iacobi vſq; ad caſſale molandini Martini, & debeant cōicare ꝑ homines porte Marenghi qui volunt emere de p̄dictis terris, & debeant habere ꝓ pretio alias ordinato ꝑ homines Marenghi. Que oīa & ſingula infraſcripta debeant fieri attendi & obſeruari arbitrio Iacobi rationatores, & maſſariorum porte marenghi Et incipiat laborerium iſtud ad kal. Februarij & finiatur ꝑ totum menſem ſequētem. Eo ſaluo ꝙ ſi aliquis in conſilio publico vel priuato diceret contra capitulum iſtud in totū vel in ꝑte. Poteſtas teneatur ei aufferre lib. qnquaginta. Qua quidē aq̄ & vtilitate aq̄ p̄dicte, p̄dicti homines ſiue cōia locoꝝ p̄dictoꝝ poſſint vti ad eoꝝ voluntatē & vtilitatē ſine cōtradictione cōis Alex. & hec oīa facere teneat ſi requiſitus fuerit poteſtas.

¶ De bealeto quondam dñi Oberti guaſoni.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneatur ſi inde requiſitus fuerit facere mundari & murari conuenienti muro ab vtraq; parte & ſolari per totum vbi murus non eſt bealetū qui eſt & tenet, & vadit inter vicinos a domo quondam Oberti guaſoni vſq; ad bealeſtrate, qui eſt ante domos Vgoni clari & ire conſueuit. Ita ꝙ aqua bene poſſit diſcurrere ꝑ dictum Bealetum, quod debeat aptari bucha introitus ipſius, & hec fiant ꝑ totum menſem Auguſti expenſis vicinorum p̄dicti bealeti, quilibet ante ſuum frontem in arbitrio Dullini Dulij. & Albrici capucij, vel alterius magiſtri ad hoc ellecti. Qui arbitri habeant auctoritatem p̄cipiendi vnicuiq; vicinorum in banno de ſoldis ſexaginta pro ip̄o laborerio faciendo, & faciāt & obſeruent totum id, ꝙ p̄ceptum eis fuerit ꝑ eoſdem quantum ꝓ ip̄o laborerio faciendo.

¶ De bealeto bellengeriorum mundando.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ quilibet illorū hominum qui habent domos a domo ſiue a ſedimine Belengeriorū vſq; ad domum Rubei glarolij mundare debeant bealetum ꝙ currit inter domos, & ſedimina eorum ab vtraq; parte bealeti per fundum expenſis eorum quorum ſunt dicte domus & ſedimina per totum madinm proximum Antonius ghillinus & capellerius ſint maſſarij & iurent ꝙ facient vt ſupra. Et hec fiant ſi poteſtas inde requiſitus fuerit & placuerit vicinis.

¶ De bealeto ſancti Ioannis de ranis aptando.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat facere aptari & cooperiri de lapidibus bealetū ꝙ currit per curiā ſancti Ioānis de ranis, & iuxta cimiteriū ipſius eccleſie vſq; ad portam Iacobi axinarij q̄ eſt deuerſus ip̄am eccleſiā vſq; in ſtratā, & hoc fiat expēſis illoꝝ per quorum ſedimina dictus bealetus currit, & qui vtilitatē habent de ipſo a domo

oglerij dulij. & tignoli lantie, & hec fiant ſi placuerit vicinis. Qui debeant cōpelli ad hec facere, & pōtas teneat facere hec infra menſem, poſtq̄ fuerit ei denunciatum.

¶ De ſtrata ſiue via a porta lanzoni vſque ad pontem burmie de marengho in glaranda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſtrata ſiue via a porta Lanzonorum & ſancti Spiritus vſq; ad pontem Burmie de marengho per cōe marenghi & illorū hominū qui habent terras & poſſeſſiones ꝓpe ip̄am viā ꝑ totum menſem Madij arbitrio Gulliermi dulij, Nicolini calcamugij, & Rubini ſturtilioni ſiue alicuins alterius maſſarij ad hoc ellecti per maſſarios ſupradictos debeāt inglarari ad ſuam voluntatē & ꝙ aptari faciant viā nouam que eſt vltra burmiam que vadit verſus caſtrum marenghi, & faciāt leuari pōtem petre qui eſt in via noua penes ſanctum Petrum infra dictū tempus, & ꝙ quilibet perſona habens ibi terras & poſſeſſiones teneat remundare & ſpazare & ſprazata tenere foſſata per dictam ſtratam per medium ipſorum vſq; ad dictam eccleſiam ſancti Petri ſub pena ſoldorum viginti ꝓ quolibet, & hec teneatur pōtas facere obſeruari ſine tenore, & ꝙ quilibet qui non eſt de porta marenghi habens terras & poſſeſſiones a ponte burmide vſq; ad portas predictas teneatur duci facere in ip̄a via vbi videbitur maſſarijs ꝓ quolibet campo ꝙ habet in ambabus vijs plauſtra decem bone glaree, & tantū plus quantū videbit maſſarijs p̄dictis per totū menſem Auguſti arbitrio p̄dictorum, & p̄dicta fiant per totum menſem Auguſti arbitrio predictorum.

¶ De via que eſt a domo oberti nigri de lintignano facienda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat & debeat facere ſcroſari & aptari de lapidibus, & glarea expenſis vicinorum viam que eſt a domo oberti nigri de lintignano vſq; ad damnatam infra dies quindecim poſtq̄ eidem nunciatum fuerit arbitrio Iacobi ſancti & pelli leuati cochiti ſi placuerit ip̄is expenſis predictorum.

¶ De ponte in lacu antinio ⁊ barbelli faciendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ fiat pons vnus in lacu antinio, & fiant barbelli in ipſo de petra ab vtraq; parte expenſis & hominum ſolerij in arbitrio Dionixij & Simonis guaſchi vſq; ad mediū Madiū & hec teneat poteſtas ſi & qn̄ plecuerit hoibꝰ de ſolerio.

¶ De aqua ducenda per portam Marenghi.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ quiſq; teneat ſoluere collectam ſiue fodrum ꝙ vel que imponetur a maſſarijs porte Marenghi ꝓ dicta aqua ducenda. Et ille qui nō ſoluerit infra octo dies poſtq̄ ei fuerit preconizatum ad portam marenghi duplum ſoluere teneatur & ꝓ banno ſoldos viginti ꝓ qualibet vice ꝙ non ſoluerit & plus ad voluntatē poteſtatis. Quod bannum ſit cōis Alex. & duplum ſit maſſariorum dicti foſſati, & pōtas teneatur tam duplum q̄ bannum excutere. Et capitula omnia de dicta aqua teneatur attender̄ & adimplere & adimpleri facere, & hec habeāt locū ſi & qn̄ dictū opꝰ fiet.

¶ De eadem aqua.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis de porta Marenghi intrauerit in aliqua obligatione pro communi ipſius porte & vtilitate cauſa ducendi aquam vrbe, & intrauerit, & lemoli per campos Marenghi cōmune ipſius porte teneatur ipſum extrahere & liberari facere de ipſa obligatione, & de damnis & expenſis & alijs eccesſibus. Poteſtas compellat ipſum cōmune & homines ipſius porte ad hec fieri faciendum.

¶ Quod nullum opus fiat in dicto foſſato.

ITē ſtatutū eſt, ꝙ nullū opus fiat in dicto foſſato Marēghi & fregarolij ſine volūtate illoꝝ de marēgho vel maioris ꝑtis, & ꝙ maſſarij cōſtituti ad hoc opus faciēdū infra illud tempus p̄dictum opus nō cōpleuerit dent ꝓ bāno libras decem ꝓ quolibet infraſcriptorum. Quod bānum, & quā penam pōtas cōis Marenghi teneat attendere & attendi facere, cuius banni medietas ſit cōis Alex. & alia maſſariorum.

¶ De maſſarijs dicti operis faciendi.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ maſſarij qui nunc ſunt vel fuerint dicti opis, & qui continent in capitulo notariorū q̄ voluerint dicti maſſarij qui ſunt vel qui erunt poſſint & debeant vſq; ad decem annos ꝓximos omnes terras zerbos & poſſeſsiones per quas dicta aqua duci poterit aliquo tpe diſpenſare, & dare ꝑ homines qui expenſas illius foſſati fecerint ꝓ ea parte ꝓ qua quiſq; p̄dictornm hominum fecerint p̄dicti operis. Saluo eo ꝙ dictum eſt ſup̄ in capitulo quod eſt ſub rubrica de attendendis ordinamentis factis ꝓ ducenda aqua marenghi.

¶ De Aqua ducenda infra tempus.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis impediret vel vetaret ꝙ poſſeſsiones & terre in quibus aqua duci poterit infra p̄nominatum tempus ſcilicet annorum .x, ꝙ nō diſpenſetur & alienetur ad totā voluntatem maſſariorū ſit in banno quilibet & ꝓ qualibet vice librarū. x. Quod bannum & penā totū pōtas teneat aufferre & reducere in cōe Ale. & hoc capitulū factū fuit Milleſimo ccxlviij. inditiōe vndecima. Et p̄dicti maſſarij debeant ſtare in dicta maſſaria, Donec p̄dicte terre fuerint diuiſe & aſſortate inter homines marenghi, & totum hoc ſine tenore attendatur.

¶ De via contrate filiorum Ruffinorum inglaranda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ via contrate filiorū Ruffinorum debeat inglarari expenſis illorum de tota illa cōtrata a porta Marenghi vſq; ad plateam maiorē videlicet expenſis illorum qui habent domos in ipſa contrata tali modo ꝙ pōtas teneatur & debeat infra menſem vnum poſtq̄ ei denuaciatum fuerit per aliquem ipſius contrate facere requiri homines de tota ipſa contrata, & ſcire & requirere ab eis ſi eis placebit ꝙ dicta via inglaret & ſi eis placebit vel maiori parti ipſorum tunc dn̄s Poteſtas p̄cipiat eis & cuilibet ipſorum ſub pena & banno ad ſuam voluntetem quod debeant dictam viam facere inglarari & perfici per homines dicte contrate qui ibi habent domos vt ſupra infra duos menſes poſtquam placuerit hominibus ipſius cōtrate ſeu maiori parti ipſorum, & quod debeant elligere duos bonos homines & legales de ipſa contrata ad predictum opus faciendum & complendum.

¶ De bealeto Sancti Dalmatij.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ bealetus q eſt ſiue eſſe conſueuit & capitur & domo Gulliermi rubei inter vnū & aliū vſq; ad ſanctū Dalmatium aptetur & remundet ab eis vicinis. Ita ꝙ aqua vſq; ad illum finē ꝑ eum libere diſcurrere poſsit, & fiat carraria vna ꝑ viam ſancti Dalmatij expenſis vicinorum vſq; in betale ſancti Dalmatij ꝑ Anſelmū garingaudum, & facium olim de bricio. Qui iurēt ꝙ facient fieri p̄dictum laborerium ꝑ totum menſem Nouembris expēſis illorum ꝑ quorū ſedimina labitur ipa aqua. Et hec ſi facta non eſt. Et pōtas requiretur per vicinos.

¶ De foſſato de vedero remundando.

ITem ſtatutum eſt, quod foſſatum vnum ficit in vedero. Et illud quod factum eſt remundetur, & refficiatur vbi conſueuit eſſe a capite terre de gaudinis que eſt iuxta Gulliermum vſq; ad terras bucche muſe in arbitrio & laude Bernardi anſaxie. Expenſis illorum qui habent ibi terram ab vtraq; parte dicti foſſati, Si placuerit eis que terra veniat ad ipſum foſſatum. Et hoc fiat vſq; ad Sanctum Martinum proximum ſi inde requireretur Poteſtas.

¶ De via faciēda a domo vetuli vſque ad domū Bernardi nauarie.

ITem ſtatutū eſt ꝙ vna via fiat, a domo vetuli vſq; ad domū dn̄i Bernardi nauarie de lapidibus groſsis calcinarijs, & de calcina per vicinos. expenſis illorū qui habēt domos & ſedimina ab vtraq; parte vie vſq; ad ſanctum Martinū, & a ponte p̄dicto ſuperius vſq; ad domū Arnaldi piati & in glaret ꝑ vicinos. ſi placuerit vicinis in arbitrio Gambe piati, qui predicta faciat fieri & banna que inde impoſuerit teneatur poteſtas aufferre & facere attendi omnia precepta que ipſe maſſarius precepit. Quorum bannorum medietas ſit ipſius maſſarij, & alia medietas cōis Alex. & hec fiant ſi denunciatum fuerit poteſtati per eoſdem.

¶ De ponte Ruffini Gambarini faciendo.

ITem ſtatutum eſt quod fiat vnus pons expenſis cōmunis iuxta turrim Ruffini Gābarini ſuper beale vbi nunc eſt. Ita ꝙ ripa muretur ipſius bealis, & murus fiat ab vtraq; parte ripe ſuper quo dictus pons fiat de bono robore in arbitrio dn̄i Luchini gābarini, & vſq; per totum regimen noſtrum.

¶ Quod capitula de aqua Marenghi ducenda attendantur.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat attendere & obſeruare & attendi & obſeruari facere cum effectu oia & ſingula ſtatuta & ordinamenta facta & q̄ fiēt per homines Marenghi ſimul conuocatos ſuper ducenda aqua per poderium marenghi a flumine lemoli ſiue vrbe ſecundū ꝙ eis magis placuerit pro vtilitate hominum dicti quarterij & cōis Alex. tam ſuper maſſarijs faciendis q̄ ſuper alijs neceſſarijs ad p̄dicta facienda, & predicta oia & ſingula locum habeant in penis & bannis ordinandis, & excutiendis contra illos, & ab illis qui nollent attendere & obſeruare omnia & ſingula ſtatuta. Que ſtatuta & ordinata fuerint per predictos homines Marenghi, tā contra cōitates locorū, q̄ contra ſingulares perſonas, & predicta attendant & obſeruent precise & ſine tenore. Nullo ſtatuto vel ordinamento huic obſtante, & ſi ꝙ eſt ꝙ huic obuiaret, illud ſit caſſum, & nullius valoris, & de illo ꝙ eſſet contrarium poteſtas non teneatur. Et ſi aliqua queſtio moueretur de predictis vel aliquod predictorū illa ſemper debeat determinari & interpretari per homines quarterij Marenghi, inſimul conuocatos cui interpretationi & determinationi ſtetur in totum. Et predicta fiant expēſis illorum de marengho, & de quarterio marenghi & hominum locorum per quorū territorium fieret opus pro ipſa aqua ducenda.

¶ De ponte vno ad riuum de brote faciendo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat facere fieri pontē vnū ad Riuū de brote de lapidibus & calcina qui ſi cū volta, expenſis hominū de quarterio ſolerij, & illorū hominum de villa ſolerij in arbitrio Gulliermi bucchefarine & Pape farrue ſi placuerit illis de ſolerio & quargnenti & poteſtati denunciatum fuerit per eoſdem.

¶ De ponte ville veteris de ſolerio faciendo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ poteſtas teneat facere fieri pontē vnū de lignamine ſup Riuum ville veteris ſolerij in via que vadit in brucheriū ad paualionū iuxta vineam illorum de fatione & iuxta ſedimen presbyterorum expenſis hominū de villa veteris ſolerij in arbitrio Iacobi barrilis & Rufāni pate vſq; ad Kalen. Septembris. Si placuerit illis de ſolerio, & denunciatum fuerit poteſtati per eoſdem.

¶ De via de Picio de cornu amplianda.

ITē ſtatutū eſt, ꝙ via de picio de cornu ſit ampla pedes octo pertice a ſedimine quōdam Arnaldi de bucerio vſq; ville ſolerij in arbitrio rainerij ſiliboni, petri alberti, & guillemi & hoc ſi placuerit vicinis & poteſtati denuuciatū fuerit per eoſdem.

¶De ponte vno ad vineā preſbyteroꝛum de ſolerio faciendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ fiat vnus pons apud vineā preſbyteroꝝ de ſolerio vbi dicitur lacū Atinū de lateribus & calcina expenſis illorū de ſolerio ville veteris, & hoc in arbitrio Ruffini Galee & Dianeſij & Ruffini taberne vſq; ad Kal. Decembris ſi placuerit illis de ſolerio & poteſtati denunciatum fuerit per eoſdem.

¶De foſſato ſolerij deuerſus felizanum mundando.

ITem ſtatutū eſt ꝙ foſſatum factum per cōe & homines ſolerij debeat ſtare & ꝑmanere ſecundū ꝙ eſt, & debeat mutari & meliorari ſi opus fuerit ſm ꝙ videbiť pagano galee, & ottoni taberne, & teneať poteſtas facere laborari ad dictum foſſatū ꝑ dies octo, vnde p̄dictis videbiť, & ſm ꝙ eis videbiť & eius arbitrio & ſi aliquis derogaret vel deterioraret dictum foſſatū teneať poteſtas aufferre cuilibet & qualibet vice libras ·x. & amplieť foſſatū ꝑ duos pedes, & ꝑ duos pedes ſcroſſetur vſq; ad fundū ottonis taberne, & a ſtrata que vadit verſus felizanū expenſis illoꝝ de ſolerio ſi placuerit eis.

¶De via ad villam vrbarum aperienda.

ITē ſtatutū eſt, ꝙ via q̄ eſt ab exitu ville vrbarū & vadit verſus molandinū de vrbis ꝓpe murū curie hoſpitalis ſtet & ſtare debeat aperta. Ita ꝙ ꝑ eā cū bobus plauſtris & beſtijs ire valeat ac rediri, & hoc teneať poteſtas fieri & attendi facere.

¶De via ville vetule ſolerij.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ via que eſt in territorio ſolerij & ville vetule que iacet in poderio plano que vadit ad viā ruptā amplietur ꝑ conſortibus ꝑ perticā vnam a ſtrata vſq; ad viam que vadit ad carrariam Anſelmi botacij. Et qui contrafecerit ſoluat pro banno libras xxv. & aptetur per totum Aprilem, & hoc fiat arbitrio petri aſterti & petri dianeſij. & hoc expenſis illorum conſortum ſi eis placuerit, & denunciatum fuerit poteſtati.

¶De bealeto qui vadit per domum cōis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ bealetus qui vadit a beali platee, per domos Andree de ottobellis cōis vſq; ad domos Danielis & vſq; ad carrariū de croſſa debeat ſtaŕ apert° ſine tenore, & aptari & mundari expenſis illorū per domos quoꝝ, & ſedimina decurrit. Ita tamen ꝙ dictus bealetus debeat ire & diſcurrere inter heredes quondā cōradi, & heredes quondā Raynerij, pectenarij & fiat expēſis illoꝝ heredū pro rata. Ita ꝙ hēdes dictoꝝ quondā Raynerij, & conradi habeant & habere debeant, & tenere poſſint priuatas ſuas ſuper dicto bealeto arbitrio Philiberti pectenarij, & Iacobi moycij, & ꝗlibet debeat dictum bealetum per cuius domū & ſedimen labitur murare per ripas & fundū, & & ipſum cooperire quolibet anno arbitrio predictorum.

¶De ponte burmie marenghi faciendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur facere fieri pontē vnū in burmiā marenghi ad voluntatē & ad arbitrium Ioannis dulij, & ottonis clari. Qui illum debeant facere fieri expenſis cōis Alex., & de lignamine roboris infra tres menſes poſtq̄ poteſtas iurauerit & ſit cōpletū & cōpleri facere teneať poteſtas vſq; ad kal. Septēbris. Ita ꝙ in ipſo laboretur ſine intermiſſione tēporis, & ſicut maſſarijs videbitur citius laborari & ponatur ibi vnus de humiliatis qui moratur in domibus humiliatorum, qui expēdat totam pecuniam que expendetur in dicto laborerio, & fiat dictus Pons vbi p̄dictis maſſarijs melius videbitur ſtare. Et fiat ſtrata vna leuata & ampla a loco vbi incipiebat pons vetus burmie deuerſus Alex vſq; ad dictum pontē arbitrio predictorū que ſtrata habeat foſſatos ab vtraq; parte vie magnos & amplos tantū quantū extendetur dicta ſtrata, & requirantur oēs grangie manſiones & eccleſie ville & loca diſtrictus Alexan. & aliunde quibus proderit dictus pons arbitrio dictorū maſſariorum, & omnes habentes boues vt adiuuent cōe Alex. ad faciendum dictum pontem & cōſtituatur ſalarium predictis maſſarijs & fratri & notario ſecundum ꝙ placuerit conſilio.

¶Quod fouea vrſi in foſſatum ciuitatis diſcurrat.

ITē ſtatutū eſt, ꝙ fouea vrſi q̄ eſt in ciuitate Ale. ad portā lanzonū, diſcurrat & diſcurrere debeat in foſſatum ciuitatis ad portam Lāzonum vbi conſueuit diſcurrere per quendam cuniculum qui eſt ibi, eo ꝙ illa aqua impedit introitum & exitum de porta ſancti Spiritus & diruit domos vicinorum.

¶Qđ beale a domo trencheti aptari debeat.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pons qui eſt ſup beale iuxta domū trencheti magiſtri debeat aptari de muro ab vtraq; parte vie, & fiat de canterijs vt beſtie cū plauſtro valeāt per tranſire & inglarari iuxta pontem per tranſeuntes, & habentes boues ibidem. Et vltra pontem & circa quilibet vicinorum teneatur inglarare ante domum ſuam ſiue ſedimē a porta ſancti Spiritus vſq; ad eccleſiam maiorem. Et ſpecialiter foſſatum quod eſt ante domum Ruffini turte ad voluntatem & ad arbitrium Iacobi de ponzano in banno ſoldorum decem pro quolibet qui non fecerit ꝙ ipſa via aptetur, illud quod precipiť pro qualibet vice, & ipſe maſſarius ſit in banno ſoldorum viginti ſi non fecerit aptari vt ſupra legitur vſq; ad kalendas Decembris.

¶De Putheo a domo guancie aptando.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ putheus qui eſt iuxta domū guancie de inuerardis, aptetur in arbitrio ipſius guancie ſi placuerit vicinis.

¶De Ponte vno in rugata caſaliti faciendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur facere fieri pontem vnum ſuper beale in rugata caſaliti prope ſanctum marzanum de lapidibus & calcina ſiue de lateribus expenſis vicinorum ſi voluerint arbitrio Gulliermi vellerandi & dñi Oberti ſturtilioni. Si Poteſtas inde fuerit requiſitus per dictos maſſarios.

¶De Pluſa in draonaria facienda.

ITem ſtatutum eſt, quod fiat cluſa vna

Nicolai milani que eſt in capite & intrat in carrariam de croſſa ante hoſtium domus Gulliermi ronghe & muretur de lateribus & calcina ab vtraq; parte & cooperiatur de lateribus & calcina expenſis vicinorum & omnium quorum aque diſcurrent in dictam cuniculum & buccha de beali que eſt ante palatium dñi Bozolini & fratrum iuxta pometa de plathea maiori apteť & refficiať expenſis vicinorū in arbitrio caſtelli piperis & Simonis moycij, & hoc opus incipiať citra medium Madium, & perficiať & cōpleatur dictum opus per totum menſem Madij ſi placuerit vicinis.

¶De bealeto a ſedimine piſane diſcernendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ bealetum ꝙ incipit inter ſedimen piſane, & ſedimē Ioānis fornarij placentini diſcurrere debeat ſicut conſueuit cōtinue per intus ſedimina vicinorum vſq; in beale croſſe, videlicet inter Ottonem de bublio, & Iacorinum garronū ardenghum. Ruffinū guerciū. Paganū mazonū. Ceuollam. Iacobū deuulijs, & Araſcum ſcurzabouem. Aſparellum de populo, & filios dñi Gulliermi de marēgho apteť mundetur & reficiatur ſemp per vicinos ipius bealeti eorũ expenſis arbitrio Gamundij guaſoni & Alcherini da manzino & ſi quis ipſum mũdare ſeu partem ſibi cõtingentem de expenſis factis in ipſo bealeto diſtulerit. Poteſtas teneat ei aufferre ſoldos qnq; in denarijs numeratis qualibet vice, qua querimonia facta fuerit, & hoc attendatur ſi placuerit illis quorum expenſis fieri debent predicta.

¶ De foſſato ville ſolerij aptari faciendo ⁊ ampliando.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ foſſatũ ville ſolerij debeat eſſe amplũ per vnã perthicã, & ſcroſari per aliã perticã & amplum ꝓ fundo pedes quattuor pertice, & hoc fiat per oẽs homines qui habẽt ſedimina in villa forti, & quibus data ſunt ſedimina, & liuerata, & hoc incipiat intra .xv. dies qñ põtas iurauerit regimen Alex. & factum ſit vſq; ad Kal. Iulij. ſi placuerit hominibus ſolerij & denunciatum fuerit poteſtati.

¶ De portis ville ſolerij faciendis.

Itẽ ſtatutũ eſt, ꝙ in dicta villa nõ debeãt eſſe niſi due porte vna verſus felizanũ, & illa verſus felizanũ debeat haberẽ pontẽ vnũ leuatũ, & vnũ belfredum & alia verſus Alex. Et dicte porte debeãt eſſe de aſsidibus & bene clauate de bonis clauaturis & oĩa fiant expenſis illorum de ſolerio ſi eis placuerit, & poteſtati denunciatnm fuerit.

¶ De via ſolerij claudenda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ dicta villa debeat eſſe clauſa tota de bona ſepe, vel de bono muro battuto expenſis illorũ, & hoc totũ in arbitrio Ottonis taberne. Bellengij dianeij. Anrici ville vetule. Et ꝙ nullus ſtet extra villã fortẽ nec in villa vetula, & ꝙ glibet debeat derocare domos q̃ ſunt in villa vetula, & debeat facere deportari oẽs palearios, qui ſunt in dicta villa ꝑ totũ Nouembrẽ. Ita ꝙ aqua q̃ venit verſus moleri debeat venire in foſſata ville ſolerij in arbitrio infraſcriptoꝝ. Itẽ ꝙ illi qui erunt maſſarij debeant precipere oĩbus hominibus in pena & banno ſoldorũ quinq; ꝙ debeant laborare ad dictam villam. Que oĩa fiant expenſis hominum ſolerij, ſi eis placuerit & poteſtati denunciatum fuerit.

¶ De lacu caſtriciriolij remundando.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ oẽs homines qui conſortant lacui de caſtro ciriolio debeant remundare per mediũ ſuum campum ſiue pratum vſq; ad cãtauinam & vſq; ad molandinum anſaxiarum in arbitrio Nigridulij. & Ricardi anſaxie. & Facioli gualij. Et de hoc Poteſtas teneatur, & omnia banna perueniant in cõe ſcilicet ſoldi decem ꝓ vnaquaq; vice, & Nihilominus dictus lacus mundet per tres vices in anno.

¶ De via ad picium patinengbum facienda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ via vna fiat vſq; ad picium patinenghum, per vallem vedari vſq; retro viam ſancti Antonij. & que vadit per vulmetum vſq; in burgo arbitrio Vgonis inuerardi. & Contradi ſtrangolati, & poteſtas teneatur eam facere fieri per totum Martium ſi placuerit conſortibus.

¶ De via a domo Brignoni orij aptanda ⁊ inglaranda.

Item ſtatutum eſt, quod via que vadit a domo Brignoni orij per ripam lacus vltra dictum lacum vſq; ad campum dicti Brignoni Et tantum quantum tenet dictum campum debeat inglarari expenſis hominum caſtri cirioli, & qui vadũt ꝑ ripam viam, & hoc fiat arbitrio Archerij arcati & Raynerij tignoſi, & fiat per totum menſem Iunij ſi placuerit conſortibus.

¶ De plaſa vodi in tanagro ⁊ burmia que damnum faciat vicinis non tenenda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ ſi aliquis vel aliqui habẽt vel habuerint aliq̃ pluſam vel vodum in tanagro. Burmia. vrba vel lacu que vel quod faciat aliquod damnũ vicinis vel cõi, Poteſtas teneat facere reſtitui illis damnũ cõi vel illi cui damnũ datũ fuerit in arbitrio duorum bonorũ viroꝝ vel faciat edificatum remoueri per ꝙ ripa cõis vicini vel illius cui damnũ datũ fuerit deffendat, & hoc ſine dilatiõe aliq̃ & libello & petitione in ſcriptis per ſuũ officiũ niſi vodum ſiue fuerint vendita vel ad fictũ cõceſſa a cõi, vel nullus alius poſsit habere molandina infra iuriſdictionẽ Alex. aliter & ꝙ venditiones & locationes facte per cõe attendant in totũ & obſeruent ꝓciſe & ſine tenore ſub pena poteſtati librarum centum, & poteſtas poſsit ſindicari.

¶ Quod quintana ⁊ priuata a domo magiſtri Gulliermi mundanda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ põtas Alex. teneat & debeat facere diſcurrere & mũdare quotiẽs opus fuerit priuatas ſiue qntanas q̃ ſunt a domo parua magiſtri Gulliermi vſq; ad domũ heredum quondã Gerardi nauarre ꝑ loca cõſueta vſq; in beale de platea, & ꝙ ipſe quintane & ipſa loca teneant mũde & aperte expenſis vicinorũ. Ita ꝙ glibet poſſit & debeat mũdare & diſcurrere facere in arbitrio Oglerij de plouera & magiſtri Gulliermi & cuiuslibet eoꝝ. Et hec oĩa preciſe & ſine tenore ſi placuerit vicinis.

¶ De via que eſt ante portã ptãtis mundãda ⁊ nõ prohibenda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ via que eſt ante portã ptãtis ſtet & ſtare debeat mundata a carraria que eſt iuxta plateã vſq; ad beccharias. Et ꝙ nemo ponat nec ponere debeat letamen nec rumentã in dicta via, nec ponere aliquod vituperiũ, & qui cõtrafecerit det ꝓ banno ſoldos xx. in denarijs numeratis ꝓ quolibet & qualibet vice, & nihilominus teneat portare letamẽ & rumentã, & que & quid aliud poneret in dicta via infra tertiam diẽ poſtq̃ denunciatũ ſeu accuſationẽ inde factã fuerit. Medietas cuius banni ſit cõis & alia medietas denunciatoris ſeu accuſatoris, & teneat põtas facere inquiri dictam cõtratam qualibet ebdemoda per vnũ de ſua familia, & hoc preciſe & ſine tenore & facere preconizari hec ꝑ dictã contratã infra diẽ poſtq̃ ei denunciatũ fuerit, & teneatur & debeat poteſtas facere ſcroſari viã que eſt ante brolietum & ante palatium cõis, a portis palatij cõis vſq; in beale de platea verſus plateã. Ita ꝙ aqua pluuia labat & labi poſsit in beale predictum, & hoc fiat per totum menſem Aprilis, arbitrio Dullini dulij & fulchini paualionis ſine tenore.

¶ De mũdando viã a cõſurtio paualionorum turris vſque in burmiã.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneat facere remũdari & mundare foſſata ſicut opus fuerit ab vtraq; parte vie, a cõſurtio turris paualionorũ vſq; ad locũ vbi eſſe conſueuit pons vetus Burmie, expenſis illoꝝ qui habẽt terras ab vtraq; parte vie. Ita ꝙ quilibet faciat & facere cõpellatur, ante frontem ſui cãpi. Ita ꝙ terra proijciat in ſtrata, & hoc fiat arbitrio Auricule ghillini, & Ioannis dulij.

¶ De leuata a campo Ruffini cruche facienda.

Item ſtatutum eſt, quod fiat leuata vna a Campo Ruffini cruche bona & alta vſq; ad Campum Marchixie barotie & vſq; ad campum quondam Gulliermi gambarini in arbitrio Rufãni ſturtilioni, & Iacobi Guargualij expenſis illorum quibus proderit in arbitrio predictorum, & talias & banna que imponentur per predictos predicta de cauſa Poteſtas teneatur excutere, & excuti facere infra dies octo, poſtquam ei denunciatum fuerit per predictos maſſarios, & fiat dictum opus per menſem Septẽbris ſi placuerit conſortibus.

¶ De Riuo ſolerij veteris veniendo per boſchum de loca.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ riuus ville ſolerij veteris veniat & venire debeat per boſchũ de loca ſicut eſt inceptum laboreriũ expenſis illorũ quibus ꝓderit in arbitrio duſij foci. Ruffini gerardi. & Burberij caſtagni. & banna & talias que imponerent per p̄dictos occaſione predicta teneatur pōtas excutere & excuti facere cum effectu ad voluntatẽ p̄dictoꝝ, & fiat dictũ opus expletũ ꝑ totũ mẽſem Aug. ſi placuerit vicinis.

¶ De faciendo cuniculum vnum intus foſſatum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poſſidentibus domus ſiue ſedimina ſiue terras in cõtrata que conſueuerat eſſe retro ſanctum Nicolaum, liceat facere cuniculum vnum paruum intus foſſatum, per ꝙ diſcurrant omnes aque que ibi adunantur ex diuerſis contratis ſine tenore.

¶ De ponte vno in rugata capitis vitis faciendo.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ pōtas teneaƭ facere fieri pontem vnũ de lignamine in rugata capitis vitis ſup beale ꝙ currit iuxta eccleſiã ſancti Petri capitis vitis, & iuxta domũ fratris Ruffini barocij. per totum menſem Aprilis proximi in arbitrio Anrioni barotij. & fratris Iacobi ſape expenſis totius contrate ſine tenore.

¶ De bealeto ſancti Ioannis de ranis mundando.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ pōtas teneatur facere bene mundare omni anno ſemel bealetũ ſiue cuniculum vnum ꝙ labitur a domo Gulliermi cichonie vſq; ad domos illoꝝ declaris per intus domos eccleſie ſancti Ioannis de ranis expenſis illorũ omnium vicinornm qui habent facere in dicto bealeto & pōtas teneat ipſum bealetum bene facere mundari per totum menſem Octobris. Et teneatur dictus poteſtas facere preceptũ cuilibet vicinorum qui habent facere in dicto bealeto, ꝙ in banno ſoldorum viginti terdon̄ ꝓ quolibet qui habet facere in aparato dicti bealeti, ꝙ per predictum menſem Octobris debeant mundare vel mundari facere dictum bealetum. Quam quidem penam dictus pōtas teneatur aufferre & predictum bannum cuilibet qui non mundauerit infra predictum menſem Octobris. Et hoc totum fiat in arbitrio magiſtri gualte, & pelli leuati coqti qui ſint & eſſe debeant maſſarij dicti bealeti.

¶ De beale ſancti Michaelis de marengho aptando ⁊ remundando.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ carraria ſiue cuniculũ quod eſt de ſubter beale, quod eſt apud brolium, ſiue ſedimen eccleſie ſancti Michaelis de marengho per quod cuniculũ vedari delabatur & remundetur per totum menſem Madij. Ita quod aqua libere poſſit currere per ipſum cuniculũ, & hoc opus fiat per homines quibus dicta aqua ꝓdeſt. Et fiat dictum opus in arbitrio Danielis falurfe & Iacobi homini boni q̃ ſint maſſarij dicti operis & ſine tenore.

¶ De contrata merzarie mundanda.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ pōtas teneaƭ & debeat preciſe & ſine tenore compellere marzarios & oẽs habitantes in contrata marzariorum a ponte de beccharijs ante domũ berrati vſq; ad domũ hoſpinellis deuerſus porticubus vt teneant ipſam mundam, & ſpazatam, & ſpazari faciant eam quolibet die ſabbati expenſis vicinorum in arbitrio Iacobi narbone. & Ruffini de annono, & expenſe fiant arbitrio predictorum.

¶ De ponte vno retro maiorem eccleſiam faciendo.

ITem ſtatutum eſt, quod Poteſtas teneatur facere fieri vnum bonum Pontem de lignamine quercus vel de lapidibus, & calcina ſuper beale retro maiorem eccleſiam expenſis communis in arbitrio Barifaudi guaſchi, & Oberti guertij, & hoc ſi placuerit conſilio.

CAPITVLA PERTINENTIA AD LABORERIA QVARTERII ROBORETI.

¶ De muro vno battuto ctrca villam Quargnenti faciendo.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ pōtas teneaƭ facere fieri circa villã quargnenti murũ vnũ battutũ amplũ ꝑ tres pedes pertice in arbitrio Iacobi bruſcaboſchi. & Oberti gualte altum ꝑ pedes ad eoꝝ voluntatẽ expẽſis hominũ quargnẽti vſq; ad Kal. Octobris, additũ eſt, ꝙ pars ſediminis Iacobi bruſcaboſchi ꝑ q̃ labiƭ aqua q̃ exit de villa quargnẽti apteƭ imo de lapidibus. Ita ꝙ p̄dictus murus deffendat ne diruaƭ ſedimẽ ꝓpter aquam predictam expenſis hominum de quargnento. Si placuerit conſilio quargnẽti & denũciatum fuerit poteſtati.

¶ Quod fiat pons vnus ad portam Albareti extra.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ pōtas teneaƭ facere fieri pontẽ vnũ extra portã Albareti, ſub caſtro de ſpina ſup foſſatũ cõis de muro ſiue de lignamine, arbitrio dñi Ruffini blanchi & henrici ramuti ſm ꝙ eis videbiƭ expedire ꝓ maiori vtilitate cõis ſine tenore. Et hoc faciat ꝑ totum menſem Aprilis.

¶ De via que eſt retro domum de paualionibus facienda.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ pōtas teneaƭ facere impleri arbitrio vachoti expẽſis vicinoꝝ a Kal. Iunij. Foueã q̃ eſt retro vineas Siriati. & Paualionoꝝ in via q̃ diciƭ partem ad mortũ vbi habet facere Broſſa lãzauegia, vſq; ad Kal. Septẽb. ſi placuerit vicinis.

¶ De ponte vno ad domum Albertoni de lana faciendo.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ pōtas teneaƭ facere fieri pontẽ vnũ bonũ de lignamine expenſis cõis ſup beale ꝙ eſt ꝓpe domũ Albertoni de lana ꝓpe domum vbi conſuerat ſtare Ruffinus malgrãdus ꝑ totũ menſem Madij, & hoc capitulũ teneaƭ pōtas attẽdere ſine tenore ad q̃ faciãda. Albertonus de lana, & Mutius bonus debeãt eſſe maſſarij.

¶ De ponte vno ante domũ Perroni thauri faciendo.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ pōtas teneaƭ facere fieri pontẽ vnũ ſup beale añ portã Perroni Thauri expenſis vicinoꝝ in arbitrio magiſtri Thauri berrete inuiciati infra mẽſem vnum poſtq̃ ei denunciatum fuerit.

¶ De via que vadit ad terras de canonica de foro amplianda.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ via de vigali q̃ vadit ad canonicã de foro q̃ incipit in ſtrata fori ſtet & ꝑmaneat larga ꝑ perticã vnã a ſtrata fori vſq; ad vineã ſuperiorẽ. Gatti de albareto, & a vinea gatti ſuperius vſq; ad terrã de canonica ſit larga & ſtet ꝑ trabuchũ vnum & dimidiũ, ſicut cõſueta eſt eſſe & terminata fuit. Et q̃ dictã viã accepit teneaƭ ipſam viã reducere ad priſtinũ ſtatũ, & q̃ acciperet det ꝓ bãno ſoldos .xx. & teneaƭ dictã viã dimittere expeditã. Et hoc totũ ad petitionẽ & in arbitrio Iacobi guerce.

¶ De via vie mezane amplianda.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ via q̃ vadit ad vineas vbi diciƭ via mezana a turrexella vſq; in capite dicte vie, & viaꝝ q̃ ſunt in ipſa cõtrata dictaꝝ viaꝝ apteƭ & amplieƭ & reſficiaƭ in arbitrio Ruffini de bentio Alberti panicie. Et hec oĩa emanƭ expenſis vicinorum & cõſortũ qui habẽt meſſes nec cũ plauſtris & beſtijs. & foſſata ſcroſenƭ & reffiantur ab vtraq; parte vie ſiue viarum in arbitrio predictorũ vſq; ad Kal. Ianuarij. Et hoc fiat ſi placuerit vicinis & denunciatum fuerit poteſtati.

¶ De nō faciēdo vituperiū prope eccleſiam ſancti Sillij de roboreto.

Item ſtatutū eſt, ꝙ aliqua perſona non debeat facere aliquod vituperium, nec mingere circum eccleſiam ſancti Sylli de roboreto, nec ad pontem qui eſt ante dictam eccleſiam vſq; ad domum Bergognoni de pillo. Et qui contrafecerit det pro banno ſoldos quinq; pro qualibet vice, & quilibet poſſit eum accuſare ſi placuerit vicinis, & denunciatum fuerit poteſtati.

¶ De via a picio vinee manfredi de gentijs aptanda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ via que eſt iuxta vineam Manfredi de gentijs, & vadit vſq; ad foſſatum campi mali aptetur & ſcroſetur & amplietur per perticam expenſis vicinorum in arbitrio Roberti Alamani. & Anſelmi bottini vſq; ad Kal. Aprilis. Et ſi facere nollet det pro banno ſoldos viginti pro qualibet vice, & hoc fiat ſi placuerit vicinis, & denunciatum fuerit poteſtati.

¶ Qđ via Albareti in qua ſtat guerra de ſyra debeat diſcurrere.

Item ſtatutum eſt, ꝙ via Albareti in qua ſtat guerra de Syra, & Petrus poſſit & debeat diſcurrere verſus tanagrum deuerſus beale. Et ſi quis hoc vetuerit det pro bāno ſoldos viginti pro qualibet vice.

¶ De via Anglarij aptanda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ via que vadit in anglario aptetur in valle bugerij, expenſis illorum quibus prodeſſe poteſt ratione ſuarum poſſeſſionum in arbitrio ſaladi de amico, & Boni Ioannis capelle. Et dicta vallis ſimiliter aptetur & amplietur arbitrio predictorum. Et qui contrafacere voluerit det pro banno ſoldos viginti pro qualibet vice, & fiat vſq; ad Kal. Aprilis ſi placuerit vicinis.

¶ De via de Paſcuis aptanda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ croſſa vie q̄ vadit in paſcuis in arbitrio Gerardi de platea, vſq; ad Kal. Auguſti expenſis vicinoꝝ qui habent terras a campo filiorū Fornarij vſq; ad Burmiā ab vtraq; parte vie. Et hoc teneat̃ pōtas facere iurare ipſi Gerardo ſi apta nō eſt. Et eodē modo fiat, & adimpleat̃ & facta ampla teneat̃ dicta via arbitrio dicti Gerardi, & fiat ibi carraria vna de lapidibus vel de lateribus a buccha foſſati illoꝝ de ronghis vſq; in foſſatum ꝙ eſt inter illos de rōghis & dñm Gulliermū cirimellū.

¶ De via que vadit in campo ottanis paniacie aptanda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ via q̄ vadit iuxta tanagꝝ vſq; ad cāpum Bergognoni de putheo debeat aptari. Ita ꝙ ſit & ſtet ampla in ꝑpetuū ꝑ pedes octo ꝑtice ad minꝰ exceptis foſſitis, q̄ via melioret̃ & ampliet̃ arbitrio duorū legaliū cōſortū q teneant̃ & debeāt deſignare dictā viā ſm ꝙ eis melius videbit̃ ad medium Auguſtum proximum.

¶ De via que vadit ante domum Guidonis ſcazerie aptanda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ via q̄ eſt ante domū Guidonis ſcazerie aptet̃ & inglaret̃, arbitrio Alberti acapoli. Anſelmi. & Ioānis vetuli expenſis vicinorū vſq; ad ſanctū Martinum proximū, & illi qui vadunt & conſueti ſunt ire per ipſam cū plauſtro teneantur ducere in ipam viā plauſtro duo glaree arbitrio ꝑdictoꝝ ſi placuerit vicinis.

¶ De ponte vno ad portam de prato de villa quargnenti faciendo.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneat̃ facere fieri a cōi ville quargnenti pontē vnum de lapidibus & calcina ad fraziam de prato ad formā pontis frazie de valle vſq; ad medium Septembrem in arbitrio Carlini anſaldi alenerij, & Martini bauoxij. Et hoc fiat ſi placuerit cōi quargnenti.

¶ De diſcernendo viam a porta rezola vſque in burmiam.

Item ſtatutum eſt, ꝙ pōtas teneatur facere decerni viam cōunis a porta Rezola vſq; ad ripam burmie eundo per zerbū foraſcū, & p riale, & debeat eſſe ampla per perticam vnā & pedes duos pertice ad minus vſq; ad viam bollenghi. Et a via bollenghi ſopra ſit tantum pertica vna ampla. Et ſi plus fuerit inuenta ampla remaneat ſicut erit, & diſcernatur dicta via per maſſarios qui ad hoc electi fuerint. Qui maſſarij teneantur & debeant iurare & diſcernere ipſam viam, & inquirere ſi quis de conſortibus accepit aliquid de ipſa via ſi inueniri poſſint & debeant ipſum vel ipſos compellere ad reſtituendum totum illud predicte vie ꝙ acceperint de ipſa, & qui nollet reſtituere ſicut denunciatum & preceptum ei fuerit per maſſarios predictos det pro banno qualibet vice libras. xx. cōmuni, & nihilominus dictam viam dimitrere & reſtituere vt ſupra teneatur, & hoc totū attendatur vſq; ad feſtum omniū Sanctorum proximum. Et dicti maſſarij vſq; ad dictum terminū vt ſupra legitur nō fecerint det pro banno qui libet ipſorū ſoldos. lx. Et nihilominus facere ꝑdicta fieri teneantur ſub eadē pena, & Poteſtas predicta banna ipſis maſſarijs, & alijs aufferre teneatur.

¶ De foſſato vno ad pratum Nicolai buche faciendo.

Item ſtatutū eſt, ꝙ poteſtas teneatur facere fieri foſſatum vnū largū ſiue amplū deſuper per, pedes tres, & amplū deſubter ſiue profundū prout videbitur maſſario infraſcripto a prato Nicolai bucche vſq; ad pratum brune per totū menſem Octo. & ipſum foſſatū facere teneatur apertum & mundatum & leuatum in arbitrio Anſelmi betani & hoc fiat expenſis conſortum ſi eis placuerit.

¶ De via porte rezole inglaranda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ via que vadit ad portā Rezolā vſq; in plateā maiorē debeant inglatari expenſis vicinorū per totū Aug. arbitrio dñorū facij vitiati & Bernardini millani.

¶ De via porte Iacobi bauoxij aptanda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ pons qui eſt apud domum Iacobi bauoxi debeat aptari, & refſici expenſis cōmunis Alex. Et lapola ipſius pontis expenſis vicinorum in arbitrio Ruffini ſaraceni & Guliermi dannij, & fieri debeat ſuper muro veteri ſi factum non eſt.

¶ De cuniculo farinorum cooperiendo.

Item ſtatutum eſt, ꝙ cuniculus qui eſt in ripa tanagri qui eſt in medio bocatij mialie & fariuorum cooperiatur & aptetur in arbitrio predictorum expenſis conſortum omninm, & hoc totum fiat per totum menſem Aprilis, ſi placuerit vicinis.

¶ De via a domo farinorum facienda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ fiat via vna de lapidibus groſſis a domo Ruffini farine per cōtratam Arnutiorum & guerrarū vſq; ad pontē vie noue qui eſt iuxta domum magiſtri villani arbitrio bocatij mialie, & ruffini farine expenſis vicinorum per totū Augu. ſi placuerit vicinis.

¶ Quod refficiatur pons illorum de Parma.

Item ſtatutum eſt, ꝙ pons vnus fiat & refficiatur in contrata illorum de parma ſuper beale arbitrio Pixis de parma, & Gerrardi de occimiano vſq; ad Kal. Auguſti. & facere fieri de Auere communis ſi placuerit conſilio.

¶ De leuata Pomarij facienda.

Item ſtatutum eſt, quod poteſtas teneatur preciſe & ſine tenore facere fieri & refficere leuatam vel pulſam in pomario arbitrio Ottonis de occimiano. Ioannis pagani, domini Burgari orabone, & Ruffini fraſcharie qui ſunt leuatarum maſſarij ipſarum faciendarum.

Et incipiatur in zerbis de fantinis & de a fazuratis, & extendantur tantum quantum videbitur predictis maſſarijs, quas poteſtas facere fieri teneatur expenſis illorum qui habent terras in pomario in morto, in burmiola, & alibi quibus predicte leuate prodeſſe poterunt. Et de hoc predicte poſsint vel non credent ſupradictis maſſarijs & maiori parti illorum maſſariorum qui poſsint taliare expenſas dictarum leuatarum cuilibet ſecundum quod eis videbitur, & incipiantur dicte leuate fieri vſq; ad Kalendas Martij, & finiantur arbitrio predictorum maſſariorum vſq; ad medium menſem Madij. & teneatur poteſtas predictis maſſarijs dare auxilium, & iuuamen ad predicta omnia facienda & exequenda, & ad excutiendum expenſas proinde factas ad voluntatem ipſorum maſſariorum, & compellere omnes quibus talia facta fuerit per predictos maſſarios ſoluere id totum quod fuerit taliatum in denarijs numeratis dictis maſſarijs vel eorum nuncijs, nullam deffenſionem vel accuſationem non audientur ſi opus fuerit mittere ad domum illorum qui non ſoluerunt vnum de ſua familia, qui excutiat ipſas expenſas ſecundum taliam factam a predictis maſſarijs. Et ſi quis dictam leuatam aſſopellauerit vel in aliqua parte explanauerit amittat libras vigintiquinq; in denarijs numeratis pro quolibet & qualibet vice, & nulla beſtia poſsit paſcere ſuper dictas leuatas, & ſi paſceret ſoluat tantum pro banno quantum ſi paſceret in aliena meſſe, & conſtituatur vnus camparius per predictos maſſarios ſuper dictis leuatis. Quod capitulum & omnia que continentur in ipſo ſit preciſum & ſine tenore.

¶ De dando fortiam cōi ſolerij quando faciet circas ſuas.

ITem ſtatutum eſt: ꝙ Vicarius teneatur dare iuuamen & forziam communi ſolerij quando voluerit facere circas ſuas deuerſus felizanum & quargnentum quando petitum fuerit ab eo ſemper & quotienſcunq; commode poterit per homines & commune ſolerij ſine tenore ſi placuerit conſilio.

¶ De ponte vie noue faciendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat facere fieri vſq; ad Kal. Madij pontem vnum vie noue coopertum de lapidibus calcinarijs vel de bono lignamine expenſis communis in arbitrio Ruffini farine & Leoni guerre & de hoc teneatur poteſtas preciſe & ſine tenore per totum menſem Augusti.

¶ De leuata inſule ſancti Ioannis aptanda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ leuata inſule ſancti Ioannis debeat reffici & aptari in arbitrio Bocatij mialie. & Vberti arnutij expenſis illorum qui habent terras, & quibus proderit dicta leuata a ſenterio ſiue via que vadit vſq; ad foſſatum Nicolai gatti, & vſq; ad rotam retij, & quod fiat foſſatum vnum per intus terram humiliatorum de ſancto Syllo vſq; ad terras guerrarum expenſis omnium illorum qui habent terras a dicto foſſato ſuperius nominato, & ematur terra dicti foſſati pretio ſoldorum ſexaginta antequam fiat dictus foſſatus, & dictus foſſatus & terra dicti foſſati remaneat humiliatis vel cui darent Ita quod poſsint plantare arbores in foſſato ad ſuam voluntatem in eo foſſato & terra. Non obſtante aliquo capitulo, videlicet illo qui loquitur de arboribus non plantandis, & quilibet teneatur ſoluere taliam factam ei vſq; ad dies octo. poſtquam fuerit denunciatum in banno ſoldorum viginti pro qualibet vice. Et nihilominus ſoluere teneatur dictam taliam. Et aliquis non debeat facere ſapellum nec aſſapeliari, nec diminuere, nec derochare dictam leuatam nec dictum foſſatum in banno ſoldorum ſexaginta pro quolibet & qualibet vice qua contrafaceret, & quilibet poſsit accuſare. Medietas cuius banni ſit communis & alia ſit maſſarij & accuſatoris medietas, & quilibet poſſit & debeat tenere dictam leuatam aptatam ante frōtem ſuam ad voluntatem dicti maſſarij. Et hec omnia & ſingula attendantur per totum Martium. Ita quod aliqui non ducant nec duci faciant beſtias ad paſcendum ſuper dictam leuatam. Et ſi

quis contrafecerit ſoluat duplum pro banno pro qualibet beſtia que ſolueret ſi eſſet inuentus in vineis, & quilibet poſsit accuſare & habeat medietatem banni.

¶ De leuata in cantono Grindolate facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ quilibet qui habet terram in cantonum grindolate debeant facere leuatas ſuper terras ſuas ad deffendendum tanagrum Inceptas ad Kal. Februarij venientis, & perfectas per totum Martium in arbitrio Manuelli guaſtauini & perciualij guaſtauini, & hoc totum ſine tenore.

¶ Quod poteſtas roget clericos vt faciant murum ad portam Rezolam.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur amonere & rogare capitulum eccleſie de Alex. & omnes clericos & religiones Alex. pro honore dei. & amore ipſorum debeant facere fieti murum, quod eſt inceptum ad portam rezolam, vſq; ad natiuitatem Domini.

¶ De inglarando viam porte Rezole.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ via ſiue ſtrata de porta rezola fiat aptata & inglarata vſq; ad lapolas molandinorum vſq; ad picium vineæ domini Gulliermi de mortaria in arbitrio berete viciati & Bonifacij thauri maſſarij cōſtituti per totum Madium expenſis illorum Quibus proderit & Quibus predicti maſſarij taliabunt omnes talias & banna que ipſi maſſarij Imponet, & Poteſtas teneatur excutere ac ſi ipſe Poteſtas faceret. Ita Quod Omnes illi Qui deteriorauerint dictam viam teneantur refficere & aptare eam vbi deteriorauerint ipſam.

¶ Quod alique arbores non debeant remanere a campo Ruffini viciati.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ non debeant remanere alique arbores a campo Ruffini vitiati, & a campo fratrum humiliatorum de ſancto Sylo vſq; ad campum Manuelli gaſtaudi, arbitrio Luarenghi gaſtaudi. Et poſtquam dictus Luarenghus denunciauerit alicui qui habeat arbores aliquas in dicta contrata, quod debeat eas remouere infra dies octo, poſtquam ei denunciatum fuerit, & predictum ſub pena & banno pro qualibet arbore, & qualibet die denariorum Duodecim, ſi placuerit omnibus vicinis.

¶ De leuata in inſula ſancti Ioannis facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ leuata vna fiat in inſula ſancti Ioannis que incipitur apud leuatam Bergognoni de Putheo, & protendatur vſq; ſubter rocham ſancti Ioannis predicti, que leuata fiat & fieri debeat arbitrio Iordani de puteho, & Henrici arnucij expenſis hominum qui habent terras vel poſſeſsiones in dicta Inſula verſus tanagrum ſicut vadit ſtrata verſus tanagrum, & deſubter rocham ſancti Ioannis verſus tanagrum. Ita quod Poteſtas teneatur exigere, & exigi facere taliam que fiet occaſione dicte leuate faciende ab omnibus & ſingulis quibus impoſita fuerit per predictos, & ſicut ab eis fuerit impoſita ſine tenore, que leuata incipiatur quando videbitur dictis maſſarijs. Ita quod finiatur per totū menſem Octobris.

¶ De foſſato in dicta inſula refficiendo ⁊ aptando.

ITem ſtatutum eſt, quod poteſtas teneatur reffici & aptari, & de nouo facere fieri in Inſula ſancti Ioannis a campo humiliatorum de ſancto Sylio in quo eſt inceptum foſſatum vſq; ad foſſatum, quod foſſatum fuit Nicolai gatti. Et ibidem debeat fieri expenſis illorum quibus proderit vel ad deffenſionem terrarum, quarum predicte leuate & barbelli facti & facte fuerint & hec omnia fiant arbitrio Iordani de putheo, & Hanrici arnucij qui fieri faciant ſecundum quod eis videbitur taliare denarios predictarum expenſarum que ſoluere tenentur & debentur, que expenſe & talia ſolui debeat per illos quibus taliate & impoſite dicte expenſe fuerint infra dies octo poſtquā eis denunciatū fuerit vel ponatur ſub pena, & banno ſoldorū decē pro qualibet vice, & a tunc in antea qnilibet illorum qui non ſoluerit ſoldos quinq; pro quolibet die quo ſoluere diſtullerint ſoluere taliam ſibi impoſitā, & predicta debeāt incipi infra dies quindecim poſtquā pōtas iurauerit regimē, & teneatur pōtas cōſtringere illos quibus olim impoſitum eſt aliquid occaſione predicta ad ſoluendum totum id ꝙ eis impoſitum eſt infra dictū tempus octo dierum: Ita tamen ꝙ nō noceat illis de Bergolio, & de hoc capitulo, & hijs que continentur in eo teneatur poſtquam ei denunciatum fuerit,

¶ De foſſatis faciendis per Ruffinum vitiatum ⁊ fratres de ſancto Sylo in quadam via inſule ſancti Ioannis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat facere fieri foſſata Ruffino vitiato & fratribus de ſancto Sylo ampla per qoattuor pedes & profunda tribus guangatis, & terra ipſorum foſſatorum tota ꝓijciatur in via q̄ eſt inter ipſos fratres & predictū Ruffinū vitiatum. Que vie eſt in quarterio roboreti in Inſula ſancti Ioannis. Que foſſata debeant fieri & facta eſſe vſq; ad medium Aprilem ſumptibus & expenſis p̄dictorū fratrū & p̄dicti Ruffini viciati expenſis illorū quibus ꝓderint in arbitrio Luarenghi gaſtaudi. & ſub pana & banno ſol. cētū. ¶ Item ꝙ omnes arbores que ſunt a predicta via ad campum domini Manueli gaſtaudi ab vtraq; parte vie qua itur ad predictum campum debeant eradicari & incidi niſi eſſet a longe a predicta via per vnum trabuchum pertice & que eſſent apud viā prope minus vno trabucho debent incidi & remoueri vt ſupra dictum eſt vſq; ad medium Aprilem in pena & bāno ſoldorum centum pro quolibet. Qui non attenderet vt predictum eſt, & hoc in arbitrio Luarenghi gaſtaudi, que totiens comittatur quotiens comittatur dictus Luarenghus feceret precipi precepto domini Poteſtatis predictis qui habent facere in dicta contrata ꝙ predictas arbores debeant extirpare in arbitrio dicti Luarenghi.

¶ De leuata inſule Albareti aptanda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ pōtas teneatur & debeat cōpleri facere cū effectu leuatā inſule albareti ſecundū ꝙ eſt, & ſecundū ꝙ incepta eſt, & ſecundū ꝙ in ipſo ſtatuto continetur expenſis vicinorum qui habent ad faciendū in inſula predicta. Et in inſula predicta intelligatur ſecundum ꝙ deſignatum eſt in ſtatuto dicte leuate. Quod ſic incipit. Item ſtatutum eſt &c. Et ad hoc opus faciendū ſint maſſarij Manuellus de marchello Obertus botius de Parma & in eoꝝ arbitrio predictum opus debeant compleri & fieri per terras. Et poſſeſſiones illorum qui habent terras apud predictam leuatam ſine contradictione ipſorum maſſariorum ad voluntatem predictorum maſſariorum. Et teneatur & debeat poteſtas iuere & excutere omnes talias que imponentur per predictos maſſarios, occaſione dicti operis, & predicti maſſarij habeant bayliam & auctoritatem imponendi talias inter omnes habentes facere in dicta inſula, & ipſas talias excuttere infra tertiam diem, poſtquam denunciatum fuerit poteſtati, & teneatur poteſtas mittere de ſua familia & excutiendum dictas talias vt ſupra Et facto dicto opere teneantur maſſarij reddere rationem illis qui ſoluerint dictas talias. Item teneatur poteſtas cōpellere Ioannem blanchum Ruffinum moſcardum. Ruffinum de Parma & ſocios reddere rationem de eo ꝙ colligerunt occaſione dicte leuate & hec omnia & ſingula infraſcripta teneatur poteſtas facere adimpleri cum effectu hinc ad Kal. Aprilis preciſe & ſine tenore. Et ſi contra predicta vel aliquod predictorum faceret vel veniret dictus Poteſtas ſine tenore, dictus Poteſtas amittat de ſuo ſalario libras quinquaginta pro predictis omnibus faciendis & adimplendis habeant poteſtatem predicti maſſarij imponendi banna ad ſuam voluntatem. Que banna pōtas teneatur excutere ac ſi dediſſet. Et teneatur poteſtas facere diſcerni vodum ꝙ eſt in tanagro deuerſus Bergolium prope mezanum Bonifatij grue expenſis illorum qui tempore fecerunt, & non permittant ibi eſſe aliquod molandinum per totum tempus ſui regiminis, & hoc teneatur facere fieri per totum menſem Februarij, & ſi non attenderet ſupradicta dictus poteſtas amittat de ſuo ſalario libras vigintiquinq;, & hoc preciſe & ſine tenore.

¶ De mundando carraroliam ⁊ de faciendo foſſatum Burmiole.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ carrarolia quondā dñi Ruffini aſinarij mundeť. Et fiat foſſatū burmiole expenſis coherentū ipſi foſſato vſq; in flumine burmie. Ita ꝙ quilibet teneať mundare dictum foſſatū & facere tātum quantum ꝓtenditur foſſatū frontis ſui campi coherētis ipſi foſſato. Quod foſſatū fiat & ſcroſeť & mundeť arbitrio dñi Ruffini blanchi de gamundio. Ruffini garingandi. & Andree calcamugij, ſicut eſſe cōſueuerat, & aliter ſm̄ ꝙ eis videbiť melius. Que oīa predicta teneať poteſtas facere fieri per totum menſem Aprilis, & ſimiliter teneatur facere fieri carraroliam vnam ſiue pontem vnum bonum ſuper ipſo foſſato vbi eſſe conſueuerat in pomario arbitrio predictorum expenſis omnium habentium terras quibus proderit ipſa Carrarolia ſiue pōs & credatur predictis maſſarijs de omnibus illis quibus dicerēt predictam prodeſſe carraroliam ſiue pontem, ſiue aliqua probatione. Ita quod predicta compelli ad ſoluendum per poteſtatem illud quod eis taliatum fuerit per predictos detinendo perſonaliter omnes illos quibus fuerit taliatum occaſione predicta donec ſoluerint. Quam carraroliam ſiue pontem teneatur & debeat poteſtas facere fieri per totum menſem Aprilis dictam carraroliam facere fieri per totum menſem Madij. Et poſtq̄ facta fuerit ipſa debeat excutere infra octo dies. Et hec omnia attendantur ſine tenore.

¶ De foſſaello faciendo ad vineam que nunc eſt manſionis de domo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ foſſarellum, ꝙ quondā cōſueuit eſſe in vinea que nunc eſt manſionis de domo per & vinea Ruffini thauri & cōſortum diſcurrere cōſueuit in tanagrum aperiať & remundeť, & apertum & remundatum permaneat a vineis thauroꝝ vſq; in tanagrum. Ita ꝙ vinee illius contrate diſcurrāt per intus ſupraſcriptū foſſatū, vſq; ad kal. Auguſti arbitrio duoꝝ conſortum qui ad hoc elligantur.

¶ De ſtrata fori amplianda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſtrata que vadit ad forum ſtet ampla vel ampliari debeat a pōte aque nigre vſq; ad viazolam que vadit ad valem otioſi per perticam vnam. Et ſi reperireť in aliqua parte magis ampla. ita remaneat nec diminui poſſit nec moueri cum foſſatis. Et quilibet debeat facere foſſatum ante frontem ſuam, & ꝓijciatur terra In medio vie in arbitrio duorū maſſariorum ad hoc ellectorum. Scilicet Alberti arnutij & Alberti paniatie vſq; ad Kal. Iunij. Et qui contrafecerit det pro banno ſoldos viginti, & a via vignalis vſq; ad pontem tanagri deuerſus vineas. Ita ꝙ leuentur foſſata, & ſcroſentur ꝙ aqua bene & libere poſſit diſcurrere in dictam aquam nigram arbitrio Dñi Gulliermi guerre, & Boni incontri de gentijs.

¶ De via que vadit ad domum Nigri de lintignano inglaranda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ via que vadit a riuata vſq; ad domum nigri de lintignano inglaretur per vicinos in arbitrio Boniincontri de gentijs. & Rubei de Parma per totū Iunium in banno ſoldoꝝ quinq; ꝓ quolibet vicinorū ſi placuerit vicinis.

¶ De foſſato ab inſula taurorum Implendo.

ITem ſtatutum eſt, quod foſſata que ſunt ab vtraq; parte vie que eſt a pitio campi Petri de Petra vſq; ad inſulas taurorum impleantur terra, & ſplanetur preter tantum quantum tenet Burmiola in arbitrio Maſtini Thauri, & Sutij bugerij vſq; ad Kalendas Auguſti proximi. Et ſi aliquis nollet ad implere dictum foſſatum, vel non permitteret impleri det pro banno ſoldos viginti pro qualibet vice. Item quod dicta via inglaretur per vicinos & conſortes vſq; ad predictum tempus in arbitrio predictorum maſſariorum, ſi placuerit vicinis.

¶ De foſſato a campo malo apertum tenendo.

Item ſtatutū eſt, ꝙ poteſtas teneaẜ cōpellere oēs cōſortes de cāpo malo ꝙ vadit in tanagrū vbi cōſueuerat decurrere a vigintiqnq; annis citra apertū tenere & remūdatum illud foſſatum. Ita ꝙ aqua vinearum diſcurrat libere per dictum foſſatū in tanagrum in arbitrio Horatij viciati. & Manuelli de litto.

❡ De via que vadit inplanam ville porte noue.

Item ſtatutum eſt, ꝙ via que vadit ad villam porte noue verſus planam debeat ſtare & aperta permaneat ſemp. Et qui eam clauſerit det pro banno ſoldos viginti. & aperiatur arbitrio maſtratij.

❡ De cuniculo vno faciendo in via per quā itur in bolengho.

Item ſtatutū eſt, ꝙ in via per quā itur in bolenghum in ruptā in zerbū flauſtrū & in ſmotos videlicet in rectitudine terre illoꝝ de buccha de lentis ex vna pte & in rectitudine terre Rolandi alferardi, ex altera parte vie fiat per cōe Alex. cuniculū vnum de lateribus ſiue de maonibus copertū de lapidibus magnis in arbitrio dñi Millani vitiati & aliorū ibi vtentium expenſis cōis infra menſem poſtq̄ fuerit poteſtati denunciatum ſub pena librarū vigintiqnq; ꝓ qualibet vice qua ſibi fuerit denuntiatum de ſuo ſalario, & ꝙ reficiatur carrarolia que eſt apud domum dñi Manuelli vitiati ſub dicta pena preciſe & ſine tenore.

❡ De ponte dñi pagani de putheo faciendo.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneaẜ facere fieri pontē vnū de ſuper beale prope domū dñi Pagani de puteo & facere murari ripas dicti bealis ab vtraq; parte ipſius bealis ab angulo furni cornagie afazurati vſq; ad muriam muri Iacobi deli ſalui expēſis cōis & facere reffici viā ſiue intratam expenſis vicinorū, & facere reffici cuniculū per quod diſcurrit ſiue diſcurrere conſueuit aqua que diſcurrit deuerſus cantonatam expenſis vicinorum, & pons ſupraſcriptus fiat expenſis cōis Alex. ſine tenore in arbitrio ruffe de putheo, & Nigri delli ſalui. Qui ſint maſſarij de dictis laborerijs. Que omnia laboreria fiant per totū menſem Auguſti in arbitrio predictorum maſſariorum.

❡ De concia ſiua conzeria ſubtus rocham ſancti Ioannis facienda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ conzia vna ſiue conzeria fiat ſubtus rocham ſancti Ioānis vbi alia vice facta fuit concia vetus expenſis illoꝝ qui habent ad faciendū a rocha vſq; ad foſſatum dñi Ruffini de putheo, & a fine dicti foſſati deuerſus tanagrū vſq; in viazola, reuertēdo ſicut vadit ſenteriū ꝙ vadit ſubtus rochā cutij vſq; ad rochā ſancti Ioānis vſq; in tanagrū in arbitrio Nicolaij arnutij, & Iordani de putheo vſq; ad quatuor menſes proximos futuros infra quos pōtas iurauerit tali modo ꝙ oēs illi qui habeut terras & poſſeſsiones & ibi tenent campū ſuper ripam tanagri, & tangētes tanagrum debeant ſoluere in dupla ꝓ modio terre q̄ illi qui nō poſſunt capere ad tanagrum.

❡ De eadem.

Item ſtatutum eſt, ꝙ quilibet qui habet terram a dicta rocha cutij vſq; ad rocham ſancti Ioānis vſq; ad foſſatum dñi Ruffini de putheo ſuper ripam tanagri & tāgentes tanagrum debeant fieri facere, ſiue facere ſuis expenſis barbellos ſiue concias in tanagro in arbitrio & ad voluntatem dicti Nicolai & Iordani totiens quotiens dictus Petrus & Bocatius voluerint vſq; ad dictum terminum.

❡ De via in grindolata facienda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ aperiaẜ via q̄ incipit in grindolata & protendiẜ in bolenghum, ſeu protendere conſueuerat per cāpum henrici ribaudi viciati, & per cāpū heredū

quōdam dñi Oberti de occimiano, & vadit iuxta ripas bolenghi in arbitrio Manuellis guaſtauini & pexerij de parma. Et hoc fiat per totum Martium.

❡ De via vna facienda ad forum ꝑ terras fratrum humiliatorū de capucio.

Item ſtatutū eſt p̄ciſe & ſine tenore ꝙ cū via q̄ vadit ꝓpe maſſariā fratrū humiliatorum de caputio q̄ eſt ad forū ſit aquoſa & grauis ꝙ alia via ꝓ illa fiat & cōſtruaẜ ꝑ terras dictoꝝ fratrū incipiendo ipſam viā nouā a campo Gerardi pectenarij q eſt iuxta ſagurotā ꝓpe villariū de foro cui coheret paganus gho. & dicti fratres & via, & faciēdo iuxta cāpū cerruti baliāi q eſt deuerſus caſſale de fontane, cui coherēt dicti frēs & via ab vtraq; parte vie noue. Et anteq̄ incipiaẜ dicta via fiant foſſata ab vtraq; pte expenſis dictoꝝ fratrū ampla tantū, & ꝓfunda ex parte exteriori. Et ipſi fratres habeant viam veterem loco illius noue ſine tenore.

❡ De ponte vno faciendo ſuper vadarioſo apud caſſale de baratis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ fiat pons vnus ſuper vadarioſo iuxta caſſale de baratis per totum menſem Madij expenſis hominum de foro & de vuilijs in arbitrio Florij baliani & Rebuffi rubei. & Pullerij tabarri.

❡ Quod via Mezana aptetur.

Item ſtatutum & ordinatum eſt ꝙ via que eſt inter ſtattas vinearum de zerbis cu coheret. Guido de cropeto canauarij viuianus pupinus a duabus. D. Nicolaus arnucius Iacobus clarus. Bentius buſatius. Iacobus de bontis. D. Obertus farina. D. Manuel ferrarius, Vberzonus ferrarius. Facinꝰ arnucius. Baſſus caputius. Anſelmus guaynerius. Otto bonus Aſinarius. & plures alij amplietur & ampliari debeat per cōſortes predictos, & per alios qui habent ibi facere expenſis ipſorum decerbando, & aranchando ceſsias & vites que dictam viam tenent ſtrictam & occupatam & leuando foſſata ab vtraq; parte vie proijciendo totam terram in ipſam viam. Ita ꝙ ipſa via remaneat & ſit ampla infra foſſata ipſa per trabuchum vnum. Et hoc a vinea canauariorū vſq; ad vineam Ioannis baliani, & vſq; ad pratum fratrum de ſancto Baulino, & hoc per totum menſem Madij proximi, & hoc in arbitrio dñi Oberti farine. Raynerij arnutij ſiue bentij buſatij. Saluo ꝙ de predicto laborerio predictus Ottobonus aſinarius non teneatur in aliquo. Cum dicta via ſatis competenter & ſufficienter ſtet deuerſus vineam ſuam deuerſus veroallum qui habet facere in vinea ipſius Ottoboni aptetur & amplietur vt ſupra & ꝙ dñs Poteſtas teneatur requirere predictos conſortes & ipſos compellere ad ipſum laborerium faciendum. Ita ꝙ completum ſit infra tēpus predictum ſub pena librarum vigintiquinq; de ſuo ſalario. Et quilibet de predictis qui non fecerit p̄dictū laboreriū vt ſup̄ ſm ꝙ poſſeſsio ſua ibi protendaẜ. Excepto Ottobono p̄dicto, amittat ꝓ bāno ſoldos. lx. Et nihilominus dictū laboreriū facere teneaẜ.

❡ Quod via mezana torreſelle dricetur ⁊ aptetur.

Item ſtatutū eſt, ꝙ via mezana torreſelle que protendiẜ in zerbos driceẜ & apteẜ, Secundū ꝙ conſueuit in arbitrio Lanfranchi mialie, & Iordani de putheo.

CAPITVLA PERTINENTIA AD LABORERIA QVARTERII BERGOLII.

❡ De leuata vna a via terre Ianuenſium vſque ad vineam Anrici tronati facienda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ fiat leuata vna a via terre Ianuenſium vſq; ad vineā Anrici tronati deuerſus tanagrū expenſis illorum qui habēt ad faciendū ad mortū vbi nocet tanager. & fiat dicta leuata per totum menſem Auguſti arbitrio, Bellēgij guaſchi, & Gerardi vache.

¶ De leuata vna in inſula de ſolerio facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ fiat leuata vna in inſula de ſolerio ad deffenſionem tanagri, expenſis illorum qbus ꝓderit que leuata incipiat a podio Boni Ioannis de lito in ꝑdellis, & teneat vſq; ad hortum anrioti graſsi in arbitrio Iacobi paone & Ruffini beorgij. Et hoc attendatur per totum menſem Auguſti.

¶ De foſſato vno quod vadit a bucca riui faciendo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat̃ reficere, & mundari facere foſſatū vnum ꝙ vadit per foſſatum a bucca riui vſq; ad campum Petri alberti per totū mēſem Septēbris arbitrio & diſpoſitione Aurancij pate & guaſchi canci in pena & banno libraꝝ trium ꝓ quolibet & qualibet vice qua non laborarent vel quibus denunciatum eſſet per predictos maſſarios & foſſatū eſt vbi dicit̃ ad ruptā ſi placuerit vicinis & expenſis eoꝝ.

¶ De foſſato quod eſt a lacu riuarie faciendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur facere fieri per totum menſem Auguſti foſſatum vnum, & ſcroſari & alargari illa que ibi ſunt a lacu de riuaria vſq; in tanagrum, Ita quod lacus libere diſcurrat expenſis vicinorum de contrata & diſcurrat ante frontem prati pagani galie per foſſatū nouum & ante frontem terre bonelli merlani & fiat in arbitrio & diſpoſitione dicti Pagani & Pamatie de anriotis & ſint maſſarij expenſis vicinorum, & teneantur facere fieri infra dictum tempus, ſub pena & banno ſoldorum ſexaginta pro qualibet vice.

¶ De foſſato ꝙ eſt ad pontem raptū vſque ad pontem quargnenti faciendo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ foſſatum ꝙ eſt ad pontem quargnenti quo vadit per viam de pexinis remundetur, & ꝙ riuus ampliatur a predictis pontibus vſq; ad pontem de lacu & remundari debeat expēſis vicinorum ab vna parte & ab alie vie, & terra ꝓijciatur & debeat proijci in via predicta in arbitrio ruffini moycij de peratio, & Petri guaſchi, & quod ibi fiat murus in ripa foſſati anrici colli & in ripa foſſati Domini Gulliermi de foro, Ita quod aqua de riuo que vadit ibi non vadat per viam, & hoc ſi placuerit maiori parti vicinorum.

¶ De foſſato ſiue pluſa de baratis inter felizanum ⁊ poderium ſolerij.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat̃ cōpellere homines ſolerij manutenere foſſatū ſiue pluſam ad p̄dicta inter felizanū & poderiū ſolerij. Ita ꝙ riuus ſilue vel alius riuus q ſolet deſtruere & offendere illud foſſatū in arbitrio & diſpoſitione Pagani galie, & Pamatie de anriotis. Qui teneantur ipſum foſſatum videre, & inquirere ſi ruptū eſſet, & ꝙ dicti maſſarij poſsint & debeant ipſam facere reffici & aptari hominibus de ſolerio & imponere bāna nolentibus laborare q̄ pōtas teneat exigere & exigi facere.

¶ De via pontis marmorolij facienda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ fiat vna via q̄ vadit a ſtrata pontis marmorolij deſup corrigio Guidonis Ianuenſis vſq; ad viā Anſelmi picij de calcinarijs in arbitrio Anſelmi pamatie, & Nigri baudachi Gregorij expenſis cōis ſi placuerit conſilio.

¶ De plantis ab hominibus vuiliarum plantandis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ quilibet homo de vuilijs q habet boues debeat plantare vel plantari facere plantas viginti alborū. Et ille qui nō habet boues & habet terrā debeat plantare vel plantari facere plantas decem vſq; ad Kal. Aprilis.

¶ De vijs in aptandis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ oēs homines de monte ſancte Agathe de ſerrafina debeant aptare vias ſuas in arbitrio de robacia & Ribaldi frigidi vſq; ad Kal. Aprilis.

¶ De via vna ad circiellum facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ fiat vna via in arſicio ad circiellum a campo quondam Ruffini de ſcoto vſq; ad hoſpitale de loca ſicut conſueuerat ire ampla pertica vna ſi placuerit hominibus de Bergolio qui ſunt de conſilio ciuitatis.

¶ De via vna in arſicio facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ fiat via vna in arſicio per illam terram que fuit cōis prope terram que eſt eccleſie ſancte Marie de Bergolio vſq; ad campum Petri borgne expenſis vicinorum & coherentium in arbitrio Baſtardi Sambuelli blancardi, Perciualij ſachi vſq; ad feſtum omnium Sanctorum ſi placuerit ipſis conſortibus.

¶ De via vna ad bouetorem facienda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ fiat via vna ad bouetorē q̄ vadat hinc ad vineā Bernardi patarelli vſq; ad vineā Gayfferij & Raynerij ꝑtuſati arbitrio dicti Gayfferij. & Raynerij pertuſati infra menſem vnum poſtq iurauerit pōtas regimē. & ſit ampla pertice vnius trabuchi expenſis vicinorum ſi placuerit vicinis, & eidē nūciatum fuerit ꝑ eoſdē.

¶ De via vna ad vineam Bernardi ſeneuerti facienda.

ITē ſtatutū eſt, ꝙ fiat via vna ad vineā Bernardi di ſeneuerti vſq; ad vineā Ruffini de roberto. Arbitrio Ruffini perelle & Ruffini de roberto vſq; ad vineā Petri pelle.

¶ Quod quilibet poſsit ire a campo ſambuelli guitachi.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ quilibet poſsit ire & redire cum bobus & plauſtris a campo ſambuelli guitachi vſq; ad vineam valenzani per intus pratum domneū vbi conſueuerat ire via & ſtare aperta in perpetuum & aperiatur ad voluntatem Rolandi panicie & Guiſulfi mantelli.

¶ De via ſancti Nazarij facienda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ fiat via vna q̄ eſt ab eccleſiā ſancti Nazari, & q̄ vadit vſq; ad pōtem q eſt iuxta pratū boni Ioānis de graſſo, & fiat ampla ꝑ perticā vnam, ſicut ceruta & empta fuit & alia via q̄ eſt ſup riuo fiat ampla per perticā vnā, & mediā perticam ſicut eſſe conſueuerat. & riuus & via de capello rupto aperiat̃ vſq; in prato Guidonis Ianuenſis vſq; ad vineā que fuit Bonini ſaltarij, & fiat ampla per mediā perticam & Riuus de pozolio q vadit in fontali debeat apiri ſicut cōſueuerat, & riuus de pōte ſuſpenſoꝝ aperiat̃ vſq; ad aliū pontē ſicut cōſueuerat. & hec oīa ita teneant̃ & fiant vt ſup legit̃, & qui cōtrafecerit amittat ꝓ banno ſoldos viginti ꝓ quolibet vice.

¶ De via Oglerij grilli facienda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ fiat vna via que eſt a domo Oglerij grilli que vadit vſq; ad pratum de lodolis, & vadit vſq; ad pratū Raynerij guercij. & Oberti ſingis baldi, & fiat larga per vnam perticam arbitrio predictorum.

¶ De ponte ſancte Trinitatis refficiendo.

ITē ſtatutū eſt, ꝙ pons ruptus q eſt iuxta trinitatē debeat reffici arbitrio Boni Ioannis de baudo & opicij dardani, & Raynerij colli ꝑ totū mēſem Aug. ſi retētꝰ nō eſt.

¶De via de Subiano aptanda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ via que vadit ad ſubianum aptetur a ponte de galiſignis vſq; ad bonā viā. Et foſſata ſcroſent᷑ ab vtraq; parte vie, & alargetur & aptet᷑ ipſa via a dicto ponte vſq; ad vineam Muſonis de boana, & terra que extrahet᷑ de ipſis foſſatis proijciatur in viam. Et nullus poſſit ſplanare foſſata aliqua de cauſa. Et quilibet ꝗ ſplanauerit det pro banno ſoldos viginti. Et hec omnia fiant in arbitrio borrelli & Manfredi vache expenſis vicinorum qui vtuntur per illam viā ſi placuerit ipſis vicinis.

¶De foſſato in contrata fori mundando.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneatur facere fieri ſcroſſari & mundari foſſatum vnum magiſtrum ꝙ eſt in contrata fori vbi dicitur ville ſicut inceptum eſt vſq; ad vadarioſum & a vadarioſo vſq; in tanagrum mundari & aptari expenſis omniū illoꝝ qui habent terram in contrata ſupraſcripta per totum menſem Octobris.

¶De leuata vna in mezano de foro facienda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ fiat leuata vna, & pōtas faciat fieri expenſis omniū illorū ꝗ habent terras in mezano de foro ſicut alias incepta fuit. Et hec oīa ſupraſcripta ſint, & fiant in arbitrio dn̄i Antici barate & ruffini meladij. Ita tn̄ ꝙ illi qui habēt ad faciendum in dictis cōtratis teneant᷑ & debeāt ſoluere infra dies octo totū id ꝙ fuerit eis taliatum ꝑ predictos maſſarios ſub pena & bāno ſoldoꝝ. xx. ꝓ quolibet & qualibet vice vſq; ad Kal. Octobris in omnibus & per omnia.

¶De via per ſumitatem Montis inſule facienda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat᷑ facere fieri viā vnam per ſummitatē ſiue per cimiā montis inſule, & debet incipi via illa per intus pratū heredū quondam Vberti bertrami & debeat ire per directum per intus zerbū & boſchū Anfuxij baiardi finiēdo per teſtam vnius plantati heredum quondā ruffini maſtratij per intus zerbum canonicorum ſincte Marie eundo deſuper ſerra dicti montis per directum inter ruffinū bottinum, & vineam quondā Gulliermi laſagne ꝑ directum vſq; ad boſchum ruffini & heredum quondā Anrici magiſtri & debet eſſe lata per pedes octo pertice, & hoc debeat eſſe in arbitrio Bernardi valenzani & heredum quondam Henrici pancie ſi placuerit conſortibus dicte vie vel maiori parti, & ematur ipſa via per ipſos conſortes ſecundū extimationem predictorum extimatorum.

¶De ponte valdarioſo faciendo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat᷑ facere fieri de hauere cōis Ale. per totum Madium pontem vnū ſup vadarioſo in ſtrata que vadit ſiue protendit in vlias in arbitrio conradi barate, & berruti barate de ſolerio ſi placuerit conſilio.

¶De fouea caſalis de fontana aptanda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ quilibet de caſſalibus fori, & de vuilijs tenēatur ducere vel duci facere plauſtrum vnū glaree in molia ſiue in fouea que eſt in ſtrata fori in caſſali de fontana ante domum Petri de foro & retro domum Gulliermi guaſchi in bāno ſoldorum viginti pro quolibet qui non duceret vt ſupra per totum Madium in arbitrio illorum qui ad hoc elligentur per totum Madium.

¶De fouea caſalis de valixella aptanda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ illud idem fiat in omnibus & per omnia que in iſto capitulo cōtinentur in molia ſiue in fouea que eſt ad caſale de valliſella ad crucem ad eundem terminum & ſub eodem termina arbitrio Conradi belli.

¶De vijs Bergolij aptandis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ oēs vie publice de Bergolio que ſunt intus, & Carrubia, & Sapelli qui ſunt in ipſis vijs aptent᷑ & refficiantur & fiant ita ꝙ plauſtra & beſtie & hoies poſſint bene ac libere trāſire expēſis hominū Bergolij & pezolaſche, & eccleſiaꝝ Bergolij & humiliatoꝝ ꝗ habēt poſſeſſiones in cāpis Bergolij, & expenſis domus humiliatorū de quargnēto, & domus tēpli in arbitrio Bonifatij de guertio. Garnelli rape. Petri guaſchi, & Ruffini de carexana. Et fiat ſolutio ꝓ aptatiōe in arbitrio ſupraſcriptorum vſq; ad ſanctū Andreā. Et hoc totū attendat᷑ ſine tenore & debeāt dicti maſſarij facere aptari ꝑ totū mēſem Madij, & Iunij. via q̄ vadit per intus Bergoliū a ponte tanagri vſq; ad portam ſolerij, & a dicta porta vſq; ad portam valenzanā, & a dicta porta vſq; ad ſanctum Michaelem, & a ponte tanagri vſq; ad portam Alexij.

¶De foſſato vederi releuando.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ foſſatū ꝙ eſt in medio vbi cōſueuerūt eſſe prata de vedero debeat relleuari ꝑ cōſortes a terra dn̄i Iacobi ſquarzafici vſq; ad viā q̄ vadit verſus Lu. debeat eſſe amplū ꝑ pedes quattuor ꝑtice deſup & ꝑ fundū per pedē vnū & dimidiū, & ꝑficiat᷑ vſq; ad Kal. Nouembris in arbitrio Gulliermi ſquarzafici & Ruffini lodole.

¶Quod cōmune, ⁊ homines Quargnenti teneātur facere fieri, ⁊ refici, pontes, vias, ⁊ foſſata, ⁊ alia laboreria ꝑtinētia ad ipſum cōe.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ Pōtas teneat᷑ cōpellere cōe & hoies de Quargnēto facere fieri, & reffici pōtes, vias, & foſſata, & alia laboreria ꝑtinētia ad ipm̄ cōe & hoies quargnenti ſiue per conſortes alicuius contrate.

¶De via que incipit a ſtrata valentie facienda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ fiat via vna q̄ incipiat᷑ a via magiſtra q̄ vadit valentiā in campo Petri perelle vſq; ad corrigiū terra ſcindendo corrigiū deuerſus manū ſiniſtrā vſq; in capite vinee Bernardi truchi expēſis illoꝝ ꝗ vtūt᷑ ꝑ dictā viā in arbitrio ruffini rape & Bernardi truchi, & Alberti valarie vſq; ad kal. April. ſi placuerit oībus vicinis vel maiori parti.

¶De via a ſtrata ſancti ſaluatoris facienda.

ITē ſtatutū eſt, ꝙ vna via fiat a ſtrata q̄ vadit verſus ſanctū Saluatorē in capite cāpi boſij bulle, & vadit iuxta campū vinee Gulliermi florij, & Petri gābetore, & iuxta alias vineas vſq; ad illas Ioānis ſcalcauelli ampla ꝑ mediā ꝑticā, & emat᷑ ꝑ illos ꝗ hn̄t vineas arbitrio ruffini ferrarij vſq; ad kal. Au. ſi placuerit ipis ꝗ hn̄t ipas vineas ibi.

¶De foſſato a porta Bergolij ſcroſſando ⁊ remundando.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat᷑ facere fieri & ſcroſſari & remūdari foſſata q̄ ſunt a porta Bergolij deuerſus valentiā vſq; ad pontē ruptū ab vtraq; parte vie ꝑ guangatas duas ꝑ illos ꝗ habēt terras & poſſeſſiones coherētes dictis foſſatis. & a dicto

¶De non remouendo

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat᷑ cōpellere & homines vuiliarū facere fieri & reffici pontē & alia laboreria pertinētia ad ipſum cōe hoies vuiliarū ſcḋm ꝙ ordinatū fuerit ꝑ cōe vuiliarū ſiue per alicuius contrate.

¶De via que vadit per ripam tanagri non remouenda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ Poteſtas teneatur facere aptari viam que vadit ad dictum caſale per ripam tanagri non moueatur. Sed debeat manere ſicut eſt, & ſi remota eſt reffīciatur vel ſtet ad voluntatem ſambuelli blanchi.

¶De croſſa paparinoꝛum aptanda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat᷑ facere aptari viam q̄ dicit᷑ croſſa de porta bergolij a domo paparinorū vſq; ad terras ottonis faxani. & peracini de lomello Ita ꝙ fiat foſſatū ab vtraq; parte vie amplū ꝑ pedē vnū & dimidiū ꝑtice tantū q̄ntū tenet podiū & tantū quantū durat ſiue tenet vallis fiat foſſatū ab vtraq; parte vie altū & amplum duobus pedibus in arbitrio dn̄i Petri guaſchi & Petri graſſi Item fiat leuata vna a via trotti vſq; ad viā Gulliermi engelerij ad minus dampnū q̄ poterit fieri & extimet᷑ terra in arbitrio duorū bonorū virorū. Et ſit alta leuata in arbitrio p̄dictorū maſſariorum & qlibet q habet ad faciendū in vallibus ſoluat ſoldū ꝓ libra ſecundū hoc ꝙ habebit in vallibus Que leuata ſit facta & via aptata vſq; ad ꝓximum feſtū ominiū ſanctorū & leuata guaſchorū ſit leuata via in arbitrio p̄dictorū maſſariorū & hec oīa expenſis fiant omniū illorum qui habent ad faciendū in vallibus & foſſatū de vallibus teneat᷑ remundatū vſq; ad foſſatū ciuitatis in arbitrio p̄dictorum maſſariorū. & hij ſunt illi q volunt facere leuatā. & viam inter valles dn̄us ferrarius guaſchus. dominus Ruffinus guaſchus. Gulliermus guaſchus. petrus graſſus. Anricus graſſus. Ribaudus graſſus. Gullermus filius florij. Iacobus paperius. Gulliermus ſapa peracius de lomello. Ottonus rogna. Opicius rogna. heredes quondam domini Gauarcij. otto faxanus & Ioannes guaſchus.

¶De riuo de valle ampliando.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ riuus de valle ampliet᷑ ꝑ pedes q̄tuor, & tātundē croſſum a pōte porcello vſq; ad riuū de ronchalia expenſis cōſortū & vicinoꝝ arbitrio Ioānis

¶De ponte de bouetoꝛe aptando.

ITem ſtatutum eſt

¶De foſſatis poꝛte Alexij remundandis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ foſſata a porta Alexij remūdent᷑ ab vtraq; parte vie ꝑ viā vſq; ad cluxellas, & a pitio terre Ruffini balbi vſq; ad pratū baleriū ſimiliter remūdent᷑ foſſata ab vtraq; parte vie videlicet ſcroſſata ſint ꝑ pedes q̄tuor, & ampla deſup totidē & in fundo ꝑ pedes duos de pertica, & deſubtus ꝑ pedē vnū & dimidiū, & a prato balerio ſuperius vſq; ad pitiū de rondaneto eodē modo, & fiat murus vnus a ponte de cluxellis vſq; ad terrā Oberti de aſchierio, & a dicto pōte vſq; ad terrā Iacobi ſquarzafici expenſis illoꝝ q vadūt, & vtunt᷑ ꝑ ipſam viā, & ſpecialiter humiliati ſub pena & bāno ꝓ quolibet & qualibet vice ſoldoꝝ. xx. Et nihilominus leuare teneant᷑ dicta foſſata & teneant᷑ ita dicta foſſata larga quantū fuerint ꝑ eos q habent terras, & terra ꝓijciat᷑ in medio vie vſq; ad Kal. Nouembris. Et expenſas & bāna ſoluant ꝓ qualibet vice, ꝙ nō facerent vt ſupra cōtinet᷑ in arbitrio Guidonis guaonis. & Ruffini ſquarzafici. & hoc fiat ſi placuerit illis quorū expenſis debent fieri predicta.

¶De via de muro Bergolij aptanda.

ITem ſtatutnm eſt, ꝙ pōtas teneatur facere ampliari & aptari viam de muro Bergolij a dicta muro vſq; ad pontē ruptū ſm̄ ꝙ fuit empta ꝑ cōe a cōſortibus & vicinis in arbitrio Anrici de guertio. & Boni Ioannis de baudo.

¶De ſenterio Laci Petri graſſi aperiendo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ ſenterius q cōſueuerat ire ſup lacū Petri graſſi, & guaſchorum. Ottonis faxani & cōſortū aperiri debeat & ſtare apertus ꝑ tres pedes pertice vſq; in leuatā a vinea de Paparinis, & Gull'mi florij, vſq; ad capū Gull'mi guaſchi, & nemo poſſit impedire ꝙ nō ſtet aptus. Ita ꝙ hoīes & beſtie poſſint ire & redire ꝑ ipm ſenteriū ſicut cōſueuerat, & q ꝯfecerit ſoluat ꝓ bāno ſoldos. lx. ꝓ quolibet & qualibet vice.

¶De ponte vadarioſi cooperiendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ pōtas debeat facere cooperire pōtem de vadarioſo q eſt ad caſale filiorum quondā barate de trabibus & canterijs de quercu cum ferreris per totum Augu. per homines de foro arbitrio Ioānis guaſchi & hērici barate. & hoc ſi placuerit conſilio & denunciatum fuerit poteſtati.

¶De leuata a cauallo moꝛtuo facienda.

ITē ſtatutum eſt, ꝙ pōtas teneat᷑ facere fieri vnā bonā leuatā & optimā a ſera de cauallo mortuo vſq; ad podiū dn̄i Māfredi de foro & fratrū ita magna ꝙ aq̄ tanagri nō poſſit trāſire ſup illā leuatā eundo in lacubus ſiue in pratis q̄ ſunt in bucca lacus de ſolerio pozolaſche, & debeat eſſe facta in arbitrio Ruffini paone, Iacobi nani. Iacobi caſſagni. & Ottonis buchefure expēſis illorū quoꝝ ſunt illa prata & terre. Que leuata debeat incipi fieri facer̄ infra mēſem vnū poſtq̄ iurauerit regimē ſi laborari poterit, & liurari & debeat vſq; ad kal. Aug. ſi placuerit illis quoꝝ expēſis p̄dicta fieri debent.

¶De carraria vna a picio vie prati balerij facienda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ carraria fiat & fieri debeat in capite vie de prato balerio a pitio terre filioꝝ quondā Iacobi paparini vſq; ad terrā Ruffini balbi expēſis illoꝝ q hn̄t terras & poſſeſſiōes ꝑ illā viā arbitrio Ghifulfi de guala & Oberti gnaoni vſq; ad Kal. Nouēbris. & pōtas teneat᷑ facere ſoluere quēlibet partē ſuā infra menſem maſſarijs ad hoc ellectis. Et q cōtrafecerit det & ſoluat ꝓ bāno ꝓ quolibet & qualibet vice ſol. xx. Et nihilominus leuare teneant᷑, & illi qui acceperint dictā carrariā ad faciendū finiſſe debeāt ipam ad p̄dictum terminū in bāno libraꝝ. x. ꝓ quolibet, & ſi facta non eſt. Et ſi placuerit illis quorum expenſis debent fieri predicta.

¶De foſſato a prato cenarij remundando.

ITem ſtatutū eſt ꝙ foſſatū ꝙ incipit iuxta pratū ꝙ fuit cenarij ꝙ modo eſt dn̄i Ruffini guaſchi, & vadit vſq; intus prata guaſchoꝝ di ralaca ſtet apertū & remundetur quoties fuerit neceſſe expēſis guaſchoꝝ q habēt ibi prata & ſi qs derochauerit ſiue aſſapellauerit vel explanauerit vel derochari ſeu aſſapellari vel explanari fecerit dictum foſſatū det ꝓ bāno ꝓ vnaquaq; vice ſoldos cētū. Et oīa alia foſſata q̄ ducunt aq̄ ad ipa prata releuent᷑ & ſcroſſent᷑ in arbitrio infraſcriptoꝝ, & requirant᷑ ꝑ pōtem & ſi nō fecerint vt ſup infra mēſem poſtq̄ iurauerit regimē ſi denunciatū fuerit pōtati & p̄ceperint vt facerēt. Et ſi nō fecerint ſit qlibet in bāno ſoldoꝝ. xx & porte q̄ detinēt aquam aptent᷑ in arbitrio infraſcriptoꝝ & hoc attēdat᷑, & pōtas teneat᷑ facere iurare ſequentem poteſtatē & ſequēs ſequentē, & illi de tēplo debeāt facere pontē vnū & tenere factum ſup illo foſſato eoꝝ expenſis. Quod foſſatū eſt in ſtrata q̄ vadit ad Lu. & ſi illi de tēplo nō fecerint ea oīa q̄ in iſto capitulo cōtinent᷑ infraſcripti arbitri habeāt auctoritatē ſine licentia p̄tātis capiēdi & retinēdi tot de bonis ipſorū ꝙ bn̄ poſſint facere fieri oīa que debent fieri ꝓ iſto ſtatuto. Et hec oīa fiant arbitrio Alberti guaſchi, & Belengij guaſchi q teneant᷑ facere releuari & reffici lapolas & ſapellos.

¶De via vetula Bergolij amplianda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ via q̄ eſt a via vetula Bergolij vſq; ad vallem Pauli. & ab ipa valle vſq; ad pratū Nicolai de foro refficiat᷑ & ampliat᷑. Ita ꝙ ſit ampla ꝑ vnā perticā, & fiat expenſis vicinorū in arbitrio Gulliermi guertij & Ruffini de foro vſq; ad Kal. Auguſti. ſi placuerit ipſis vicinis, & denunciatum fuerit poteſtati per eoſdem.

¶De ponte iuxta domum ferrarij pellati faciendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ pōtas teneatur facere fieri pontē vnū ſup foſſatū ꝙ eſt iuxta domum ferrarij pellati ad caſale ſupranū de foro, & fiat dict⁹ pōs voltus de lapidib⁹

Et fiat expenſis hominum de dicto caſali, & incipiatur per totum menſem Aprilis, & finiatur per totum menſem Madij. & fiat arbitrio Ferrarij pellati, & Rolādi tortagne & fiat ſi factus nō, & placuerit hominibus dicti caſalis.

¶ De via veteri per vallem planicie aperienda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneať facere apiri viā veterē q̄ vadit ꝑ vallē planitie vſq; ad ſtratā Baſegnanie, q̄ ſtrata vadit iuxta mōtē Montiſchuchi infra dies·xv poſtq̄ fuerit ei denunciatū, & ſit aperta ꝑ terrā bocazotorum vſq; ad vineam de Balochis, & vadit poſtea vſq; ad ſtratam Montiſchuchi, q̄ dicitur via de Baſſignania. Et hoc in arbitrio Gulliermi barberij, & bouerij de ſexena.

¶ De elligendo maſſarios in porta Bergolij.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ elligať quatuor maſſarij in porta Bergolij infra menſem vnū ab introitu poteſtatis q inquirāt vias veteres & nouas q̄ ſubtilius poterūt ſm ꝙ eas deſignauerunt vel fecerunt Poteſtas teneatur illud attendere & obſeruare.

¶ De via in agris Bergolij facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ pōtas teneatur facere fieri viam vnā in agris Bergolij videlicet ad ſublanū a prato Perciualij guaſchi, hinc ad vineā de Barlocijs expēſis vicinorū vſq; ad medietatē Ianuenſium arbirrio Perciualij guaſchi & Gulliermi balbi, ſi placuerit vicinis, & denunciatum fuerit poteſtati per eoſdem.

¶ De diſcernendis vijs in poſſe Bergolij.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ oēs vie ꝑ poderiū Bergolij diſcernanť & amplienť, ſecundum ꝙ eſſe conſueuerunt per totum Auguſtum in arbitrio maſſariorum Bergolij.

¶ De foſſato quod eſt a terra Gulliermi curti remundando.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ foſſatum ꝙ eſt inter Gulliermū curtū & aliū cōſortē ꝙ fuit acatatum a cōi ſcroſſet & remundetur ſicut eſſe cōſueuerat expenſis vicinorum ſi placuerit ipſis vicinis, & poteſtati denunciatum fuerit per eoſdem.

¶ De via de albara diſcernenda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ via de Albara que vadit & conſueuit ire ad vineam que fuit ꝙ Andree Ottonisbelli ſtet aperta, & ſit diſcernuta per baſtardum Sambuelli blácardi & fiat ita larga ſicut eſſe conſueuit.

¶ De via de Aſtilliano amplianda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ via de Aſtiliano ampliatur a prato guaſchorum vſq; ad pratū Ferrarij guaſchi vſq; ad Kal. Nouembris.

¶ De ponte qui eſt iuxta foſſatum communis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ pons qui eſt iuxta foſſatum cōis & iuxta vineas de Piperis manuteneatur a cōi & de cōi ſi placuerit conſilio.

¶ De via de piſcinis diſcernenda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ via de peſcinis a pōte rupto vſq; ad croſam Riuarie diſcernať ſcilicet a terra Gulliermi de reali q̄ ampla fuit ꝑ perticā vnā, & foſſata fiant ꝑ vicinos illius vie & de eorū terra, & expenſis eoꝝ ab vtraq; parte vie, & ampla deſup pedes tres pertice, & deſubter pedes duos & incipiant vſq; ad Kal. Iunij, & finiatur vſq; ad kal. Auguſt. Ita ꝙ terra ꝓiciatur in medio vie, & nemo poſſit ducere aquā de riuo

de pontexello de vado aliquo modo, niſi per foſſatū in bāno libraꝝ. x. nec liceat alicui frangere foſſata ꝑdicta aliquo modo, ſed teneať quilibet qui vult tranſire cū plauſtro, & bobus ſine eo ꝙ impleat foſſatū facere pontē de lignamine quo trāſire poſſit in banno ſoldoꝝ. xx. ꝓ qualibet vice, & cuilibet liceat accuſare, & debeat fieri pons vnus de lignamine ibi ad caput vie de gazolijs ꝓpe terrā Grumi expenſis vicinorū, & hoc fiat arbitrio Anrici colli, & Dauid busbarre.

¶ De foſſato croſſe riuarie mundando.

ITē ſtatutū eſt, ꝙ foſſata ab vtraq; parte vie a croſſa riuarie vſq; ad cāpum dn̄i Scalcauelli & guaſchoꝝ ꝑ recto mūdeť ꝑ cōſortes & vicinos arbitrio Petri guaſchi & Perciualij ſachi vāgata vna, Ita ꝙ terra ꝓijciať in medio vie ad infraſcriptū terminū.

¶ De via a campo ſcalcauelli amplianda.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ via aptetur a campo dn̄i Scalcauelli hinc ad campum guaſcoꝝ qui eſt ꝓpe pontē de fiblinis hinc ad dictum terminum, & amplietur vſq; ad vineā Baiardi per pedem vnū pertice ab vtraq; parte vie. Et hoc in arbitrio Baudrachi guaſchi, & Rauſcij ſquarzanci.

¶ De via vna in roncbalia facienda.

ITē ſtatutū eſt, ꝙ fiat via vna ī Rōchalia a vinea Gulliermi de reſto, & Ottonis ſaluatici inter vnū cōſortē & alium & vadat vſq; in riazolū, & fiat expenſis vicinorū vſq; ad kal. Nouembris, ſi placuerit vicinis & poteſtati denunciatū fuerit.

¶ De foſſato vno faciēdo deuerſus tanagrū a cōtrata riuarie, hinc ad portā ſolerij.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneať infra mēſem poſtq̄ iurauerit regimē ciuitatis Alex. facere fieri foſſatū vnū deuerſus tanagrū a muro ſiue a bucha cōtrate riuarie vſq; ad portā de ſolerio in arbitrio Opezonis dardani. Anrici de guertio, & Ruffini de guertio. Et cū factū fuerit nullus debeat tangere de criſta ipſius foſſati neq; diminuere neq; hortos ibi facere. Et q cōtrafecerit ſoluat ꝓ bāno libras qnquaginta in denarijs numeratis. Nullo capitulo obuiante. Et nihilominus reſtituat ipſam criſtam in priſtinū ſtatum, & quilibet poſſit accuſare, & hoc fiat ſi factum non eſt & placuerit cōſilio.

¶ De ponte vno in valle caſalis faciendo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ fiat vnus pons in valle caſſalis apud pratū dn̄i Iacobi ſquarzafici expēſis vicinoꝝ q vadūt ſup illū pōtē. arbitrio Rubei de canario. & Carleuarij ratatij, & ſit ꝑ totū vnū pedē ꝑtice coꝑtū de lapidibꝰ ꝑ totū Aug. ſi placuerit vicinis.

¶ De accuſandis illis qui guaſtant res forenſium.

ITem ſtatutum eſt, quod camparij teneantur accuſare illos qui damna dederint in boſchis, & alijs poſſeſſionibus que ſunt in iuriſdictione Alex. & diſtrictu forenſium & illi qui damna dederint teneantur.

¶ De via raiate aptanda:

ITem ſtatutū eſt, ꝙ via de rayata debeat eſſe aptata ꝑ oēs illos q vtunť ꝑ illam viā a podio de Pubiaſco ſiue de natis vſq; ad campū Gualdane ſquarzafici in arbitrio Anrioti moycij, & filij Anſelmi ſquarzafici vſq; ad Kal. Aprilis.

¶ De ponte de abbate reſficiendo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ pons de Abbate debeat aptari & reffici expēſis illoꝝ qui habent ad faciendū a dicto ponte ſuperius arbitrio ſupraſcripti alcornerii, & filij Anſelmi.

¶ De via a vinea ruffini paduli facienda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ via q̄ cōſueuit ire deſup vineā quondā dn̄i Ruffini pauduli debeat reffici & fieri vſq; ad vallē de ſublano, & via q̄ vadit baſignaniā arbitrio & diſpoſitione filij Iacobi paduli. Sambuelli blācardi. & Anrici bocatij ꝑ totū mēſem Aug. expenſis vicinoꝝ q h̄n̄t facer̄ iuxta ipam viā, ſi placuerit ipſis vicinis & ptāti denūciatū fuerit.

¶De foſſato ſiue circa facienda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ vnū foſſatū ſiue circa reffici debeat ꝑ hoīes & cōe Bergolij ab introitu ſue vallis de planitia vſq; ad foſſatū humiliatoꝝ de vlmo. Et ab illo foſſato ꝑ intus illud foſſatū fiat vſq; ad baalochū ꝑ totū Martiū. Si placuerit hominibus & conſilio ciuitatis qui ſunt in Bergolio.

¶De foſſato cirche bocboleti aptando.

Item ſtatutū eſt, ꝙ foſſatū cirche bocoleti ꝙ exijt de & labit̄ in tanagrū aptet̄ ſcroſſet̄ & remūdet̄. Ita ꝙ aq̄ labi poſſit expēſis cōſortū p̄dicte cirche ab vtraq; p̄te vie. In arbitrio Bernardi anſarie. & Manuelli ſchenardi ſi placuerit cōſortibus & poteſtati denunciatū fuerit.

¶De via a domo Ruffini gaffoꝛij aptanda ⁊ remundanda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas faciat aptari viā q̄ vadit a domo Ruffini gaforij & heredū Ruſignani falurſe vſq; ad pontē magiagius de terra & glarea deſup. Ita ꝙ plauſtra bene & libere poſſint ire ꝑ p̄dictā viā per totū mēſem Augu. Et hec oīa fiat in arbitrio Alexādri. Paxiliani & a pōte Bernardi ariſto. vſq; ad angulū Gul'imi ſecūdi aptet̄ eodem modo vt ſupra de alia via in arbitrio expenſis conſortū ſiue vicinorū, ſi placuerit ipſis vicinis & denunciatum fuerit poteſtati.

¶De Puteo pelliparioꝛum.

Item ſtatutū eſt, ꝙ ſi aliq̄s puteus eſt in vicinia pelliparioꝝ vel cōfectoꝝ ſubter aliquod ſolariū vel tectum, ꝙ pōtas teneat̄ facere claudi foramina q̄ ſunt in ipſo ſolario deſuper putheū. Ita ꝙ aliqua putredo nō poſſit cadere in putheū p̄dictū, nec aliq̄s vel aliqua poſſit vel debeat extrahere ſiue haurire aq̄ de p̄dicto putheo deſup ſolariū ſed ſolūmodo ſicut & alij vicini vel vicine hauriunt vel extrahūt aquā ſolito. Et q cōtrafecerit amittat q̄libet vice & ꝓ quolibet denarios duodecim. Et q̄libet poſſit accuſare habendo medietatē ipſius bāni, & alia medietas ſit cōis, & debeat exclamari ante per tubatores cōis. Que crida oīa p̄dicta & ſingula attendi debeant & fieri.

¶De via a croſſa de riuaria amplianda.

Item ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ pōtas teneat̄ facere fieri largari & ampliari viā vnā a croſſa de riuaria ſuperius vſq; ad pontē fiblinaꝝ. & via q̄ ſeperat̄ a predicta via q̄ vadit intus vallē de quatremola aptet̄ vſq; ad pratū Petri ſpelte, & via iuxta aptet̄ & melioretur arbitrio maſſarioꝝ q ellecti ſunt ad vias Bergolij faciendas expenſis illorū qui habent terras & poſſeſſiones ibidem ab vtraq; parte vie, & hoc fiat per totū menſem Auguſti, ſi placuerit illis expenſis quorū predicta fieri debent.

¶De via per villam veterem de Bergolio amplianda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ via q̄ vadit ꝑ villam veterē de Bergolio & per vallē Paulia picio quondā fraſaboſchi vſq; in viā que vadit per vallē iuxta pratū Iacobi guaſchi amplietur & fiat per perticā vnā, & fiat a pitio fraſaboſchi vſq; ad pitium vinee Petri macie & Ruffini mantelli, & fiat vnus pons ad ſapellum ꝙ eſt iuxta terrā arbitrio predictorum expenſis vicinorum, ſi vicini voluerint.

¶De leuata a campo Abbatis facienda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat̄ facere fieri leuatam vnā per totū menſem Martij, a via que ꝑiat a campo Abbatis deuerſus inſulellam vſq; ad vineā Anrici tronati,

& expenſis vicinorum, & eccleſiarum qui habēt terras in inſulella, ſicut cazat via que vadit ad pontē de galiſſignis, & ſicut cazat Riuus de galiſſignis vſq; in tanagrū, & ſicut vadit tanager vſq; in pugnam, & ſit croſſa & alta in arbitrio Bernardi ſambuelli & Belengij guaſchi expenſis vicinorum.

¶De foſſatis de valle caſalis aperiendis.

Item ſtatutū eſt, ꝙ foſſata de valle caſalis ab vna parte prati & ab alia aperiantur & fiant arbitrio Sambuelli blancardi, & Ruffini ſcalcauelli expēſis illorum qui habent ad faciendum ibi.

¶De via iuxta domum ruffini ratacij amplianda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ via q̄ vadit iuxta domū Ruffini ratatij q̄ vadit in capite Montis ſcouati dabeat ampliari & aptari in arbitrio Ruffini ſachi. & Vberti busbarre vſq; ad vineā Iacobi legerij. & debeat ipa via ꝑ vnā ꝑticā eſſe lata p̄ter foſſata, & d̄beat ipa via aptari ꝑ totū mēſem Nouemb. expenſis vicinoꝝ ſi placuerit ipſis vicinis.

¶De via a ponte landio aptanda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ via q̄ eſt de ponte landio a via q̄ fuit Iacobi de anticho ſuperius aptet̄ ꝑ cōſortes ipius vie vſq; in vineā q̄ fuit quondā Rodulfi, & fiat ampla vbiq; per perticā vnā ſine tenore in arbitrio Vberti balochi per totū menſem Iunij.

¶Qō quilibet qui habet terras iuxta flumen tanagri poſſit facere foſſatū.

Item ſtatutū eſt, ꝙ liceat cuilibet habenti terras iuxta flumē tanagri vel burmie facere foſſatū circa ipas terras ad voluntatē ſuā. Ita tn̄ ꝙ vſus ripaꝝ nō impediatur. Ita ꝙ vie ipſarū ripaꝝ nō impediant̄. Ita ꝙ vie ipſaꝝ riparū remaneant aperte.

¶De foſſato Ioannis guaſchi.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat̄ facere leuari & apiri foſſatū Ioānis guaſchi deuerſus piſcatorias ſicut cōſueuit ire foſſatū vetus, & teneat̄ facere aperire p̄dictū foſſatum a cāpo dicti Ioānis guaſchi vſq; ad cāpū quōdā Iacobi guercij, & clerici guercij. Poteſtas teneat̄ facere ſolui dicto Ioāni de dicto foſſato in arbitrio p̄dictoꝝ q h̄n̄t terras a cāpo dicti Ioānis vſq; ad hoſpitale de loza ex q̄bus terris & poſſeſſionibus aqua deriuat̄ in p̄dictū foſſatū, & hoc totū fiat & cōmittat̄ arbitrio clerici guercij, ruffini ferrarij, & Bonifacij guercij. Eo mō anteq̄ p̄dictus Ioānes habeat p̄dictos denarios faciat inſtrm̄ de p̄dictis clerico & bonifacio noīe totius vicine vēditiōis ipius foſſati arbitrio ſupraſcriptorum.

¶De via ad montemgrandum facienda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat̄ facere fieri viā vnā in cāpos Bergolij in cōtrata de ſuperius montē grandū ꝑ q̄ illi q h̄n̄t vineas & nouellos poſſint ire & redire q̄ via debeat incipi a nouello Anrici gaie veniēdo ipſum per vnū cōſortē & aliū ad minus damnū & debeat enim per conſortes ipſius vie in arbitrio Anrici tronati.

¶De vijs veteribus Bergolij aperiendis.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat̄ facere aperiri & aptas remanere oēs vias vetulas q̄ ſunt vel fuerūt a q̄nquaginta annis citra ꝑ poderiū Bergolij, & teneant̄ ipiq tenēt dictas vias ſuis expēſis dimittere amplas ſicut cōſueuerūt eſſe in arbitrio Belengij filij quondā dn̄i ruffini guaſchi, & Anrici de guercio, poſtq̄ ei denunciatū fuerit ꝑ duos mēſes. Et hoc totū ſine tenore.

¶De foſſato per vallem caſalis faciendo.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat̄ facere fieri foſſatū vnū per vallem caſalis, ſcilicet in campis Bergolij. ſ. vnum ab vtraq; parte vallis expenſis cōſortū & vicinorum a fontana mauole vſq; in viam que vadit ad ſtillianum, Et fiat per totum menſem Auguſti in arbitrio Ghiſulfi mantelli, & Antonij guaſchi.

¶ De foſſatis ſtrate ſancti ſaluatoris releuandis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneať & debeat facere releuari foſſata ſtrate ſancti Saluatoris ab vtraq; parte vie a domo illorũ de Scalcauellis vſq; ad portã Alexij. Ita ꝙ tota terra q̃ trahet de ipſis foſſatis ꝓijciat in ſtrata & ſint ipa foſſata alta & ampla in arbitrio Ruffini ferrarij. & Petri ſpelte ꝑ illos quoꝝ ſunt dicte terre, & facere relleuari &, mundari riuũ de cluſellis tam ſup̃ q̃ infra arbitrio p̄dictoꝝ maſſarioꝝ expẽſis, illoꝝ q hñt terras ſup ipſo riuo. Ita ꝙ dictus riuus labať ſiue diſcurrat ꝑ illã partẽ & locum per q̃ ſeu quẽ labi cõſueuerat modo ſunt. xx. anni. Et fiant iuxta p̄dictũ pontẽ de cluxellis ab vtraq; parte vie due ſpale de maonibus coctis ſiue de lapidibus & calcine bone & fortes ad retinendũ aquã in arbitrio p̄dictorũ maſſariorũ, & foſſatũ ꝙ cõſueuerat & cõſuetũ erat ire a carraria d guaginis vſq; in riuũ ꝑ terrã q̃ nũc eſt ruffini de olio aperiať, & fiat ita ꝙ aqua ſtrate libere poſſit labi & diſcurrere vſq; in riuũ grandũ, ſm ꝙ olim ire cõſueuit, & in dicta ſtrata ab angulo filiorũ quondã Iacobi carli vſq; in angulum terre raynerij   fiat vnus pons lapideus ꝑ quẽ poſſint trãſire plauſtra & aq̃ currere, & ꝙ carrarolia de guaginis ſiue pons aptet & reficiať. Ita ꝙ aq̃ poſſit labi & diſcurrere & currere deſubter ipm pontẽ. Que oĩa & ſingula fiant arbitrio p̄dictorum maſſarioꝝ expenſis illorum q habent terras & poſſeſſiones a ponte nouo ſuperius tã a parte vie de rondaneto q̃ a parte vie de planitie. Et hec omnia attendantur.

¶ De ponte de lacu reaptando.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneať facere fieri & aptari pontẽ de lacu per oẽs illos homines & perſonas q habẽt terras & poſſeſſiones aliquas a dicto ponte ſupra ꝑ viã ipſius pontis q̃ diciť ſtrata de valentia vſq; in poderiũ valentie, & debeat incipi per totũ menſem Madij, & finiri per totũ menſem Iunij ſubſecuturi debeat fieri ad arbitriũ boni Ioãnis de baudo. Anſelmi panitie. & Oberti de aleramo. Ita ꝙ quilibet q habet poſſeſſiones ſeu terras aliquas a dicto ponte vſq; ad terram de perellis veniendo a dicto ponte verſus domũ debeat leuare foſſatũ ſiue poſſeſſiones veniẽtis ad dictã terrã viã, Et ab vtroq; latere ipſius vie tali modo ꝙ ipſi perelle teneanť & debeãt leuare ꝑ mirã ſue poſſeſſionis deuerſus ſe ipſos, & bentij ſue poſſeſſionis deuerſus ſe ipſos, & dñs Abbas teneať leuare ſiue a foſſare tm̃ quantũ tenet ſapellũ. Et hoc in arbitrio p̄dictorum maſſarioꝝ. Et p̄dictus põtas teneať & debeat excutere & excuti facere oĩa bãna ꝑ predictos maſſarios data occaſione dicti laborerij faciendi, & debeãt p̄dicti qui leuabunt foſſata ꝓijcere terrã in via publica. & ꝙ quilibet a dicto põte ſupra eũdo verſus coſtas vſq; ad terrã quõdan Sambuelli de guitacho debeat releuare & releuatũ tenere foſſatum ſue poſſeſſionis, & ꝓijcere terrã in viã publicã. Et hoc ab vtroq; latere ipſius vie in arbitrio predictorum.

¶ De terra pontis rupti non accipienda.

Item ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ nemo debeat capere cũ carro, nec etiã cũ carro nec ſine carro de terra põtis rupti, & hoc eſt ab ipo põte vſq; ad cãpum dñi Abbatis & ab vtraq; ꝑte vie q̃ vadit deuerſus cãpũ illum, & q ꝯfecerit ſi cũ carro vel barocia ſoluat ꝓ banno   & ſi ad dorſum ſoldos. xx. & ſi cum beſtia ſoldos. lx. & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni. & fiat ſine tenore.

¶ De leuata iuſulelle manutenenda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneať facere fieri & manuteneri leuatã vnam in inſulella iuxta tanagrũ circa vineas illoꝝ de paleſtro in arbitrio Perciuali, guaſchi. Iacobi de amico. Anrici rape, & Millani ſachi vſq; ad terrã Guidonis Ianuẽſis vſq; in capite vinearum p̄dictoꝝ de paleſtro expenſis omniũ illoꝝ q̃bus tanager nocet in illa cõtrata, neq; ad mortum, & teneať dictus põtas facere fieri quos barbellos expẽſis dñi Abbatis ꝑ medium ſue terre, & ſi nõ facta quando videbitur predictis maſſarijs.

¶ De alia leuata facienda ad vineam illorum de paleſtro.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ fiat alia leuata ad vineã illoꝝ de paleſtro vſq; ad terrã Perciualij ſachi, expenſis illorũ q habent terras & vineas ad ripã tanagri. Et ꝙ ipſi maſſarij poſſint imponeř bãna cuilibet q nollet ſoluere id ꝙ eſſet ſibi taliatũ ſiue q nollẽt laborare, q̃ bãna põtas teneať excutere infra dies. xvj. poſtq̃ fuerint ſibi ꝑ p̄dictos maſſarios.

¶ De via porte valenzane leuanda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneať leuari facere viã porte valenzane tali modo ꝙ infraſcripti maſſarij debeãt facere leuari viã valenzanã a ponte vie valenzane. Ita ꝙ aqua que vadit per foſſatum nõ poſſit ire per p̄dictã viam valenzanã, expẽſis illoꝝ qui hñt terras & poſſiões a via gatara vſq; ad viã valanzanã deuerſus tanagrũ ꝙ fiat in arbitrio Henrici colli. Iacobi de amico, Balbi ſquarzafici, & Bernardi ſeneuerti.

¶ De vijs foſſati Bergolij fieri facere.

Item ſtatutum eſt, ꝙ põtas teneať oĩa foſſata viaꝝ publicarum a Riuo grãdo, vſq; in circha Bergolij ab vtraq; parte vie facere fieri & leuari ꝑ homines quorũ ſunt terre que ſunt iuxta ripas viarũ p̄dictarum in arbitrio Opitij guaſchi. Bernardi mantelli. Gulliermi ſquarzafici & Pannicij guercij.

¶ De via planicie.

HEC Sunt vie. ¶ Via Planitie, cuius vie ſint maſſarij. Petrus ſpelta. Ruffinus cellerinus. & Gerardus vacha.

¶ De via vallis ⁊ de via rondaneti.

VIA vallis cuius ſint maſſarij. Opitius dardanus. Ruffinus cellerinus. ¶ Via Rõdaneti cuius ſint maſſarij. Gerardus cellerinus. Facius ſtraneus. & Villanꝰ boninus.

¶ De via de gazolio ⁊ de pontelandio.

VIA de Gazolio, & via de ponte Landio cuius ſint maſſarij. Paganus robertus, & Thebaldus mucerius.

¶ De via de piſcinis.

VIA De Picinis cuius ſint maſſarij. Anſelmus panitia. Obertus de aleramo. & Pruinus guaſchus.

¶ De via de lacu.

VIA De Lacu cuius ſint maſſarij Anſelmus panitia. & Nicolaus acharinus.

¶ De via de ſublano.

VIA De Sublano cuius ſint maſſarij. Gulliermus Ianuẽſis. Anſelmus rapa. & Gulliermus bocatius.

¶ De via per quam itur in raiatam.

Itẽ via ꝑ q̃ itur in raiatã debeat fieri p̄dicto modo & forma a ſancto Criſtoforo vſq; ad circã, & de ea ſint maſſarij. Iacobus pertuſatus, & Thebaldus lemogius.

¶ De via per quam itur ad templum.

Itẽ via de q̃rto ꝑ q̃ itur ad tẽplũ debeat fieri p̄dicto modo & forma a ſtõ Criſtoforo vſq; ad templũ, & de ea ſint maſſarij Gulliermus grillus, & Magolius curtus.

¶ Quod fiat vna bona circba ad cantalupum.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ fiat vna bona circa ſiue vnũ foſſatũ a cantalupo vſq; in viã veterem fori expẽſis ꝓprijs omniũ & ſingulorũ q habẽt terras vel vineas ſeu prata, ſeu poſsident, vel alias quaſcũq; poſſeſsiones a predicto caſali de cantalupo, & a p̄dicta via veteri de foro vſq; ad ciuitatẽ Alex. inter beale & flumen tanagri. Et ſimiliter expenſis omniũ perſonaꝝ habitãtium infra dicta cõfinia, & expẽſis omniũ & ſingulorũ habentium & volentium habere paſchum vel vſum ſiue cõmodum aliquod ꝓ ſe vel ꝓ ſuis beſtijs in p̄dictis contratis. Cuius cirche ſiue foſſati ſint maſſarij. Oratius yſdrael. Anſelmus mareſcelchus. Manfredus cauaterra. Roſãnus de roberto. & Anricus arnutius. Quorum voluntate & arbitrio fiat dictum laboreriũ largũ & profundũ, & poſſint & debeãt dicti maſſarij occaſiõe dicti laborerij taliare & excutere ſine auctoritate ptãtis iudicis cuilibet habẽti ſiue laboranti aliquam poſſeſsionem in dictis cõtratis ꝓ rata poſſeſsionis q̄ habet ſiue tenet, ſiue laborat, ſiue poſsidet ibidem, & cuilibet habitanti vel aliquod cõmodum habenti ꝓ ſe vel ꝓ ſuis beſtijs. Ita tamen ꝙ etiam quilibet laborator ſiue colonus ſit ipſo iure in banno librarum decem in denarijs numeratis. Qui denarij perueniãt in cõi ſi laborauerit vel laborari fecerit vel aliquid agriculture fecerit ſiue miniſterij per ſe vel per alium in predictis poſſeſsionibus poſt tertium diem quo fuerit amonitus per predictos maſſarios vel aliquem ipſorum quod predicta prohibita vel aliquid predictorum prohibitorum non faciat nec fieri permittat niſi predictus laborator ſiue colonus ſoluerit expenſas in ſoldum predictis maſſarijs antequam laboret vel laboraret poſt predictam amonitionem, quas expenſas p̄dicti maſſarij impoſuiſſent p̄dicto laboratori ſiue colono occaſione p̄dictaꝝ poſſeſsionũ alienaꝝ cauſa predicte cirche faciende de qua amonitione predictis maſſarijs vel alicui ipſoꝝ credatꝛ a quolibet in ſuo ſolo & ſimplici verbo. Inſup liceat p̄dictis maſſarijs vel aliq̄bus ipſorũ precepta facere omnibus & ſingulis predictis perſonis occaſiõe predicta ſuo ꝓprio arbitrio. Et eiſdem perſonis penas imponere, & ipas penas p ſe ipſos vel eũ alijs quos ſecum habere voluerint licite ſine aliq̄ pena exigere & excutere. Et teneatꝛ põtas mitterꝛ vnum ex militibus ſuis vel aliquos alios de ſua familia cum predictis maſſarijs vel aliquo ipſorum ſemper & quotienſcunq; per predictos vel aliquem ipſoꝝ fuerit req̄ſitus. Qui miles ſiue familia dicti poteſtatis ſint & eſſe debeant continue cum predictis maſſarijs ad implendi oĩa & ſingula predicta. Si predictis maſſarijs placuerit, & ſi pena aliqua fuerit impoſita nullo modo audiatur nec audiri poſsit de aliquo ſuo iure niſi prius dictam taliam expenſas & penas ſoluerit in denarijs numeratis predictis maſſarijs. Et teneatur poteſtas capere detinere & facere cuſtodiri perſonaliter quemlibet qui nõ ſoluerit ad terminum ſibi datum per ipſos maſſarios partem ſibi taliatam ſiue ſibi impoſitam de p̄dictis expenſis. Et idem in totum intelligatur in minoribus, & eoꝝ tutoribus, & curatoribus & eccleſijs & religionis & eorũ p̄latis in omnibus p̄dictis pſonis que fuerũt & notate p predictos maſſarios ſoluere ptem ſuam predictaꝝ expenſarũ. Et predictas expenſas non ſoluerit & dicta pena, & de predicta amonitione credatꝛ dictis maſſarijs vel alicui ipſorum in ſuo ſolo verbo ſine ſacramẽto. Et hec omnia & ſingula que continentur in predicto capitulo & ſtatuto põtas teneatur ad implere & ad impleri facere ſub pena librarum centum de ſuo ſalario & incipi facere dictum laborerium infra dies decem. Et Poteſtas teneatur illud continuari facere poſtquam denuntiatum fuerit per aliquem de Alexan. ſub predicta pena. Et predictus Poteſtas teneatur & debeat facere fieri guardiam ad cantalupum & ad campanile fori, & facere fieri inquiſitionem ſiue circham dicti foſſati ſingulis toto tempore guerre ſeu periculi maſculos vel feminas communis & hominum cantalupi, & cõis & hominum fori. Et ipſum foſſatum mundari & ſcurari quãdocunq; & quotienſcũq; opus fuerit, & facere releuari in continenti ripas dicte cirche ſiue foſſati. Et predicta omnia & ſingula fiant expenſis hominum de cantalupo, & hominum de foro in arbitrio ipſorum maſſariorum, & tenere ratas & firmas omnes & ſingulas penas pecuniarias quas impoſuerint occaſione predicta vſq; in ſoldis quinq; pro quolibet facto & quolibet precepto, & eas exigere & cõſignare inde ipſis maſſarijs ad opus & expenſis predictorum infra tertiam diem, & poſtq̄ fuerit ei denuntiatum. Ita ꝙ credatur duobus ex ipſis maſſarijs expenſis in ſolo verbo ſine aliqua

probatione, & alia medietas perueniat in cõi, quod ſtatutũ ſit p̄ciſum & ſine tenore, & vltimũ, & nihilominus in omnibus & ſingulis, nõ obſtante aliquo ſtatuto inferiori vel ſuperiori de predictis omnibus vel aliquo predictoꝝ dictus poteſtas & eius familia abſolui poſsit a cõſilio vel arengho nec aliquo alio modo, & debeat dictus põtas facere remũdari dictam circhã bene & optime expẽſis predictorũ, & arbitrio Anrici arnutij. Anſelmi bargamaſchi. Anrici barate. Manfredi cauaterre. & Labri de labris, & teneatꝛ põtas dictã circham facere compleri reffici & remundari arbitrio predictorũ maſſariorum ſine tenore.

¶ De releuando barbacannam porte Bergoli.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ põtas Alex. q̄ nũc eſt vel ꝓ tẽpore fuerit teneatꝛ & debeat reffici facere & releuare barbacãnam q̄ eſt circa portã Bergolij, videlicet a porta ſolerij vſq; ad muꝝ ruptũ, & terra q̄ extraheť de dicta barbacãna in viã cõis ꝓijcere faciat & foſſata ſtrate ſancti Saluatoris a ponte nouo vſq; ad circã cõis, & foſſata vie q̄ vadit ad pontẽ Landiũ a ponte rupto vſq; ad croſam riuarie, & foſſata ſtrate valenzane, & a põte rupto vſq; ad pontẽ de abiſſus, & foſſata vie q̄ vadit ad ſublanum a ſtrata valenzana vſq; ad pontẽ marmoroliũ, & foſſata vie q̄ vadit ad vlmũ vſq; ad pontẽ vederi vſq; ad pontẽ borghexanoꝝ, & foſſata vie q̄ vadit in rondanetum vſq; ad pitium de bellotis, vſq; ad circhã cõis & terra q̄ extraheť de dictis foſſatis ꝓijciat in vijs & reffici facere & leuare in altitudine & latitudine arbitrio ſuoꝝ & dictoꝝ quattuor ſapientũ q̄ in alio capitulo cõtinenť ab hominibus quorum ſunt terre vbi ſunt dicta foſſata vel alio modo ſi dicto Poteſtati & ſapientibus videbitur.

¶ Infraſcripta ſtatuta facta per ſapientes Bergolij.

ISTA ſunt ſtatuta & ordinamẽta facta p ſapiẽtes porte bergolij ſup laborerijs dicte porte. q̄ ordinamẽta volũt & petunt ꝓ cõi bergolij deberꝛ poni i ſtatuto cõis Alex.

¶ De circba Bergolij facienda.

PRimo ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ põtas teneatꝛ facerꝛ fieri & cõpleri circã Bergolij a latere vbi nõ eſt incepta verſus tanagrũ. ſm ꝙ placuerit & videbitꝛ cõſulibꝰ, & ancianis populi ꝓ porta bergolij & cõſilio ꝙ haberꝛ voluerit vſq; ad kal. Apri. ſine tenorꝛ.

¶ Quod poteſtas teneatur videre omnes riuos porte Bergolij.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneatꝛ videre & inq̄rere ſeu videri & inq̄ri facere p vnũ de Iudicibus ptãtis vel militibus cum p̄dictis cõſulibus ſuis, & Ancianis, & alijs de bergolio qui ſibi & p̄dictis cõſulibus & Ancianis videbunť oẽs riuos porte Bergolij & p cõfortes ipſoꝝ riuorum ex vtraq; parte facere leuari & altari. Ita ꝙ cum equis trãſire nõ poſsit, vſq; ad kal. Aprilis a circa vſq; in riuum grandum.

¶ De leuata ad vineam dñi Abbatis facienda.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ leuata de inſulella a vinea dñi Abbatis vſq; ad vineã Anrici tronati teneatꝛ facta vbi eſt & cõpleta, & vbi nõ eſt facta & cõpleta ꝙ fiat & cõpleatꝛ p illos qui habent facere a ponte lacu vſq; ad podium Abbatis ſicut vadũt & cazant podij liſcarolie ſicut diſtringit liſcarolia, & ſicut diſtringit liſulella per illos qui habent in dicta cõtrata terras & poſſeſsiones, & q̄bus tanager intrat in eoꝝ poſſeſsiões & terras. & hoc fiat per predictos vſq; per totum menſem Aprilis ꝓximi venientis in arbitrio dñi Belengi guaſchi. dñi Ruffini Anſelmi panitie. & Gerardi vache. Tali modo & forma ꝙ illi q̄bus p p̄dictos maſſarios impoſita fuerit talia. Si ipam non ſoluerint ad terminum ſibi datũ ꝙ liceat ipſis maſſarijs imponere penas & banna ad eorum voluntatem de ſoluendo dictam taliam ad q̄ banna & alia excutiendã dictus poteſtas teneatur dare dictis maſſarijs vnū de ſua familia ꝓ excutiendis dicta talia & bānis, & ſi dicta leuata ꝑ aliquē hominē vel ꝑſonā aliquo tꝑe rumperet̃, & ꝙ id ſciri poſſet per ptātem. Poteſtas teneat̃ aufferre illi ſi de nocte rūperet̃ libras qnquaginta in denarijs numeratis, & ſi de die libras .xxv. Et ꝙ iudex ferratie teneat̃ ire ad vidēdū dictā leuatā quotiēs requiſitus fuerit ꝑ dictos maſſarios, & ꝙ a vinea Montanarij guaſchi vſq; ad terras guitachorū dicta leuata fiat, & facta teneat̃ ꝑ illos q̄ habēt ibi terras quarū tanager tangit frontē. Ita ꝙ fiant duo barbelli cauſa manutenendi dictā leuatā per illos q̄ habent terram in inſulella a vinea liſcarolie vſq; ad pontem gragnis, & teneant̃ dare denarios ſex ꝓ modio terre per illos qui habent terras & poſſeſſiones.

¶ De ſapello barbacanne pozolaſcbe faciendo.

Item ſtatutū eſt, & ordinatū ꝙ ſapellū ꝙ eſt in barbacāna extra portā pozolaſche ꝓpe tanagrū ꝑ ꝙ trāſeunt homines pozolaſche leuet̃ & remundetur, ita ꝙ aqua que venit de vallarijs poſſit currere & labi per p̄dictam barbacannā libere & ſine obſtaculo vſq; in tanagrū, & ibi vbi eſt dictū ſapellum vel alibi vbi melius ſtare videbitur fiat vnus pons expenſis hominū de pozolaſcha, & illorū qui habēt terras in vallarijs, & predicta terra. Et debeat poteſtas & eius familia p̄ciſe & ſine tenore facere fieri infra dies octo poſtꝗ̄ ei denunciatū fuerit ꝑ hoīes hn̄tes terras in vallarijs, & p̄dicti opis ſint maſſarij viuianinus guaſchus, Ruffin⁹ beorgius. Otacius grādus & Gullierm⁹ aroba.

¶ De non capiendo lignamen pontis.

Item ſtatutū eſt, ꝙ nemo palam vel priuatim die nec de nocte debeat capere lignamen pontis claues, nec aliqd ꝙ ꝑtineat ad pontē tanagri neq; aliorū pontium cōis Alex. & qui cōtrafecerit perdat de die libras .x. & de nocte libras .xxv.

¶ De deffendendo homines Bergolij a tanagro.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat̃ & debeat infra tertiū diem poſtꝗ̄ fuerit requiſitus per hoīes Bergolij & ſolerij facere cōſiliū gn̄ale cōis Alex. Et in ipo cōſilio poſtulare & requirere cōſiliū q̄liter & quomō quarteriū ſiue porta Bergolij & ſolerij poſſint deffendi & liberari ab impetu, & dāno ꝙ videtur poſſe eis euenire occaxione aque fluminis tanagri, & in ipſo cōſilio inuenire modū & viā liberandi & deffendendi p̄dictum quarterium ſiue portā Bergolij & ſolerij, & ab oī leſione & dāno ꝙ & q̄ euenire poſſet eis propter impetū & incrementū p̄dicti fluminis, & cū ipſis cōſiliarijs & cōſilio cum oībus hominibus ita facere & curare ꝙ oīa p̄dicta & ſingula cōpleant̃, & fiant & attendantur cū effectu. Ita ꝙ p̄dicti liberent̃ & manuteneant̃ & deffendant̃ a p̄dictis dāno. & leſione & impetu fluminis. Et ꝙ ea q̄ ordinabunt̃ fieri ꝓ predictis occaſione p̄dictorum ſine diminutione cōpleant̃ & fiant & executioni mādent̃ vſq; ad Kal. Madij ꝓximi venturi, & niſi p̄dictus pōtas facerit & obſeruauerit oīa & ſingula ſupraſcripta teneat̃ & debeat ex forma pn̄tis ſtatuti dare & ſoluer̃ de ſuo ſalario cōi bergolij libras ducentum terdon̄ ꝓ ſingulis cauſis & ſingulis capitulis ſupraſcriptis & infraſcriptis. Et oīa & ſingula ſupraſcripta & infraſcripta dictus poteſtas & cōſiliarij p̄ciſe & ſine tenore teneantur attēder̃ & obſeruare & attendi & obſeruari facere. Ita quod nō poſſit abſolui per aliquod conſilium nec ꝑ arenghum nec aliquo alio modo, nec ſuper hijs licētiam vel abſolutionē petere in totum nec in partē, nec ipſam licentiam vel abſolutionem in totum nec in partem recipere, & ſi data fuerit petita non valeat neq; teneat, nec vti poſſit ipſe poteſtas vel alius pro eo ſine tenore.

¶ De penis ⁊ bannis impoſitis inter homines Bergolij occaſione tanagri.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat̃ & debeat exiger̃ & exigi facer̃ ꝑ vnū de iudicib⁹ ſeu militib⁹ ſuis ſemꝑ & quoties fuerit req̄ſit⁹ ꝑ maſſarios bergolij & ſolerij d̄ volūtate

ipſorum ſeu maioris partis ꝓ manutenēdo & deffenſione ipſoꝝ ꝓpter impetum aque fluminis tanagri & ꝓ faciēdo & manutenēdo circhā Bergolij & ſolerij, & ꝓ leuando, & refficiendo riuos & foſſata territorij iporū, & leuata & reffecta manutenēdo. & pro guardijs & alijs faciendis ad eorū deffenſionē occaſiōe guerre, & ipſas penas & bāna dare & cōſignari facere ipſis maſſarijs ad opus hominū p̄dictorū, & attender̃ & attēdi facere inter homines p̄dictos Bergolij & ſolerij ſtatuta & ordinamēta faciēda ꝑ ipos vel ꝑ maiorē ꝑtē ipſorū ꝓ p̄dictis & occaſiōe p̄dictoꝝ, & ꝓ p̄dictis oībus & ſingulis faciendis & manutenēdis & deffendēdis p̄dicti hoīes bergolij & ſolerij poſſint inſimul cōuenire, ſicut & qn̄ videbit̃ eorū maſſarijs. Et hec oīa & ſingula ſuꝑſcripta dictus pōtas teneat̃ attēder̃ & obſuare & attēdi & obſeruari facer̃ p̄ciſe & ſine tenore, ſtatuto aliquo non obſtante, & ſi ꝙ cōtrariū huic reperiret̃ in totum vel in partē illud ſit caſſum. Et iſtud in ſuo robore perſeueret.

¶ De relleuando foſſata Bergolij ⁊ ſolerij.

Itē ſtatutū eſt ꝙ pōtas teneat̃ p̄ciſe & ſine tenore facere neri & releuari foſſata Bergolij & ſolerij ſm̄ ꝙ leuata fuerūt foſſata ciuitatis tꝑe dn̄i Brandalixij de lambertinis poteſtatis Alex. & melius ſi placuerit cōſilio Alex. per totū mēſem Aprilis expēſis cōis ſicut foſſata ciuitatis leuata fuerunt.

¶ De via que vadit ad ſanctum Antonium.

Item ſtatutū eſt, ꝙ via q̄ vadit ad ſanctū Antoniū deuerſus ſanctū Lazarū aptet̃ & amplieẗ ꝑ octo pedes ꝑtice ꝑ vineā Guidonis Ianuenſis & cōſortū vſq; ad vineas que fuerūt quondā dn̄i Ruffini guaſchi a pitio cāpi vinee Gerardi busbare vſq; ad caſtellariū ſancti Antonini in arbirrio Anſelmoti de Burgo dn̄i Oberti de Et fiat expenſis illorū quibus hec via ꝓderit, & fiat per totū menſem Auguſti.

¶ De via que eſt apud vineam maiali aperienda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat̃ p̄ciſe & ſine tenor̃ facer̃ cerni & aperiri viā vnā amplam pedes .x. ꝑtic ad expēſas omniū illoꝝ q̄ hn̄t facere ꝑ illā viā a pitio vinee maiali vſq; ad vineā Gulliermi de bellexana de riallo, & vſq; ad vineā Anſelmi ſcarauagij, & ab illa vinea vſq; ad nouellū murri tarantole, & ab illo nouello vſq; ad nouellū Gulliermi colli, & Manuelli de riallo in arbitrio Rubei ſcalcauelli & Gulliermi de bellexana q̄ ſint maſſarij p̄dicte vie & Cullierm⁹ de bellexana ſit notarius dicte vie q̄ via debeat cerni & aperiri vſq; ad Kal. Augu. ꝓximi. & pōtas teneat̃ facere ſolui ꝙ taliatū fuerit cuilibet ꝓ expenſis. Qui maſſarij debeant iurare facere bona fide.

¶ De ſtratis trauerſagnis Bergolij aptandis.

Item ſtatutū eſt, ꝙ ſtrate trauerſagne & ſapella porte Bergolij & ſolerij, & ſapella que ſunt iuxta portā Alexij, vſq; ad pontē tanagri aptent̃ & refficiāt̃ expēſis hominū de Bergolio & ſolerij, & religionū q̄ habēt poderiū ſuū in Bergolio & ſolerio ꝑ totum mēſem Augu. & ſuꝑ hoc elligant̃ maſſarij Bonus Ioannes de baudo roba de arobis. Obertus de aleramo. Balbus ſquarzaficus & dn̄s Ruffin⁹ nanus p̄ciſe & ſine tenor̃.

¶ De riuo de valle ampliando.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat̃ tenere & facere ampliari ꝑ pedes qnq; deſuꝑ, & per duos deſubter ꝑ totū mēſem Augu. riuū de valle a ponte porcello vſq; ad riuū de ronchalia & leuari & ſcroſſari altū pedibus qnq; ꝑ cōſortes p̄dicti Riui de valle expenſis eorū in arbittio Ioannis mantelli pagani guaſchi & Vberti becharij.

¶ De via que vadit per vallem ad pontem porcellum.

Item ſtatutū eſt, ꝙ via q̄ vadit ꝑ vallem ad pontē porcellū amplieẗ & ampla ꝑmaneat a pōte nouo vſq; ad pōtē porcellū ꝑ perticā vnā & ꝙ fiat vnus pons ſuꝑ riuū mōtis porcelli vbi eſſe cōſueuit & fiat oīa expēſis vicinoꝝ & cōſortū in arbitrio ruffini cellerini pagani guaſchi & māfredi ſtranei q̄ ſint maſſarij dicti pontis & dicte vie.

¶ Quod via vna fiat deſubter montem grandum.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ fiat via vna de ſubter mõtẽ grãdum q̃ incipiat᷑ ad vineã fratrꝝ humiliatoꝝ de domo cõi q̃ laborat Anricꝰ gaia veniẽdo iter mãfredũ gnaonũ & hr̃des quõdã Anrici bocatij, & anricũ ſilonũ, & veniat & fiat dicta via ꝑ vineas alioꝝ cõſortũ ꝗ hñt ibi facer̃ ſi placuerit eis vſq; ad vineã magnã q̃ eſt iuxta vineas Rubei bazane & Gulliermi balbi & fiat ip̄a via ad minus dãnum ampla ꝑ vnum trabuchum in arbitrio fratris anſuxij, & Gulliermi balbi & emat᷑ expẽſis illorũ ꝗ habent facere in ip̄a via, & fiat ꝑ totum mẽſem Madij.

¶ De riuo moraſchi aptando ⁊ ampliando.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Riuus moraſchi aptetur & ampliatur per homines qui habẽt facere ãb vtraq; parte. Ita ꝙ ſit latitudinis trium pedum pertice in arbitrio Fredelici de baudo, & Bonifacij colli per totum menſem Madij.

¶ De via apud campum humiliatorum que fuit Iacobi regis.

ITẽ ſtatutũ eſt, ꝙ via vna fiat a cãpo humiliatoꝝ ꝙ fuit Iacobi regis vſq; ad cãpum Gulliermi bocatij, & ſit ampla ꝑ trabuchũ vnũ in arbitrio fratris anſuxi de domo cõa & Gullĩmi bocacij, & fiat ꝑ totũ menſẽ Aug. expẽſis cõſortũ & vicinoꝝ dicte vie.

¶ De via formoſa de pozolaſcha aperienda.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ via formoſa de pozolaſcha aperiat᷑. Ita ꝙ plauſtra poſſint ire & redire ꝑ ip̄am a ſtrata quargnẽti vſq; ad tanagrũ in arbitrio Burbierij caſſagni, & Ruffini de ferrantia, & teneat᷑ põtas eã aperiri facer̃ ꝑ totũ mẽſem Martij in arbitrio p̄dictoꝝ. Saluis penis & bãnis q̃ p̄dicti darit illis ꝗ nollent eã aperire ſicut eſſet eis p̄ceptũ per p̄dictos q̃ põtas teneatur excutere vel excuti facere.

¶ De via vna facienda ad cornum trauerſagnum.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ fiat & fieri debeat via vna larga ꝑ vnã pticã ad trauerſagnũ cornũ deuerſus Bergoliũ ꝑ intus terrã ſtulti beorgij in arbitrio & volũtate Gulliermi blanchi & Vberti fantini expẽſis eoꝝ ꝗ habẽt facer̃ in mezano ꝙ appellat᷑ mezanũ gaſtaudoꝝ, & in cornu de qua via p̄dicta. Gulliermus blanchus, & Vbertus fantinꝰ ſint & eſſe debeant Maſſarij. Et incipiãt facere dictã viã in Kal. Aprilis, & eã faciãt ꝑ totũ Aprilẽ proximũ. & det᷑ & ſoluat᷑ ipſi ſtulto p̄ciũ cõueniẽs de terra ip̄ius ꝑ q̃ faciãt dictã viã ꝑ totũ mẽſem Martij, & ip̄m p̄tiũ diuidãt & taliẽt p̄dicti maſſarij ꝑ illos qui habẽt ad faciendũ in ip̄o Mezano & in ipſo cornu ad ſuũ arbitriũ & volũtatẽ & partẽ pretij & expenſaꝝ quas taliauerint cuilibet colligãt & exigãt vſq; ad mediũ Martiũ, & teneat᷑ põtas facere ſtare cõtentũ dictũ ſtultũ de p̄tio ꝙ ipſis maſſarijs videbit᷑, & dictam terrã p̄dictis maſſarijs vẽdere ad faciẽdũ dictã viã, & cartã vẽditiõis facere dictis maſſarijs. Et cõpellere quẽlibet p̄dictoꝝ ad ſoluẽdũ partẽ dicti p̄tij, & expẽſaꝝ dicte vie ad totũ volũtatẽ ip̄oꝝ maſſariorũ, & hec oia & ſingula põtas & eiꝰ iudices teneãt & debeãt facere fieri rõnẽ ſummarie ſine libello ſine petitiõe in ſcriptis, nõ obſtãte aliquo capl'o ſiue ſtatuto vl' ordinamẽto cõis vel popl'i ꝙ eſt vl' fieret in ꝯtriũ i aliquo p̄dictoꝝ.

¶ De non accipiendo terram in conſurcio acharinorum.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ aliqs homo vel mulier ꝗ ſtat in cõſurtio acharinoꝝ. ſcilicet a domo Petri manuelli vſq; in ripã nõ poſſit nec debeat accipere terrã in viã cõis. ſ. in p̄dicto cõſurtio. Et ꝗ ꝯfecerit ſoluat ꝓ quolibet & q̃libet vice ſoldos. v. Itẽ ſi aliqs fecerit in dicta via cõis foueã aliq̃, ꝙ põtas teneat᷑ p̄ciſe & ſine tenore facere impleri dictã foueã illi qui eam fecerit per totũ Madiũ ſub pena & bãno ſoldoꝝ. xx. & de oibus ſuprascriptis põtas teneatur in oibus adimplere ſine tenore, & hoc totum in arbitrio Graciolij de ruffinatio, & Ruffini acharini.

¶ De camparijs elligendis in poderio bargolij ⁊ ſolerij.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ cãparij porte Bergolij & ſolerij elligant᷑ ꝑ maſſarios & ſapiẽtes porte Bergolij, & ſolerij, & teneat᷑ põtas attẽdere & obſeruare & attẽdi & obſuari facere oia ſtatuta & ordinamẽta q̃ fient ꝑ maſſarios & ſapiẽtes Bergolij & ſolerij ſup cuſtodia agroꝝ Bergolij & ſolerij p̄ciſe & ſine tenore. Saluis capitulis Ferratie.

¶ De dando tot homines illis porte bergolij ꝙ poſſint eſſe ſecuri.

ITẽ ſtatutũ eſt, ꝙ ſi cõe Alex. egtauerit vltra tanagrũ & iacuerit teneat᷑ põtas dare tot hoĩes de illis de pozolaſcha & bergolio, ꝙ poſſint eſſe ſecuri ſi videbit᷑ cõſilio.

¶ De putheo vno in villa vuillarum faciendo.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ puteus vnus ꝗ eſt in villa vuillarum apud domum Ruffini bauduini ſit factum, ſicut factum fuit alias. Bouetus iotelinus, & Ruffinus bauduinꝰ ſint maſſarij, & debeat fieri de auer̃ vicinoꝝ. hĩc ad kal. Aug. ꝓximi vẽturi.

¶ De putheis in carrubijs bergolij faciendis.

ITẽ ſtatutũ eſt, ꝙ põtas ſi ei denũciatũ fuerit teneat᷑ facer̃ fieri in quolibet carrubio totiꝰ porte bergolij vnũ puteũ expẽſis vicinoꝝ, ſi placuerit hoibꝰ porte bergolij vl' maiori parti.

¶ De barbellis iuxta tanagrum faciendis.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneat᷑ facere fieri duos barbellos iuxta tanagrum expenſis cõis Alex. in qualibet cõtrata porte Bergolij infra duos mẽſes in arbitrio opicij dardani & Oberti de alteramo. Ita ꝙ incipiat᷑ fieri ad Kal. Aug. ꝓximi & finiat᷑ ꝑ totũ menſem Septembris ad voluntatem predictorum Opicij & Oberti.

¶ De porta de Alexio, ⁊ de ſancto Petro reſficiendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ põtas teneatur facere reſfici portas de Alexio & ſancto Petro & pontes ꝗ ſunt iuxta ip̄as portas infra tres menſes ſi placuerit conſilio.

¶ De via vallarie reſficienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ via q̃ vadit & ire cõſueuit per vallariam diſcernatur, & aperiatur a vineis de cellero vſq; in colorium ampla ꝑ perticam vnã vſq; ad ſanctum Michaelem, & aperta & ampla per perticam vnã ſtet & remaneat ſemper.

¶ De pluſa iuxta pontem porcellum faciendã.

ITẽ ſtatuimus & ordinamꝰ, ꝙ põtas teneat᷑ & debeat facer̃ fieri ꝑ totũ mẽſem Aug. ꝓximi veniẽtis pluſam vnã ad põtẽ porcellũ bonã & idoneã arbitrio Pagani guaſchi Ruffini cellerini. Vberti beccatij. expẽſis illoꝝ ꝗ hñt terras & poſſeſſiones a dicto ponte porcello vſq; ad põtẽ nouũ iuxta ip̄am viã ab vtraq; p̄te vie, & ip̄a foſſata ipſius vie facere alargari & ampliari in arbitrio p̄dictoꝝ, & fieri facere põtẽ vnum expẽſis p̄dictoꝝ in via de põte nouo in capite ſtrate, & alium ad pontẽ porcellũ expẽſis illoꝝ ꝗ hñt terras & poſſeſſiões a dicto põte ſupius verſus coſtas in arbitrio dñi Anſelmi guaſchi & Pagani balbi, & faciat p̄dictꝰ põtas ĩfra p̄dictũ tps in arbitrio p̄dicti pagani & ſocioꝝ, & alargari riuum ad põtẽ porcellũ vſq; in zõchaliã, & hoc totum ſine tenor̃.

¶ De via de valle ploucicie aptanda.

ITẽ ſtatutum eſt, ꝙ põtas teneat᷑ facere apiri & ampliari illã viã q̃ dicit᷑ ſtrata a valle ploucicie in agros Bergolij hinc ad põtẽ marmorolium tã de terris & poſſeſſionibus coherẽtium ꝓ prata, & ꝙ ip̄a via ſit & ſtet ſemp aptata & expedita ꝑ pedes octo ꝑtice & ꝙ oẽs arbores ceſſie & clauſur̃ nocẽtes ad eundũ cũ plauſtris ꝑ ip̄am viã eradicẽt᷑ & incidãt᷑ ꝑ totum mẽſem Augu. expẽſis illoꝝ quoꝝ ſunt dicte ceſſie & arbores ꝓut melius videbit᷑ in arbitrio Ruffini priolij & Gulliermi balbi, & fiat expẽſis vicinoꝝ.

¶ De riuo de ſublano aptando.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat facer̄ leuari riuū de ſublano in agris Bergolij & aptū tenere expēſis vicinoꝝ & illorū q habēt & tenēt prata & poſſeſsiones iuxta ipm riuū videlicet vnius cuiuſq; in apa ſue poſſeſsionis. & p ſuā poſſeſsionē a p̄to de ottonis hinc ad viā cōis in arbitrio Gulliermi Carli, & Ottonis per totū menſem Auguſti. Et hoc fiat expenſis vicinorum.

¶ De leuata in mezano fori facienda ⁊ complenda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat facere fieri leuatā vnā ſiue deffenſionē q̄ fit p tanagro, & ꝓ vadarioſo q̄ eſt incepta in mezano de foro expēſis hominū habentiū terras & poſſeſsiones in dicto mezano arbitrio Hārici barate, & Palutij de meladio vt ipſi arbitri voluerint & ſicut eis melius videbit. Que expenſe debeāt eſſe ſolute arbitrio p̄dictorū p illos q habēt terras & poſſeſsiones in dicto mezano ſm ꝙ dicti Hanricus, & Palutius taliauerint & arbitrauerint qui ſint & eſſe debeāt excuſſores, & petitores, taliatores & maſſarij omniū expenſarū. Poſtq̄ poteſtās intrauerit regimē ciuitatis Alex. Et qui cōtrafecerit det ꝓ bāno cōi Alex. ꝓ quolibet, & qualibet vice ſoldos. xx. qua cōtrafecerint ſiue non ſoluerint dictas expenſas. Et nihilominus teneat ſoluere totum id ꝙ taliatum fuerit per predictos arbitros.

¶ Qō quilibet porte Bergolij ſoluat fodrum vbi eſſe conſueuit.

Item ſtatutū eſt, ꝙ quilibet homo de porta Bergolij qui conſueuit expenſas ſoluere & fodrū in porta Bergolij expenſas ſoluere debeat in illa rugata in qua ſoluere conſueuit, & idem obſeruetur in alijs ꝓ hominibus portarum Alex.

¶ Qō fiat pluſa vna a podio Guerci grilli vſqꝫ ad podiū hoſpitalis de Belcē.

Item ſtatutū eſt, ꝙ fiat pluſa vna & de terra & de lignis a podio guercij grilli ꝙ eſt ad vederum vſq; ad podiū hoſpitalis de belcem. Ita alta cōfirma ꝙ Riuus qui venit deuerſus podiū de natis nō poſsit trāſcēdere neq; rumpere ipſam pluſam, & ꝙ foſſatū vie vederi ab vtraq; parte vie leuet & reficiat, & dicta pluſa vſq; ad pontē vederi in latitudine triū pedū pertice in altitudine aliorū triū pedū. Et terra tota ipſoꝝ foſſatoꝝ ꝓijciat in via cōis, explanent oēs riue q̄ ibi ſunt, & p̄dicta oia fiant expenſis omniū & ſingulorū qui habēt terras & poſſeſsiōes a dicto ponte ſuperius verſus montē ferratū & fiant & cōpleant oia predicta in arbitrio Iacobi pertuſati Petri lemugij, & Rauſcij ſquarzafici, & ꝙ vna via noua ampla per vnā perticā fiat & teneat a dicta pluſa vſq; ad podiū de natis & emat p̄cio cōuenienti per illos qui habēt terras a dicta pluſa ſuperius vſq; in poderiū delu in arbitrio duoꝝ bonorū viroꝝ & legaliū electoꝝ ꝑ pōtem & ancianos, & predicta oia & ſingula teneat pōtas facere fieri & cūpleri vſq; ad Kal. Madij p̄ciſe & ſine tenore. Et vt p̄dicta oia melius cōpleat pōtas teneat dare militē vel iudicē ſuū p̄dictis maſſarijs quotienſcunq; petēt eos cū eis ad cōplendū oia p̄dicta.

¶ Quod Riuus leuetur de arboribus a ponte de Burghexanis vſqꝫ ad vineas Pubiaſchi.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat p̄ciſe & ſine tenore facere leuari Riuū de oibus arboribus, & remundari a ponte de Burghexanis vſq; ad vineas Pubiaſchi largū ſiue amplū per pedes ſex pertice, & ꝓfundū ſiue croſum p pedes quatuor ptice, expenſis illorū qui habēt terras ibi & ſint foſſata & poſſeſsiones ſup dictū riuū, & qeunde reuocauerunt, & leuari facere oia foſſata vie de fortis ab vtraq; parte a p̄dicto pōte de burghexanis vſq; ad pontē Abbatis expenſis illoꝝ qui habēt terras ibi & ſint foſſata larga p pedes tres pertice, & ꝓfunda tantūdem, & predicta oia & ſingula teneat pōtas fieri facere & cōpleri p totum Madium in arbitrio Guercij grilli, & Ruffini ſquarzafici a quo capitulo pōtas nō poſsit abſolui nec terminus ei ꝓrogari aliquo modo.

¶ Quod cuniculus qui eſt añte domum ocche barberij ſtet apertus.

Item ſtatutū eſt, ꝙ cuniculus ſiue beale q ꝓtēdit & ꝓtendi cōſueuit a beali ꝙ eſt añ domū ocche, oliuatij, barberij. & per ipſam domū vſq; in beale ꝙ eſt añ ſanctum Dalmatiū ſtet aptus & reffectus. Ita ꝙ ipſe cuniculus ſiue bealetū ꝙ cōſueuit labi p ipm cuniculū ſiue labat & labi poſſit a dicto beali ꝙ eſt añ domū dicti ocche vſq; ad p̄dictū beale ꝙ eſt ad ſanctū Dalmatiū. Et nulla pſona coherens dicto cuniculo ſiue bealeto poſſit nec debeat impedire, nec aliquod impedimentū ibi habere quo minus teneatur ad predicta oia & fiant & obſeruent & teneāt. in arbitrio fratris Gambe, & Oberti de plouera. & infra tēpus ꝙ dicti frater Gamba & Obertus dixerint & denūtiauerint poteſtati eſſe faciēda, & fiant p̄dicta ſi placuerit vicinis vel maiori parti ſine tenore.

¶ De via vna in campis de Burgorato facienda ⁊ manutenenda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ fiat vna via in cāpis de burghorato in valle de mania q̄ incipit a via bealis inter terrā q̄ tenet & laborat Ruffinus de burgo ab eccleſia maiori, & terrā Artuxij hengelerij ampla p perticā vnam, & ſic fiat inter vnū & alium conſortē vſq; ad coſtas, & a coſtis vſq; in buccalimonū, & determinet ipſa via per Iacobum bollatium, & Lodiſium porrū, quos ad ipſam viā deſignandā & terminandam pōtas cōpellat per totum mēſem Aprilis. Qua terminata & deſignata habeatur via ipſa cōis publica. Et hec oia & ſingula attendant ſine tenore. & hec fiant ſi placuerit habentibus terras in illa ſtrata vel maiori parti expenſis vicinorum.

¶ De maſſarijs mutandis pontis qui fieri debet ſuper beale de cerbis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ mutentur maſſarij pontis q fieri debet ſup beale de cerbis videlicet in arbitrio Oberti thealdi & Petri belle pelles dicat arbitrio Tignoſi ferramuſche belengij de puzollo. & Ruffini de burgo. Et vbi dicit expenſis illoꝝ qui habēt vineas & prata addatur & qui habent terras.

¶ De via vna que eſt ab introitu caſalis de burgorato aptanda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat p̄ciſe & ſine tenore facere ampliari viā q̄ eſt ad introitū caſalis de burgo rato deuerſus ciuitatē Alex. arbitrio Iacobi bauotij. & Manfredi. Ita ꝙ cōe & homines dicti caſalis teneant & debeant facere foſſata ab vtraq; pte vie tm̄ quantū tenet ipſa via ſic alargabit p homines dicti loci arbitrio p̄dictoꝝ largū congrue ad deffenſionē campoꝝ per mirā quātum ipſa via alargabitur, & hec fiant p totum menſem Aprilis ſine tenore, & debeat ipa via ſic alargata per homines dicti loci inglarari per totum menſem Madij arbitrio predictorum.

¶ De ponte qui eſt in ſtrata que vadit ad portam rezoliam aptando.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat & debeat facere aptari pontē q eſt in ſtrata q̄ vadit ad portā rezoliā ꝓpe domū peculi ſup beale. & ipm aptatū tenere. Ita ꝙ qlibet poſſit ſuper ipo trāſire cū plauſtro & beſtijs ſine obſtaculo & fiāt arbitrio, Hengelerij de ottobellis. Gulliermi ſturtilioni, & hoc ſine tenore, & p̄dicta fiant ſi placuerit cōſilio.

¶ De leuata vna facienda ad lacum aſcherij nani.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas teneat & debeat p̄ciſe & ſine tenore facere fieri leuatā vnā a vineis campi vſq; ad lacum Aſcherij nani cauſa deffendendi aquā tanagri vadat per terras caualli morti, & inſule. Que leuata fieri debeat arbitrio Otatij grandi. Gulliermi tratij. Gerardi magiſtri & Gerardi galtaudi, expenſis illorū q habēt terras. & poſſeſsiones in cauallo morto & inſula, & inſup leuata vetus caualli morti, & inſule reficiantur arbitrio predictorum & expenſis illorum qui habent terras, & poſſeſsiones in predictis contratis, & fiat vnus pons in ſtrata publica que vadit ſolerium ibi vbi dicitur ad puerum & ibi refficiatur & aptetur via arbitrio p̄dictoꝝ expenſis illorum qui habent terras & poſſeſsiones in cauallo morto & predicta fiant & fieri debeant per totum Madium.

¶De riuo de ſalixeto refficiendo ⁊ aptando.

Item ſtatutũ eſt p̄ciſe & ſine tenore, ꝙ pōtas teneaƭ & debeat currare cum effectu facere reffici & relleuari Riuũ de ſalixeto a cãpo Gracioli acharini vſq; ad pontem de cluxellis expẽſis vicinoꝝ q̄ hñt teeras & poſſeſsiones coherentis dicto riuo. Et iſtud laborerium fiat in arbitrio Gratioli p̄dicti. Et ip̄e Gratiolius p̄dictã denuntiationem facere poſsit & debeat de illo vel illis qui nollent conferre vel laborare ad dictum laborerium. Et teneatur pōtas dictum laborerium facere fieri & curare ꝙ fiat ꝑ totum menſem Madij ſi placuerit maiori parti vicinorum.

¶De foſſato a terra Anſelmi rubei remundando.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ pōtas teneaƭ & debeat p̄ciſe & ſine tenore a kalẽ. Martij. vſq; ad Kal. Iunij facere reffici & remundari foſſatũ ꝙ eſt a terra Anſelmi rubei vſq; ad motam tẽpli de Bergolio ꝙ foſſatũ iacet vbi diciƭ in ſala amplum ꝑ q̄tuor pedes de ꝑtica deſuper & ꝓfundũ & refficiaƭ & remundeƭ expẽſis illoꝝ q̄ hñt terras & poſſeſsiones, coherentes dicto foſſato ab vtraq; parte foſſati, & p̄dicta fiant arbitrio Anſelmi rubei Otti baſsi, & Antonij cellerini.

¶Quod poteſtas faciat aptari viam que vadit verſus Lu.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ pōtas p̄ciſe & ſine tenore teneaƭ & debeat facere aptari viã ſiue ſtratã q̄ vadit verſus Lu. videlicet ibi vbi habet facere eccleſia de belecto ad piciũ terre dicte eccleſie ibi vbi intrat Riuus de pubiaſco in terrã ſiue viã, vſq; ad terrã q̄ fuit quondã presbyteri naui q̄ nũc eſt dñe Gullierme faciendo ibi fieri vnã bonã puſam de bonis pallis & lignis & ſint palli groſsi per clericatã ꝑ palmũ vnũ. Tali modo ꝙ aqua nõ poſsit intrare in dictã ſtratã ſiue viã, & intelligaƭ pluſa bona & idonea ſi fuit approbata eſſe bona ꝑ Alexandrinũ carlum. Anriotũ moycium. & Petrũ lemugiũ q̄ ſint & eſſe debeant maſſarij dicte pluſſe faciende, & fiat expenſis illoꝝ q̄ habent facere ad dictam pluſam ꝑ totum menſem Feb. Alioquin amittat dictus pōtas libras. xxv. de ſuo ſalario de quibus poſsit ſindicari.

¶Quod via que vadit ad pontem de vedero aptetur.

Item ſtatutum eſt, ꝙ via q̄ vadit & q̄ eſt a ſupraſcripta pluſa q̄ cõtinet caput ad dictam pluſam, vſq; ad pontẽ de vedero debeat aptari & ſplapari ꝑ illos q̄ debẽt facere dictã pluſam & eoꝝ expẽſis in arbitrio ſupraſcriptoꝝ maſſariorũ. ſ. Alexãdri carli Petri lemugij, & Anrici moycij. & hoc ſtatutũ & aliud p̄cedens attendanƭ, ſi & ſicut placuerit vicinis quorum expenſis fieri debent.

¶Quod via de Albaro deuerſus ſanctum Angelum remundetur.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ via de Albaro deuerſus ſanctũ Angelũ debeat remũdari a dicta eccleſia ſancti Angeli vſq; ad vineã Alegrini graſsi. Ita ꝙ oẽs ceſsie q̄ ſunt ſup ripis ipſius vie, q̄ nocẽt plauſtris ducentibus poacias & alias res q̄ ſiue ſup q̄bus ducanƭ vel duci poſsint incidanƭ ꝑ illos quoꝝ ſunt ceſsie expenſis ipſorum. Et hoc ꝑ totũ mẽſem Madij arbitrio Alegrini graſsi. & baſtardi dñi Sambuclli blancardi ſub pena & banno ſold. x. ꝓ quolibet & q̄libet vice q̄ nõ remundarẽt p̄dictã viã ꝓut ſupius cõtineƭ. Et nihilominus ſoluto dicto bãno dictam viã remundare & aptare teneantur.

¶Qõ via de Lanzolijs verſus pontẽ rocheſiũ retornetur in ſtatu in quo erat.

Item ſtatutum eſt, ꝙ via per q̄ cõſuetum eſt ire & redire de lanzolijs verſus pontem rocheſiũ retorneƭ & ſtet in ſtatu in quo erat, & cõſueuerat eſſe. Ita ꝙ gẽtes & beſtie & plauſtra poſsint ire & redire & duci per dictam viam & qui habent facere per dictã contratã arbitrio Bonifatio de guertio. & Gulliermi cornalie, ſi vicinis ipſius vie vel maiori parti eorum placuerit.

¶Qõ fiat foſſatum vnum in valle vſq; ad terram Ruffini mantelli.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ fiat vnũ foſſatum largum ſiue amplũ deſuper ꝑ trabuchũ vnũ & croſſum pedes tres de pertica ꝙ foſſatũ fiat in territorio Bergolij in valle a pratis prati balerij vſq; ad terrã Ruffini maraelli q̄ ipſe habet ſuper ſtratã de Pontenouo ꝙ foſſatũ vadat per tortilos de valle ꝑ teſtã terre Antonij cellerini & Ruffini cellerini, & vadat ꝑ foſſatũ per ꝙ vadit vſq; ad albarã quondã dñe Peratie vſq; ad dictã albarã. Quod foſſatũ fiat expenſis vicinorũ coherentiũ ad dictũ foſſatũ. Et fiat dictũ foſſatũ in arbitrio Ghiſulfi mantelli & Antonij cellerini, & teneaƭ pōtas ad faciendũ fieri, & & cõpleri vicinos p̄dictos in arbitrio dictorũ maſſariorũ. & fiat dictũ foſſatũ ꝑ totum menſem Madij ſi placuerit vicinis.

¶De foſſato reuearij de Gamundio remundando.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ pōtas teneaƭ cõpellere oẽs & & ſingulos homines & ꝑſonas qui habẽt terras & poſſeſsiones coherentes foſſato reuearij de Gamundio tam ab vna parte ipſius foſſati q̄ ab alia ꝙ debeãt remundare ipſum foſſatũ & relleuare, ita ꝙ aqua ꝑ ip̄m foſſatũ poſsit currere libere ſine aliquo impedimento vſq; ad viã torrexelle. Et hoc fiat arbitrio Lodixij blanchi. & Gulliermatij pellati. Et hoc totum debeat fieri ꝑ totum menſem Aprilis, & hoc preciſe & ſine tenore.

¶De via mezana de torrexella redizanda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ via mezana de torrexella redriceƭ reſtituaƭ, apteƭ, & amplieƭ in priſtinum ſtatum. Ita ꝙ ſit recta & ampla. ſicut eſſe cõſueuit & vnq̄ fuit arbitrio Ruffini guerre, & Iacobi maſtini, & predicta debeant eſſe facta ꝑ totum menſem Madij proximi. Et oĩa fiant expenſis vicinorum.

¶De via porte fori de extra ciuitatem aptanda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ via apteƭ a porta fori de extra ciuitatẽ vſq; ad portã marenghi. Ita ꝙ poſsit cõpetenter iri cũ bobus & plauſtris, & via lata ſit ſm formã capituli.

¶Qõ dñus vicarius teneatur facere inglarari vias ciuitatis.

Item ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ dñs Vicarius & eius familia teneanƭ & debeant in quolibet regimine facere inglarari ſtratam vnã ſiue viã publicã portarum cõis per quemlibet quarterium Alex. ſicut & q̄n videbitur Ancianis populi, dum tñ ipſe ſtrate ſiue vie inglararent in ipſo regimine per duas menſes ante exitum ipſius regiminis, & hoc preciſe & ſine tenore.

¶De vijs a porta Alexij vſq; ad portam ſolerij inquirendis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ dñs Pōtas & eius familia teneanƭ & debeãt inquirere & inquiri facere ad melius q̄ poterit ſi q̄s acceperit de via cõis a porta Alexij. vſq; ad portã ſolerij & facere dimitti liberũ & expeditũ cõi totũ id ꝙ fuit cõis, & facere relaxari diſcerni & terminari bonis lapidibus groſsis infra duos menſes poſt introitũ ſui regiminis, Et facere p̄conizari in porta Bergolij. ꝙ ſi q̄s tenet aliq̄d de cõi illud relaxet infra. xv. dies ſub pena & bãno libraꝝ. xxv. ꝓ quolibet & qualibet vice qua fuerit inq̄ſitum. Et nõ expediſſent. Idẽ intelligaƭ ſi q̄s acceperit iuxta pontẽ Abbatis q̄ eſt in ſtrata q̄ vadit Lu. p̄ciſe & ſine tenore. Sub pena & bãno ſui ſalarij librarum. xxv.

¶De faciendo ⁊ manutenẽdo ſtratam ſancti Saluatoris.

Item ſtatutum eſt, ꝙ pōtas p̄ciſe & ſine tenore teneaƭ & debeat facere, & curare cũ effectu, Ita ꝙ quilibet & que libet qui habet facere ſuper ſtratã ſancti Saluatoris a ponte nouo vſq; ad caſtelletum ſiue quo extendit leuata facta ꝑ hoīes Bergolij debeat facere & manuteneri in eo ſtatu in quo nūc eſt ꝑ illos hoīes q̄ habent facere ſup dictam ſtratā, & qui habēt terras tangētes dictā leuatā ſeu foſſata dicte leuate ſeu ponētes terram ſuā ad dictā ſtratā, & nemo poſſit vel preſumat facere in dicta leuata aliq̄ pluſam vel in dicta circa aliqd facere vel ponere ꝑ ꝙ impediat curſus aque de ipa circa, & qui contrafecerit ſoluat ꝓ qualibet vice ſoldos .lx. terdoñ. ſub eadē pena teneat quelibet ꝑſona manutenere dictas circas ꝓpe ſuū ſub eadē pena, & pōtas teneat & debeat inquirere ſeu inquiri facere ꝑ ſe vel ꝑ familiā ſuā. Si aliqs cōtrafecerit, & ipſos qui cōtrafecerint punire eo modo quo ſup̄ ſub pena & bāno ſui ſalarij librarū. xxv. de q̄bus debeat ſindicari. nō obſtante aliquo ſtatuto vel abſolutiōe ſi predicta nō obſeruauerit vel obſeruari non fecerit.

¶ De ponte vno ad pontexellum de vedero faciendo.

Item ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ pōtas ꝓximus vēturus iudices & milites eius Sacramento ſuo teneant & debeāt facere fieri pōtē vnū de lapidib⁹ & calcina & de maonibus coctis in ſtrata de Lu, in cōtrata q̄ dicit ad pontexellū de vedero in capite vnius foſſati ꝙ ducit aquā foſſis de vedero verſus ſtratā p̄dictā, & hoc expenſis omniū ꝑſonarum habentiū terras & poſſeſſiones a p̄dicto ponte ſupius verſus modio ꝓ modio & diſcernere ſiue diſcerni facere vnā viā nouā a p̄dicto ponte ſuperius noīato vſq; ad podium de natis ꝑ cāpos & ſup cāpos qui ibi ſunt larga ꝑ perticā vnā & dimidiā ad voluntatē & arbitriū Alexandri carli. & Petri pertuſati maſſarioꝝ predicte vie & pontis. Et que ſimiliter via emat expenſis omniū ꝑſonaꝝ habentiū terras & poſſeſſiones a predicto ponte ſuperius verſus Lu. & verſus ſanctū Saluatorē. Et p̄tiū terraꝝ p̄dicte vie noue extimet ad voluntatē p̄dictorū maſſarioꝝ, & via vetus vendat hominibus, & ꝑſonis habētibus poſſeſſiones ab alia parte vie veteris cuilibet tm̄ quantum eſt largus frons terre ſue, & extimet pretiū p̄dicte vie veteris per p̄dictos maſſarios. Et pōtas predictus & familia ſua teneant & debeant cōpellere p̄dictos cōſortes p̄dicte vie veteris ad emendū ſm̄ ꝙ extimata fuerit ꝑ predictos maſſarios. Et denarij perueniant in p̄dictos maſſarios. Qui maſſarij faciant fieri pontē p̄dictum de predictis denarijs. & ſimiliter emant viā nouā. & denarij qui defficient ad faciendū p̄dicta fiat talia vna ꝑ maſſarios predictos. Et per duos legales hoīes quos ſecū habere voluerint oībus ꝑſonis habentibus terras & poſſeſſiones a p̄dicto ponte ſuperius verſus Lu modio ꝓ modio, & predictus pōtas & familie ſue teneant ſuo ſacramento excutere predictā taliā in continenti ad voluntatē predictorū maſſariorū, & predicta oīa ſupradicta fiant & cōpleant ꝑ totum menſem Nouemb. ꝓximi venturi ad voluntatē predictorū maſſariorū. & ſi predictus pōtas p̄dicta oīa ad effectū nō deduceret infra predictū tēpus Amittat dictus poteſtas de ſuo ſalario libras centū in denarijs numeratis qui preueniant in cōe Alexā. & iſtud capitulū ſit p̄ciſum & ſine tenore. Nec de ipo capitulo dictus pōtas poſſit abſolutionem petere.

¶ De via pixinarum diſcernenda Splananda ⁊ facienda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ poteſtas ꝓximus venturus teneat & debeat diſcernere & ſplanare ſiue diſcerni & ſplanari facere viā pixinatū oībus ꝑſonis habentibus facere ſup predictā viā tm̄ cuilibet quantū durat frōs ſue poſſeſſionis a terra Dauid busbarre vſq; ad aſtillianū larga ꝑ pedes. xv. pertice & cōſtringere Paganū ſachū, & heredes quōdā Anrici colli qui hn̄t terrā ſuper p̄dictam viā apud pontē quargnenti ꝙ faciāt fieri foſſatum p̄dicte terre ſue largum per pedes quatuor pertice, & ꝓfundū per alios quatuor pedes pertice remanendo predicta via larga per pedes. xv. pertice ꝓijciendo totā terrā predictorum foſſatoꝝ in p̄dictā viā & eā ſplauare ſuis expenſis ad arbitrium & voluntatem Anſelmi ſpelte & dn̄i Ioannis guaſchi maſſariorū predictoꝝ, & p̄dicta oīa fiāt per totum menſem Nouembris ad arbitrium predictorum maſſariorum. Et iſtud capitulum ſit preciſum & ſine tenore.

¶ De bealeto qui eſt ante domū Lafranchi limoti ſcroſſando.

Item ſtatutum eſt preciſe & ſine tenore, ꝙ illud bealetum ꝙ incipit a ſtrata q̄ eſt ante domos Lanfranchi limoti & dn̄i Ruffini ſturrilioni & decurrere cōſueuit per domos ſeu ſedimina predictorū Lanfranchi, & Ruffini & dn̄e Sibilie vxoris quōdam Bellenghij maſcarij & filiorum ſuorū, & filiorū ruffinorū heredū quondam Ioannis aytane dn̄i Oglerij paualionis heredū quondam. Bertolini tabernarij. Manfredi grarolij Auricule ghillini. Gulliermi ghillini. Ruffini ghillini, facini viciati. thomay calcamugij, Petri fr̄is ſui. Guaſchorū boni Ioānis de conzano. & viciatoꝝ. Et finit ſeu finit conſueuit in betale ꝙ eſt & labit ante domos & ꝓpe domos, ꝑſorū viciatorū. q̄ fuerūt belengeriorū mundari ſcroſſari, & murari vbicunq; menſſe erit Ita ꝙ aq̄ bene poſſit diſcurri & labi & ꝙ apiat buccha itroitus ipſius q̄ eſt ante domos p̄dictorū lafranchi & Ruffini & buccha exitus ipſius bealeti que eſt ſeu eſſe conſueuit in domibus p̄dictorū viatorū, q̄ fuerunt belengerioꝝ & in muris iparum domorū. & p̄dicta fiant expenſis ꝑſonaꝝ habentiū vel tenentium domos & ſedimina ipſi bealeto coherentia. Ita ꝙ quelibet perſona teneat facere expenſas neceſſarias ante fontem domoꝝ & ſediminum ſuorū ſeu q̄ ab ea tenentur. In Arbitrio Gulliermi ghillini facij vitiati. facini viciati. & thome calcamugij qui ſint maſſarij ad predicta feri facienda, & teneatur & debeat quelibet perſona habent facere iuxta dictum bealetum facere omnia & ſingula que dicentur ſibi per dictos maſſarios vel aliquem eorum occaſionibus p̄dictis vel aliq̄ earum. & teneatur & debeat dn̄us Poteſtas & eius Iudex vinculo ſacramenti predicta & ſupraſcripta fieri facere infra menſem. poſtq̄ ei denunciatum fuerit ꝑ ſupraſcritos maſſarios vel aliquem eorum & quamlibet perſonam de predictis volentem attendere ſeu facere ea que ſibi dicentur per dictos maſſarios vel aliquem eorum cōdempnare in ſoldis ſexaginta terdoñ pro quolibet & qualibet vice. & credatur cuilibet ipſoꝝ maſſariorum ſuo Sacramento ſine aliqua alia ꝓbatione. Et nihilominus teneat & debeat ipſe dn̄s Poteſtas conſtringere quālibet perſonā habentē facere ꝓpe ipſum bealetum ad dictum opus faciendā modis oībus cū effectu infra dictum tēpus quādocūq; fuerit requiſitus & ei denunciatum fuerit a dictis maſſarijs vel aliquo ipſoꝝ & ꝙ nulla ꝑſona audeat vel preſumat ꝓhibere dicto vel facto ſeu impedire aliquo modo ne predicta fiant & executtoni mandentur ſub pena & bāno libraꝝ. xxv. terdoñ. pro qualibet perſona impediente ſeu prohibente ſuo ſacramento. Que omnia & ſingula ſupraſcripta teneatur poteſtas & eius iudex attendere & obſeruare & attendi & obſeruari facere cū effectu ſub pena & banno ipſi poteſtati librarū xxv. terdon. de ſuo ſalario a quibus cōe Alex. ſit ipſo iure abſolutū, ſi per ipſum dn̄m Poteſtatem vel eius iudices oīa & ſingula ſupraſcripta non fuerint integre obſeruata.

¶ De ampliatione vie que eſt prope eccleſiam ſancti Petri capitis vitis.

Item ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ via que eſt prope eccleſiam ſancti Petri capiti vitis a betale vſq; ad foſſatum ciuitatis aperiat & ampliet vſq; in dictū foſſatū, ſicut eſt ampla & lata per mediū eccleſiam ſancti Petri & muris domus q̄ fuit quondā Britij ſachi in laude & arbitrio Petri barotij & Gulliermi dulij, & Iacobi rationatoris ſeu cuiuſdam alterius rationatoris, & p̄dicta dn̄s Poteſtas teneat fieri facere infra menſem poſtq̄ fuerit ei denunciatū, ſub pena libraꝝ. xxv. de ſuo ſalario. & hoc capitulū attendatur preciſe & ſine tenore.

¶ De carrarolia porte fori mundanda ⁊ redificanda.

Item ſtatuimus & ordinamus ꝙ pōtas futurus teneat & debeat infra mēſem facere reedificari aptari & mūdari infra vnū mēſem poſt introitū ſui regiminis carraroliam q̄ eſt in ſtrata porte fori in rugata paſtoꝝ, & aliū pontē q̄ eſt penes domū fratrum de Burbalijs.

¶ De non ponendo terram in platea communis.

Item ſtatutum & ordinatū eſt, ꝙ nulla perſona poſſit nec debeat ponere nec poni facere terrā in platea, nec aliqd iungere nec diminuere, ꝑ qua dicta platea impediretur vel deterioraretur ſub pena & bãno ſoldorũ.xx. pro quolibet & qualibet vice, & nihilominus dictam terrã, poſtq̃ poſuerit teneatur ab inde facere deportari, & quilibet poſſit accuſare & habeat medietatem banni.

¶De via que eſt prope porticus non impedienda.

Item ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ nulla ꝑſona debeat impedire viã cõis q̃ ꝓtẽdit a brolieto vſq; ad viã q̃ vadit inter porticus caſei. & pannoꝝ & ſtationare extro domos nec ponere banchos, ſcagnos, ſeu aſſides ſup viã nec ſedimẽ cõis. & ꝙ q̄libet teneat explanare & equari facere ſeu explanare vel explanari facere viã predictã ꝑ mirã ſue domus vſq; ad betale ſub pena & bãno ſoldoꝝ.xx. ꝓ quolibet & q̄libet vice q̃ predicta nõ obſeruauerit, & hoc infra tertiã diẽ poſtq̃ denũtiatũ fuerit ei ꝑ ptãtẽ vel eius nuntios.

¶Quod quilibet poſſit irrigare ſiue adaquare predia ſua.

Item ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ liceat cuilibet volenti ducere aquã ad irrigãdũ ſiue ad aquandũ p̄dia ſua & ipam ducere diebꝰ cõſuetis ꝑ vias & ſtratas publicas ab vno latere ipſarũ. Ita tñ ꝙ viã & ſtratã nõ deſtruat ſiue guaſtet quo minus gentes plauſtra, & alia poſſint ire cõmode, & mõ cõſueto ſine ꝓhibitiõe & ꝯdictione alicuius ſingularis ꝑſone volẽtis ducere quominus aquã ducat & foſſata facit pro ipa aqua ducẽda.

¶De via portucuum campſorum non impedienda.

Item ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ nulla ꝑſona poſſit nec debeat impedire viã de portucubus, campſorũ, & caſei nec laborare extra domos cũ molinello, tellario, cepo vel cãdellerio extra domũ, nec tenere ſcamnũ ſeu banchũ, nec iunctã banche nec aliq̃ aliã rẽ per q̃ impediat via cõis vel aſtringat, ſeu impediat via p̄dictorũ portucuũ ſub pena & bãno ſold.xx. ꝓ q̄libet vice, & põtas teneat ingrere ſeu inquiri facere ſemel in menſe ꝯfacientes, & punnire debeat illos ꝑ mirã quorũ domorũ inuenerit habere predicta cõtra p̄dictã formã in p̄dicta quãtitate, & ꝙ in capite introitus & exitus ipſorum portucuũ nullus ponat ſtorã ſeu tellã nec teneat ſeu tenere debeat ſub p̄dicta pena.

¶De relleuando foſſatum ciuitatis Alex.

Statutũ eſt ꝙ põtas teneat facere relleuari & in priſtinũ ſtatũ reſtitui foſſatũ ciuitatis Alex. ꝙ fuit inciſum ꝓ faciẽdo caſtrum ad portã ſancti Andree. Ita ꝙ plauſtra neq; beſtie exire poſſint. Et ꝙ faciat fieri vnũ foſſatũ per mediũ fundi foſſati ciuitatis Alex. in arbitrio Iacobi rationatoris a porta rezolia vſq; ad carrariã ꝑ ꝙ ducat aqua bealis ad ſcroſſandũ ipm foſſatũ ciuitatis in arbitrio dicti Iacobi & duorũ maſſariorũ qui ad hoc elligantur per Ancianos.

¶Qõ poteſtas teneatur facere attẽdi oia que ſunt ordinata ꝑ hoies burgbi rati.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneatur p̄ciſe & ſine tenore attẽdere & attendi facere cũ effectu oia & ſingula q̃ ſunt ordinata ꝑ cõe & hoies caſalis de burgo rato inter ipos vel maiorẽ partẽ ipſorum, & q̃ ordinabunt inter ipſos ꝓ refficiendis, & de nouo faciẽdis foſſatis dicti caſalis, & taliatis & circhis inter ipſum caſale & extra in poderio dicti caſalis ad deffenſionẽ & cõſeruationẽ hominum & reꝝ dicti caſalis, & dare forciã, & auxilium maſſario ſiue maſſarijs de burgo rato ad excutiendum talias impoſitas inter eos occaſione p̄dicta & bãna data illis de dicto loco qui nollent facere partẽ eis aſſignatam ꝑ maſſarios ſiue maſſarium dicti loci attẽdere & obſeruat ea q̃ ordinata eſſent inter eos occaſione p̄dictorum laboreriorum ad terminum ſiue terminos ordinatos per eoſdem, & predicta attendantur preciſe & ſine tenore.

¶De via vna facienda a vinea vaſallorum vſq; ad vineam graciolij foreſti.

Itẽ ſtatutum eſt, ꝙ vna via fiat a vinea vaſalloꝝ vſq; ad vineã gracioli foreſti in arbitrio pagani colli & p̄dicti gracioli foreſti, & hoc põtas teneat attẽdere & obſeruare p̄ciſe & ſine tenore infra dies.xv. poſtq̃ ei denuntiatum fuerit,

¶De via vna diſcernendo in caſali.

Item ſtatutum eſt, ꝙ via vna diſcernatur in caſali videlicet in illa contrata caſalis a vinea Thomai de mirabello vſq; ad vineam Graciolij foreſti, & fiat maſſarius ad dictam viam decernendam Paganus de celio.

¶Qõ illi õ portucubꝰ nõ debeãt ꝓijcere aliq̄ vituperiũ õ portucubꝰ ſuis in via.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ aliqua perſona de cõtrata porticuũ ab vtraq; parte vie nõ poſſit nec debeat ꝓijcere aq̃ vel vrinã nec aliquod aliud vituperiũ de pontilibus ſuis in via. Et q cõtrafecerit ſoluat ꝓ bãno ꝓ qualibet vice libras tres terdon. & quilibet poſſit accuſare & habeat medietatẽ banni & alie medietas ſit cõis & teneat priuatus & hoc ſine tenore. Idem intelligatur & locũ habeat in oibus ſtratis & vijs publicis, quod capitulum locum non habeat poſt ſonum tertie campane.

¶De faciendo duas ſpallas muri per hoies quargnenti ad portam fraziam que appellatur frazia de felizano.

rioſe vel damnū datum fuerit alicui furtiue & iniurioſe de die vel nocte incidendo
albores & vineas vel hortos aliquo modo, vel meſſe, vel linum vel legumina vel ali-
quod genus blaue, vel occidendo vel vulnerādo beſtias tam in agros q̄ in domibus vel
alibi in diſtrictu Alex. vel alio modo damnū datum fuerit alicui ciui Alex, & in equis &

Armis & pānis. Quod damna illa oia & ſingula data & facta in quolibet predictorum
emandari debeāt emendentur a cōi, & de auere cōis Alex. vſq; in tres domos ꝓximio
res ad quas primo ignis peruenerit. Dūmodo ppēdat & ꝓbetur per famā vel alio mo
do incendia illa & damna data & facta in quolibet p̄dictorū fuiſſe furtiue & iniurioſe.
Niſi incendium & damnū fuerit in rebus que ſunt & tenent̄ contra bannū cōſilij & or
dinamentū vel poteſtatis vel ſtatutorū & ſpecialiter in blaua q̄ de foris ciuitatē, & niſi
illa incendia & damna data & facta fuerint ab inimicis cōis Alex. & guerrieris tēpore
guerre, & hoc locū habeat tam in dānis q̄ in incendijs & dandis & faciendis q̄ datis, &
factis huic retro & in rebus de q̄bus fit mentio ſupra. & de quibus eſt facta denuntiatio
alia denuntiatio amplius fieri nō poſſit, & ſemel fiat denuntiatio de eodē & nō plus,
nec recipiat̄, & ꝙ ſuper hoc poteſtas vel eius iudex cognoſcat & inquirat per officium
eundo ad locū vbi eſt vel fuerit incendiū vel damnū factum infra tertiū diē a die denū
tiatiōis ſibi facte vel quātitius poterit bona fide & faciendo iurare dñm domus damni
dati & vxorē & oēs de familia ſua q ſibi videbunt̄ ibidē vel alibi ẜm ꝙ ipſi poteſtati vel
iudici videbitur. & recipiendo teſtes bona fide & ſine ſuſpitione ad melius q̄ poterit de
ipſis facendijs & damnis datis vel factis vt ſup̄ inquirendo per ipos dñm & familiam,
& per teſtes de noīe & de fama qualitate & quātitate incedij & damni dati. De quo vel
de quibus eſt fama dictum damnū dediſſe, vel incendiū poſuiſſe, & teneat̄ poteſtas ꝑ ſe
vel ſuū iudicē facere inquiſitionē & ſup his ſententiā dare cōſilio collegij iudicū infra
duos menſes a die denuntiationis ſibi facte ẜm ꝙ inuenerit ꝓbatum per teſtes qui ꝓdu
cantur ab illa perſona cui incendiū fuerit factum inſpectis dictis perſonis dictorꝝ teſtiū
receptorū per officiū & p̄dictorū ab illa perſona que teſtes produxit inſpecta fide & di
gnitate predictorum teſtiū facta ſeu facienda taxatione de ipo damno per eos qui con
ſulent vel iudicabunt ſuper ipſo damno, & ꝙ nulla perſona poſſit cōpenſare ꝓ ſe vel
ꝓ alijs in aliquibus fodris, bannis, & cōdemnationibus talijs dacitis vel collectis prete
ritis pñtibus & futuris, niſi ẜm formā capituli de bannis, & cōdemnationibus excutiē-
dis & hec oīa locū habeant in ciuitate Alex, & extra in caſalibus ſolerio. Quargnēto,
vuilis, porta noua, fregarolio, frixinaria, baſarutio, vrbis, boſcho, & in campis dicte
ciuitatis & p̄dictorū locorū. Ita tñ ꝙ ſi aliquis denuntiauerit vel denuntiari fecerit po-
teſtati vel ſuo iudici damnū ſibi datū vel factū furtiue & iniurioſe de nocte de incendio
& igne poſito in domo vel in rebus ſuis, vel alijs ſupraſcriptis, & ſuper hoc teſtes pro-
duxerit vel ſuper hoc paſſus fuerit recipi, & poſtea repertū fuerit per poteſtatē vel eius
Iudicē, & per bonos & legales & ydoneos teſtes ignē poſitum fuiſſe in dictam domū vel
res predictas alio modo q̄ predicto cōbuſtas fuiſſe puniatur ipe & quilibet teſtium in li
bris qnquaginta in denarijs numeratis ſine aliqua cōpenſatione. Que banna ſi ſoluere
non poterit infra dies .xv. poſt cōdemnationē amittat pedem vel manum arbitrio po
teſtatis & ſi quis denuntiauerit vel denuntiari fecerit vt ſup̄, & dixerit & iurauerit dam
num ſuum & rerum combuſtatum vel perditarum duplum eſſe q̄ valeant, & ſup hoc
teſtes ꝓduxerit vel paſſus fuerit recipi. & hoc ſi dictum fuerit poteſtati ſoluat pro ban-
no quilibet libras .x. in denarijs numeratis ſine aliqua compenſatione. Quod bannum
ſi ſoluere non poterit infra dies .xv. poſtq̄ fuerit condemnatus amittat quilibet illorꝝ
pedem vel manū arbitrio poteſtatis, & hoc capitulum legatur in conſilio, & in quali-
bet contione, & iſta duo que incipiunt. Ita enim ei ſi quis ſemper legantur coram
teſtibus qui recipient̄ ſine tenore, & poteſtas ſiue iudex qui preerit predictis teneantur
& debeant damna & incendia que fient & dabūtur tempore ſui regiminis. & ab eo die
citra quo pars illorum de putheo intrauerunt & redierunt in Alex. vltima vice, & de
illis de quibus eſt data ſententia ab eo tempore citra inquirere & inueſtigare quam ſub
tilius poterit ne aliqua fraus fiat cōi circa mendam ipſarum faciendam. Et ne maior
ſit menda quam fuerit damnum datum ſiue incendium. Et hoc per vicinos & conſor-
tes & per omnes alias perſonas que melius nouerint & ſcire poterunt veritatem & in
omnibus predictis inquirendis & faciendis habeant liberum arbitrium iam circa inqui
ſitiones q̄ circa puniendas oēs perſonas que in predictis deliqſſent, ſeu dolū cōmitterēt

In predictis vel in aliquo de predictis, & teneatur poteſtas & debeat omnia predicta dāna emendare, & facere emendari a cõi & de cõi in denarijs numeratis infra tres menſes a die denuntiationis facte. Ita ꝙ introitu tertij menſis ſi nõ eſſet pecunia in cõi de q̄ poſſet fieri dicta emēda debeat põtas in conſilio ponere, & in ipſo conſilio inuenire modum & formam recuperande ipſam pecuniam, ſi & ſicut placuerit ipſi conſilio ad ſatisfaciendum & vel illis qui dicta dāna ſiue mendia receperint infra predictos tres menſes. Et predicta oīa & ſingula teneatur poteſtas attendere & obſeruare preciſe & ſine tenore. Non obſtante aliquo capitulo generali & ſpeciali. Et ſi quod capitulum huic eſſet contrarium ex nunc ſit caſſum, & iſtud in ſuo robore perſeueret. Et hec oīa ſupra ſcripta & ſingula locum habeant in damnis & in incendijs que dabuntur ſeu fient ſine tenore. Et predicta omnia attendantur. Saluis omnibus & ſingulis que continentur in capitulo de bannis datis & condemnationibus excutiendis.

¶De incendijs, ⁊ damnis datis ancianis populi ⁊ eoꝝ notarijs emēdandis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquod damnū ſiue incendiū vel guaſtum aliquo modo furtiue vel iniurioſe datum vel factū fuerit alicui qui ſit vel erit Ancianus populi Ale, vel eius notarius infra tres annos poſt exitum ancianatus ſui vel durante ipſo Ancianatu. Poteſtas Alex. & capitaneus populi teneatur modis omnibus preciſe & ſine tenore ipſum damnū ſiue incendium facere extimari, & facere emendari in denarijs numeratis de auere cõis Alex. infra vnum menſem poſtq̄ denuntiatio dicti damni facta fuerit, & teneatur poteſtas predicta facere & obſeruare, & attendi & obſeruari facere preciſe & ſine tenore. Nullo ſtatuto vel ordinamento facto vel faciendo generali vel ſpeciali ſuperiori vel inferiori de quo vel de quibus expreſſam oporteat fieri mentionem vel non ſeu reformatione conſilij populi vel cõis facto vel facienda obſtante. Et ſi poteſtas predicta non obſeruauerit in totum perdat de ſuo ſalario libras centū que ipſo iure perueniant in cõe. Et ſi predicta per poteſtatem nõ fuerint obſeruata, teneantur capitaneus & anciani modis omnibus predicta omnia facere obſeruari, & ſententia facere diffiniri ſicut videbitur ipſis capitaneo & ancianis ſiue collegij conſilio. Quod capitulum & omnia que continentur in eo locum habeant & locum vendicēt in ancianis & notarijs qui ſunt & fuerunt a tempore domini Simonis de Nazario olim poteſtatis Alex. citra & in oībus alijs qui ꝓ tēporibus fuerint & imperpetuū, & hoc capitulum attendatur in perpetuū. Nec de predictis ſtatutis remoueri poſſit ſine tenore.

INfraſcriptum ſtatutū exemplatum per me eſt Thomaſium coronum iudicem ferratie de libro ſtatutorū vbi ſit ſcripta ſtatuta ſocietatis ligne iuſtitie, ꝙ ſi incipit. Rubrica de damnis datis ſeu factis alicui de dicta ſocietate emendandis. Item ſtatutū eſt, ꝙ ſi aliquo tempore ꝙ Deus auertat alicui de dicta ſocietate fuerit datum vel factū incendium damnum vel guaſtum in rebus ſuis aliquo modo furtiue vel iniurioſe dñs Poteſtas cõis capitaneus, & anciani populi teneantur & debeant modis oībus & preciſe & ſine tenore dictum damnū incendium ſiue guaſtum facere videri & examinari infra tres dies poſtq̄ denunciatum fuerit, & de ipſo damno incendio vel guaſto ſm ꝙ extimatum fuerit facere fieri mendam dicto damnificato in denarijs numeratis de auere cõis Alex. infra menſem vnū poſt denuntiationem factam de ipſo damno & poſt extimum factum, & ꝙ dñs capitaneus & anciani populi ad petitionem illius cui eſſet damnū datum ſeu factum teneať denuntiare predictis capitaneus ancianis & poteſtati, ꝙ faciāt dictam mendā infra dictū tēpus. Quam mendā ſi fieri ꝑdicti nõ fecerint vt ſup̄ amittat Dominus Poteſtas pro quolibet & qualibet vice libras quinquaginta terdon. de ſuo ſalario, & Dominus Capitaneus libras vigintiquinq; de ſuo ſalario de quibus Anciani, & dicti Rectores teneantur predictos Dñm Poteſtatem, & Capitaneum ſindicare, & ſindicari facere. Et predicta omnia & ſingula attendantur & obſeruentur ſtatuto aliquo generali vel ſpeciali inferiori vel ſuperiori, reformatione cõmunis vel populi vel prouiſione facta vel facienda in aliquo obſtante. Et ſi quod ſtatutum vel refformatio,

vel prouiſio eſſet vel fieret, que predictis in aliquo obſtante derogaret ſit caſſum ipſo iure. Et poteſtas & capitaneus de ipſo non teneantur ſiue ipſum vel reformatio vel ꝓuiſio ſint generales vel generalis vel ſpeciales vel ſpecialis.

¶De extimando damnum datum ⁊ factum hominibus ſocietatis iuſtitie.

ITem ſtatuimus & ordinamus cum contineať in ſtatuto ꝙ loquiť de reſtitutione, &
menda facienda illis hominibus q̄ ſunt de ſocietate iuſtitie ꝙ dñs Poteſtas cõis, dñs
Capitaneus, & Anciani Populi, & quattuor Rectores ſocietatis predicte infra tres dies
poſtq̄ denunciatū eſt eis damnū datū ſeu guaſtum ad incendium factum alicui de ſocie-
tate predicta facere extimari & videri ipſum damnum &c, Statuimus & ordinamus
ad maiorem firmitatem dicti ſtatuti, ꝙ dñs Poteſtas Alex. vel Iudex ſuus qui preerit ſu
praſcripto incendio & guaſto teneatur & debeat ſemper & quandocunq; ire ſeu mitteř
voluerit ad videndum & extimandum aliquod damnum vel guaſtum vel incendium
datum vel factum alicui de predicta ſocietate, & dñm Capitaneum populi
& Ancianos, & quattuor ꝙ elligatur & elligere debeant duos ex ancianis & quattuor
q̄ tūc erūt & q̄ erūt rectores ſocient ꝑdictos qui vadant & ire debeant cū iudice & famil
lia ipſius dñi poteſtatis ad extimandum & videndum damna & guaſta facta hominibꝰ
dicte ſocietatis. Item ꝙ cum Iudex ipſius dñi Poteſtatis, & ipſe cum eis dictum damnū
videant & ei nuntiare debeant per ſe cum illis perſonis que videbuntur Idonee. Et ſe-
cundum ꝙ extimata fuerint per predictos fiat reſtitutio & menda dictis damnificatis
ſecundum ꝙ in ſtatuto dicte ſocietatis continetur, & ſi alio modo extimarent & exti-
matio fieret non valeat nec poſſit nec debeat fieri menda ſeu reſtitutio, & ſit pena dño
Poteſtati de ſuo ſalario lib. xxv. Et dñs Poteſtas poſſit teneatur & debeat compellere
illos duos ancianos, & illos duos ex quatuor ellectis ad eundū cum iudice ſuo, per dñm
capitaneum ancianos, & quattuor ne cum dño Iudice ſuo, & cuilibet eorum qui nollet
ire ſeu negligeret ire aufferre penam pro quolibet precepto ſoldorum. xx. & vltra ſe-
cundum quod ei videbitur.

¶De equis ⁊ armis emendandis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ equi & arma ſiue teneātur pro diſtrictu ſiue nõ amiſſi & amiſſa in ſeruitio cõis Alex. in exercitibus vel caualcatis eundo vel veniendo vel intrādo cum inimicis Alex emendentur & emendari debeant a cõi, & de cõi Alexā. ſecundum ꝙ inuenirentur extimati vel extimata non fuerint emendentur a cõi vel de cõi Alex. tantum quantum conſtiterit. Et ſi equus alicuis militis Alex. qui eum teneret pro cõi morerretur in ſtalla emendetur & pro medietate de eo quod fuerit extimatus, & ſi equs fuerit emptus pullus vel donatus vel commodatus vel lucratus emendetur tantum quantum probatum fuerit per teſtes eum valere, & ſecundum quod videbitur poteſtati vel iudicibus ſuis. Idem intelligatur de armaturis emptis donatis vel comodatis vel lucratis. Et ſi predicti equi mangagnati fuerint vel deteriorati fuerint in ſeruitio & ꝓ ſeruitio cõmunis Alex, plaga vel diſpallatura vel ſtracho vel membri ruptura vel inflagatura vel apertura vel crepatura vel infonditura vel ſtortura, vel alio modo a cõmuni emendetur & de cõi emendetur, & de cõmuni Alex. ſecundum quod probatum fuerit per teſtes de ipſo deterioramento, & ſecundum ꝙ videbitur poteſtati & iudicibus ſuis. Idem intelligatur de iumentis bobus, aſinis & mulis amiſſis & deterioratis in exercitibus & caualcatis cõmunis in ſeruitio cõis Alex. & ſuper hijs omnibus & ſingulis poteſtas cognoſcat per ſe vel per ſuum iudicem ex officio per teſtes qui ſint ſine ſuſpitione bona fide ad melius quam poterit, & teneatur ferre ſententiam ſuper hijs conſilio collegij iudicum, & non aliter infra menſes duos a die denuntiationis facte & facere dari mendam vel compenſationem vt ſupra dictum eſt in capitulo de incendijs, & de damnis datis tam ſuper ſententijs latis quam ſuper ferendijs. Non obſtante aliquo capitulo facto vel quod fieret in contrarium, & hoc locum habeat exceptis equis, lumentis aſinis aſinabus & mullis que ire conſueuerunt in agros ſine aliqua cuſtodia. Et damnum dederint in rebus & blauis que fuerint in agris, Que beſtie non emendenť nec emendari debeant a communi nec de communi ſi occiſſe vel vulnerate fuerint aliquo modo in ciuitate Alex. vel diſtrictu niſi ꝓbauerint & Iurauerint dictas beſtias cuſtodes habere & non aliter emendentur.

¶De non appellando a ſententijs incendioꝛum ⁊ damnoꝛum.

ITem ſtatutum eſt, quod a ſentãtijs latis ſuper predictis mendis vt in predictis capitulis continetur non poſſit nec debeat aliquis appellare, Et ſi appellauerit a ſentẽtia pro ipſo lata non valeat ipſo Iure, Et nihilomininus eius appellatio non recipiať.

¶De equis ⁊ Armis emendandis, ⁊ de modo extimandi mang gnaꝫ.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ equi qui tenentur ꝓ cõi Ale. amiſſi ſeu mangagnati in ſeruitio & ꝓ ſeruitio cõis Alex. in exercitibus vel caualcatis ſeu ambaxatis vel quibuſcunq; andatis pro cõi Ale, vel occaſione eorũ quocunq; modo emendenť emendari debeat a cõi & de auere cõis Alex. in denarijs numeratis ſecundum ꝙ Inuenirenť extimati in libris cõis Alex, & ſi extimati non fuerint emendenť & emendari debeant a cõi. & de auere cõis Alex. tantũ quantũ probatum fuerit legitime ipſos equos valuiſſe tẽpore amiſſionis ſiue mortis & ſi equs alicuius militis Alex. qui eum tenet ꝓ cõi morireť vel mangagnareť domi, ſtando, eundo vel redeũdo ꝑ Alex. vel diſtrictũ aliterq̃ in ſeruitio cõis emendeť pro medietate damni. vel deterioramenti, & ſi equs qui tenereť pro cõi emptus fuerit pullus vel donatus vel cõmodatus. vel lucratus emendeť tantũ q̃ntum extimatus fuerit in libro. Et ſi non extimatus eſt emendeť tantum quantum legitime probatum fuerit valuiſſe tempore amiſſionis & ſi p̃dicti equi mangagnati fuerint vel deteriorati in ſeruitio & ꝓ ſeruitio cõis Alex. plaga diſpallatura vel membri ruptura vel infligatura vel apertura vel crepatura vel infonditura, vel ſtortura, vel dolore vel propter viuas vel de incaueſtratura vel alio quocunq; modo emendeť in denarijs numeratis vt ſupra in cõi & de auere cõis Alex. poſtq̃ legitime probatũ fuerit ipſos equos mangagnatos eſſe vel deterioratos eſſe. & tunc emendenť ſecundũ quod extimati fuerint minus valere pro ipſo deterioramento ſiue mangagna ꝑ quatuor legales homines de Alex. in pñtia vnius ex militibꝰ poteſtatis. Qui quatuor elliganť ꝑ dñum Poteſtatem ſine fraude hoc modo videlicet quod nomina omnia & ſingula militum Alex. ſcribantur in breuibus que ponantur in vno ſacho. Et poſtea dñus poteſtas fortuito ponat manum in ſacho, quatuor vicibus, & qualibet vice trahat vnum breue & tunc illi quorum nomina ſcripta erunt in breuibus Iurent ad ſancta dei euangelia dictũ extimum facere bona fide. & ſine fraude remoto omni odio & amore precio & p̃cibus & ſint & eſſe debeant ex illis omnibus qui tenent equos pro cõmuni & occaſione dicti extimi vel pro ipſo extimo nihil a militibus vel a communi poſſit petere vel habere, & ſuper quolibet equo mongagnato vel deteriorato ſiue ſuper extimatione ipſius deterioramẽti ſemper elligantur quatuor homines ſecundum quod ſupra dictum eſt Ita quod facto extimo eorum officiũ ſit finitum. & incontinenti cum electi fuerint dñus poteſtas Ita faciat quod equm videant mangagnatum cum vno ex militibus ſuis, Et viſo equo incontinenti intrent palacium cõmunis vna cum milite poteſtatis, Nec inde ſe moueant quouſq; fecerint extimum nec aliquis debeat loqui eis quouſq; dictum extimum fecerint, Quos qnatuor dñus poteſtas elligere teneatur infra tertiũ diem poſtq̃ denunciatum fuerit per illum cuius equs fuerit mangagnatus, Et teneatur poteſtas, & ſua familia recipere proinde denũciacionem ſemper & quandocunq; eis fieri voluerit & probationes infra tercium diem a die denuntiationis, & ipſis denuntiationibꝰ & ꝓbationibus receptis infra dies decem proferre ſententiam conſilio collegij Iudicũ, Et non aliter. Qua ſententia lata teneatur & debeat dictus poteſtas infra vnum menſem

a die dicte ſententie late fieri facere de auere cõis Alex. habere dictam mendam, & lice
at illi qui dictam mendam habuerit vt ſupra totum illud ꝙ habere debuerit pro ipſa
menda cõpenſare pro ſe & quibuſcunq; voluerit in quibuſlibet bannis & condemna-
tionibus, Exceptis bannis & condemnationibus ferratie & iuſtitie & mutuis dacitis, &
collectis, & preſtitis & quibuſcunq; alijs impoſitionibus vel exactionibus cõis Ale. etiã
ſi predicta ſolui debeant in denarijs numeratis, & habeatur predicta compenſatio ſem
per & in quolibet caſu pro ſolutione facta in denarijs numeratis. Quam compenſatio
nem predicto modo & forma & in omnibus caſibus vt ſupra predictus poteſtas & tota
eius familia teneatur recipere & facere recipi ſemper & quandocunq; inde fuerint re-
quiſiti. Et predicta compenſatio ſemper & in quolibet caſu, ex quo oppoſita fuerit ipſo
iure pro facta habeatur, & poſtq̃ oppoſita fuerit nullam penam vel bannum incurrere
poſſint illi pro quibus ipſa compenſatio fuerit oppoſita nec ipſi opponentes eam. Nec
teneantur, nec modo aliquo compelli poſſint illi qui equos amiſſerint vt ſupra vel qui
bus fuerint mortui ire in aliquos exercitus vel caualcatas ſeu andatas cõis Alexã. Nec
aliquos equos emere ſeu habere vel tenere donec dictam mendam habuerint integre,
nec eis proinde aliqua pena vel banna poſſint imponi. Et iterum nihilominus habeant
ayam totius anni. Saluo ꝙ ſi aliquis teneret equm copertum pro cõi, & roncinus mo-
riretur vel mangagnaretur. Teneatur nihilominus equitare cum deſtrario, & ſi equs
moriretur teneatur nihilominus equitare cum runcino vel pedeſter quando totum
commune equitaret. Poſtquam mendam autem habuerit vt ſupra, ab illa die inantea
vſq; ad menſem teneatur habere equm ydoneum pro cõmuni, & alia facere que faciũt
alij tenentes equos pro communi. Nec poſſit poteſtas ſeu cõmune Alexan. compellere
ipſos milites nec aliquos ex eis ire in exercitum vel caualcatam extra diſtrictum Alex
vbi pernoctare deberent niſi prius ipſi qui mitterentur in caualcatam vel exercitum
ſatisfactum fuerit in denarijs numeratis. Saluo ꝙ cum cõi Alex. teneantur ire & equi-
tare vbiq; & teneatur poteſtas habere domum vnam expenſis cõis in qua ponantur eq
qui mangagnarentur vel deteriorarentur in ſeruitio cõis vel ſecundum formam pre-
dicti capituli habere mareſchalchum vnum expenſis cõis Alex. Qui omnes equos qui
mangagnarentur vel deteriorarentur vt ſupra curare debeat ſine eo ꝙ a militibus ſa-
larium aliquod petere poſſit vel habere Si vero equs alicuius quem non teneat ꝓ
cõi amiſſus vel mortuus ſeu mangagnatus in ſeruitio vel pro ſeruitio cõis Alex in exer
citibus vel caualcatis ſeu andatis dicti cõis emendetur a cõi & de hauere cõis Alexan.
ſi fuerit amiſſus vel mortuus tantum quantum inuentus fuerit extimatus in libris cõis
Alex. ſi vero non fuerit extimatus emendetur tantum quantum legitime fuerit proba
tum ipſum equm valere propter mangagnam factã in ſeruitio Alex. Arma vero amiſ-
ſa in ſeruitio & pro ſeruitio cõis Alex. in exercitibus vel caualcatis vel andatis ſi exti-
mata fuerint emendentur tantum quantum fuerint extimata. Si autem extimata non
fuerint emendentur a cõi & de auere cõis Alex. tantum quantum fuerit legitime pro-
batum ipſa arma valuiſſe tempore amiſſionis. De quibus omnibus predictis, & quoli-
bet predictorum teneatur poteſtas & eius familia preciſe & ſine tenore. Et ſi predicta
& quolibet predictorum non obſaruauerit cum effectu amittat de ſuo ſalario qualibet
vice libras centum in denarijs numeratis de quibus cõe ſit ipſo iure abſolutum. Medie
tas cuius bãni perueniat in illum vel illos cui vel quibus nõ fuerint predicta integre ob
ſeruata. Et teneant cuilibet qui concionaretur contra predicta vel aliquod predicto-
rum libras quinquaginta in denarijs numeratis pro qualibet vice ſine tenore, & tenea
tur dictus Poteſtas iſtud capitulum exemplari facere & poni in libris cõis Ale. Ita quod
pro ſtatuto ſemper habeatur in omnibus & ſingulis ſupraſcriptis, & ſit ſemper vltimũ
prioribus & poſterioribus & derogans, & facere iurare emendatores ſtatutorum cõis
quod de preſenti capitulo nihil deminuent vel mutabunt. Sed ipſum capitulum pro
emendato dimittent in libro ſtatutorum cõis Alex. & ſi emendatores predicta
vel aliquod predictorum, Poteſtas teneatur vnicuiq; ipſorum auferre libras centum
in denarijs numeratis, & quicquid eſſet additum vel mutatum non

Que omnia & ſingula locum habeant & obſeruentur. Non obſtantibus aliquibus ſtatutis vel ordinamentis generalibus vel ſpecialibus anterioribus vel poſterioribus factis vel faciendis in contrarium. Et ſi quod capitulum vel ordinamentum eſt vel fieret quod huic contradiceret ipſo iura ſit caſſum & nullius valoris. Et ex illo vel ex illis poteſtas nec eius familia teneatur, & iſtud in omnibus & ſingulis tāquam vltimum, & derogans in ſuo robore perſeueret & valeat tali modo quod ſi aliqua dubietas vel queſtio videretur eſſe vel fieret vel ab aliquo moueretur in predictis vel in aliquo occaſiōe predictorum vel alicuius de predictis, tunc illa intelligantur & determinentur in fauorem & vtilitatem qui peteret mendam a communi ſine tenore. Et predicta omnia intelligantur & ſint ſaluis omnibus & ſingulis que continentur in cacapitulo loquente de bannis & condēnationibus excutiendis in denarijs numeratis.

¶De illis qui habuerint mendam a communi pro equo ſuo.

Item ſtatutum eſt, quod ſi aliquis habuerit mendam a communi pro eo, quod equs ſuus eſſet deterioratus vel mangagnatus in ſeruitio communis tantum de eo quod dictus equs fuerit extimatus antequam eſſet mangagnatus vel deterioratus quantum habuit mendam a communi pro deterioramento vel mangagnatione dicti equi, niſi equs extimatus fuerit mangagnam de qua mendam habuit, & hoc ſine tenore, & ſi quod ſtatutum reperiretur huic contrarium ſit caſſum & nullus valoris. Et iſtud in ſuo robore perſeueret.

¶De reſtitutione incendiorum ⁊ damnorum.

Item ſtatutum eſt, quod poteſtas teneatur attendere & obſeruare, & attendi & obſeruari facere ſtatutum factum ſuper mendis & reſtitutione incendiorum & damnorum quod ſic incipit. Item ſtatutū eſt quod ſi alicui ciui Alex. factum fuerit incendium &c. Et omnia & ſingula que in ipſo capitulo ſeu ordinamento continentur. Non obſtante aliquo capitulo ſeu ordinamēto facto vel faciendo generali vel ſpeciali ſuperiori vel inferiori. Et ſi quod capitulum ſtatutum ſeu ordinamentum factum ſeu de cetero fieret huic in aliquo derogaret ex nunc ſit caſſum & irritum, & nullius valoris, & iſtud capitulum, & illud de incendijs in ſuo robore perſeuerent. Et iſtud capitulum, & illud de incendijs pro vltimo habeatur & deroget omnibus capitulis precedentibus & ſequentibus ſi in aliquo huic contradiceretur. Et ſi poteſtas predicta capitula, & omnia & ſingula que in eis continentur non attendit & obſeruabit, & non attendi, & obſeruari faciet cum effectu amittat ipſo iure & ſine aliqua ſententia de ſuo ſalario libras centum pro qualibet vice, de quibus nulla remiſſio poſſit & fieri per conſilium vel arenghum, nec aliquo alio modo.

¶De aſſignationibus equorum ⁊ armorum ſoluendis.

Item ſtatuerunt ſindici militum ciuitatis Alex. ex licentia conſilij generalis ciuitatis Alex. facti die martis die decimotertio menſis Februarij. ꝙ dn̄s Poteſtas & eius Iudices & milites & conſules iuſtitie teneantur preciſe & ſine tenore omnes illos qui vel que liuerati, & aſſignati fuerint vel in ſolutum dati pro aya preſentis guerre hominibus Alex. pro axijs equorum ex annorum preſentis guerre, & omnes illos qui tenent ſeu tenuerunt de bonis illorum qui fuerunt. Et ipſos aſſignatos & conſules & ambaxatores, & omnes & ſingulas perſonas omnium locorum, & vniuerſitatum, & detinentēs bona ipſorum compellere capere & detinere quouſq; ſoluerint ad voluntatē illius vel illorum, cui vel quibus fuerint aſſignati ſiue liuerati vel in ſolutum dati, nullo pacto nulla immunitate allegatione, exceptione, ſeu deffenſione recipienda. Nec poſſint aliqui maſculi ſeu femine ſe ſiue ſuum deffendere quominus ſoluant aſſignationes predictas. Et quod illi qui vel que aſſignati fuerint. Et poſſeſſores ſeu detentatores

bonorum ipſorū non poſſint petere libellum vel petitionē in ſcriptis nec exē
plum carte nec aliq̄ aliā dilationem quominus poteſtas & eius iudices & milites & cō
ſules iuſtitie teneant̄ & debeant predictos aſſignatos & conſules ſindicos & poteſtatis
& ambaxatores omniū locorū & vniuerſitatū detinere perſonaliter ad voluntatē il-
lius cui vel quibus aſſignati fuerint & dare in ſolutū oībus illis & ſingulis quibus pre-
dicte aſſignationes fuerint facte de bonis ipſorū aſſignatorum ſiue aſſignatarū ſiue in
bonis ipſorum ſiue regiſti dati vel ab eo tēpore citra dare in ſolutū illis qui-
bus aſſignati fuerint ſcilicet cuius erāt dicta bona tēpore regiſti vel ab eo tempore ci-
tra. Et hec oīa & ſingula ſupraſcripta teneant̄ & debeant predicti poteſtas
milites & iudices & cōſules iuſtitie viſo aſſignationis nulla allegatione vel
deffenſione ſeu exceptione Non obſtante aliquo capitulo ſeu ordinamēto
facto vel faciendo Et ſi ꝙ eſſet vel fuerit ex nunc ſit caſſum & irritū
& nullius valoris. Et iſtud in ſuo robore perſeueret. Ita ꝙ p̄ns poteſtas & futurus & eiꝰ
iudices & milites teneant̄ & debeant attendere & obſeruare & attendi facere oīa & ſin
gula ſupraſcripta & infraſcripta locū habeant & obſeruent̄ nō ſolū in maioribus. xxv.
annoꝝ verū etiā in minoribus, & ſuper predictis vel aliquo predictorū aliqua queſtio
contentio obſcuritas vel dubietas oriret̄ ſiue moueret̄ interpretetur in fauorem ſiue
vtilitatem illius vel illorum cui vel quibus aſſignati fuerint vel in ſolutum dati vt ſup̄.
Idem intelligat̄ in oībus & per oīa in omnibus aſſignationibus, ſiue dationibus in ſolu
tum, & ꝓnuntiationibus datis ſiue factis aliquibus ciuibus Alex. quocūq; modo & qua
cunq; de cauſa tempore p̄ntis guerre. Quod autē ſupra dictū eſt de poſſeſſoribus & de-
tentoribus bonorū aſſignatorū intelligat̄ ſaluo iure anteriorū creditorū, & ꝙ p̄dicti
poſſeſſores & detentatores bonorū aſſignati vel liuerati cōueniant̄ & cōueniri poſſint
ſi principalis vel heres eius nō inueniret̄ vel ſi inueniret̄ & fuerit nō ſoluendo, & tūc di
cti poſſeſſores teneātur ſoluere tātū ꝓ extimo illius rei vel illarū rerū quas poſſiderēt
vel tenerent alia verba hic poſſita infra in dicto capitulo cancellent̄ & pro cancella-
tis habeantur.

¶De illis qui debent habere ayam ⁊ mendam equorū ⁊ armorū ſoluendis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ capitulū factū ꝓ militibus & in fauore militū debentibus habere ayam & mendam equorū & armoꝝ vt melius eis ſoluant̄ aya & menda ꝙ ita incipit. Itē ſtatutum & ordinatū eſt ꝙ oēs homines & perſona de Alex. & diſtrictu teneātur & debeant ſoluere ſiue collectam ſibi contingentē &c. Et oīa alia capitula, & ordinamenta conſilia decreta & reformationes conſiliorum facta & facte militibus & & in fauorem militū debentibus & debentiū, & qui debeant recipere ayam & mendam armorū in oībus & per oīa de verbo ad verbū locū habeant & obſeruentur & obſeruari debeant pro illis & q debēt recipere mendā ſuorū armorū & equorū & guaſtorū ab aliquibus ſibi aſſignatis & in eorū fauorē facta & facte, & ꝓ factis habeant̄ & intelligantur. Et quemadmodum poteſtas & eius iudices iuſtitie illa ſtatuta & ordinamenta & reformationes conſiliorū attendere & obſeruare & interpretare in fauorem debentium mendam guſtoꝝ ab hominibus Alex. ſibi aſſignatis ad hoc vt melius ſoluant̄ cōtra aſſignatos predictos ꝓ eorū mendis, & hoc capitulū attendat̄ & oīa que cōtinent̄ in eo p̄ciſe & ſine tenore nullo capitulo ſeu ordinamento huic contradicente obſtantibus. Et ſi ꝙ capitulū vel ordinamentum huic eſſet contrarium illud ſit caſſum & irritū & nullius valoris, & iſtud ſemper in ſuo robore perſeueret.

¶De nō dando ayam alicui qui nō ſtet in ciuitate villa ſeu caſalibus.

Item ſtatutū eſt ꝙ nullus poſſit habere ayam ꝓ cōi Ale. equoꝝ & armaturarū niſi muraret̄ in ciuitate Alex. vel in caſalibꝰ, vuilijs, quargnēto, ſolerio, porta noua vrbis, fiblinis, boſcho, frixinaria, & baſarutio. Et tunc habeant illi qui ſunt ſupraſcriptorum locorum tam equorum q̄ armorum ſi eis impoſiti vel impoſita fuerint equi vel arma voluntate conſilij ciuitatis Alex.

¶De aſſignationibus factis in commune ripalte ⁊ aliarum villarum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ cōmune & Poteſtas Alex. teneatur habere & tenere ratas, & firmas omes aſsignationes, & inſolutum dationes factas & faciendas contra commune & homines Ripalte. Vrſarie, caſtrinoui, & aliarum villarum que non obediunt cōi Alex. & dare fortiam, & formam modis omnibus illis quibus ſunt aſsignati ad exeutiendum ipſas aſsignationes & homines omnes ipſorum locorum capere & detinere vbiq; ad voluntatem ipſorū quibus ſunt facte ipſe aſsignationes, & illi quibus ſunt vel erunt aſsignati poſsint impune ipſa cōia & hominis offendere & capere in perſonis & rebus ad eorum voluntatem. Donec eis fuerit ſatisfactum de ipſis aſsignatiōibus, & de damnis & expenſis, & hec omnia ſint ſine tenore, nullo capitulo obſtante.

Qđ Iudex Ferratie teneatur ire bis extra in ebdomada.

ITem ſtatutum eſt, quod Iudex Ferratie teneatut & debeat ire ter ad minus in ebdomada extra ciuitatem Alex. Bergoliū per agros vel vineas longe a ciuitate vel Bergolio cauſa inquirendi guaſtatores agrorū & rerū campeſtriū. & dantes damnum in agris vineis. Pratis nemoribus inſulis vel alijs rebus campeſtribus, & tēpore pacis teneatur & debeat ire per caſalia & villas que appellantur & ſunt de corpore ciuitatis, & omnes damnum dantes vel facientes ſcribere vel ſcribi facere & punire & condemnare ſecundum formam ſtatutorum Ferratie. & poteſtas teneatur vinculo Sacramenti ſub pena librarum vigintiquinq; ſui ſalarij conſignare & concedere dicto iudici ferratie duos ex equis ſuis, Ita quod ſemper & quandocunq; dictus iudex voluerit & debuerit habeat dictos equos paratos ad eundum cauſa faciendi & inquirendi predicta ſeu officium ferratie & ea que ad ipſum officium ferratie pertinent, Et hoc totum precise & ſine tenore.

¶Capitula facta ſuper damnis ⁊ guaſtis agrorum.

CApitula facta ſuper damnis & guaſtis agrorum & vinearum, & aliarum rerū hominum Alex. & diſtrictus emendata & correcta Milleſimo Ducenteſimo octuageſimo nono tēpore Poteſtarie Domini Anſelmi berruti honorabilis Poteſtati Alex, per Dn̄m Manuellem de ſancta Culia eius Iudicem ſuper officio Ferratie cum quattuor ſapientibus, quos ad hoc elligit de voluntate & conſilio predicti Poteſtatis & Ancianorum populi Alex, Nomina quorum Sapientum ſunt hec. Dn̄s Iacobus Matheus Dn̄s Gulliermus mantellus Bertramus de marchello & Obertus de piouera.

¶Capitula facta ſuper damnis ⁊ guaſtis datis ⁊ factis in rebus hominum Alex. ⁊ iuriſdictionis, ⁊ de xarboratis ⁊ alleuatis.

IN Primis ſtatuunt & ordināt ꝙ q̄libet ꝑſona que fregerit vel inciderit vel rūperit vel derancauerit vel furatus fuerit alienū xarboratū, vel alenarum vel plantā natum vel natā ſeu plantatū vel plantatā vel arborē fructiferā vbicunq; ſint in iuriſdictione Alex. ſoluat pro banno ſoldos, xx. pro quolibet aleuato vel xarborato, vel arbore vel planta, vel arbore fructifera & tantum Dn̄o pro menda, & plus ſi damnum maius eſſe probatum fuerit, Et ſi non habuerit vnde predictum damnum & emendam ſoluat ponatur in Berlinis vel fatigetur per platheam cum parte ipſius arboris ad collum ſuſpenſa, Et quilibet poſsit accuſare, & habeat medietatem banni.

¶De illo qui alienā arborem ſcalcauerit vel brotauerit.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi quis alienā arborem vel aleuatum ſcalcauerit vel brotauerit in die ſoluat ꝓ banno ſoldos, xx. ꝓ qualibet arbore & tm̄ dn̄o ꝓ menda, & credatur eidem campario in ſuo verbo de guaſto. Et ſi guaſtum ſcorzature exceſſerit quātitatem ſoldorum. x. ſoluat duplum damni. De quo damno in ſuo ſacramento, ſed ſi eſt vltra ſoldos. x. cum extimatione Iudicis Ferratie.

¶De guaſtando ceſsiam alicuius.

ITem ſtatutum eſt, quod ſi aliquis ceſsiam alicuius guaſtauerit ſoluat pro banno ſoldos decem. Et totidē domino pro menda ſi ceſsia eſt minoris valoris. Si vero plus voluerit ſoluat ꝓ bāno duplū valimētiipſius, & Dn̄o totidē ꝓ mēda. Idem dicimus de garobolo & oīalia clauſura & ſi oſtiū vel portā vel clauſurā horti vl' vinee exportauerit in nocte det pro banno ſoldos ſexaginta, & tm̄ Dn̄o pro menda, & in die ſoldos viginti, & tantum Dn̄o pro menda. Exceptis xarboratis, & alleuatis, & plantis natis vel plantatis & arboribus fructiferis de quibus teneantur vt ſupra in capitulo loquente de hoc continetur ſi rumperit vel fregerit vel apperuerit.

¶De lignis alienis ad dorſum non portandis.

ITem ſtatutum eſt, quod nulla perſona deferat ligna aliena ad dorſum de campis, vel nemoribus vel aliunde ad ciuitatem vel caſalia, vel Quargnentum, vel ſolerium. Gamalerium, & qui contrafecerit ſi portauerit ad dorſum ſoluat pro banno ſoldos quinq; pro qualibet vice, & ſi cum beſtia ſoldos decem & ſi cum plauſtro vltra ſomam vnam ſoldos ſexaginta, & abinde infra ſoldos Decem terdon. & campis alienis ſoldos Decem pro qualibet faxina, & ſemper tantundem Domino pro menda, & ꝙ elligantur quattuor boni homines de burgorato, & quattuor de Gamalerio qui accuſent & accuſare debeant omnes qui contrafecerint ſicut camparij accuſant, & habeāt talem partem damni qualem habent camparij, & quod aliquis non poſsit nec debeat portare ſeu portari facere. Ducere vel duci facere pallos viminas, ſalices, albaras, ſeu aliqua alia ligna de inſulis ſiue ab inſulis vel gabis ſuis vel alienis ad dorſum vel cum aliqua beſtia ſiue ſuper aliqua beſtia ad ciuitatem ſeu ad alium aliquem locum niſi cū plauſtro vel barrocia. & qui contrafecerit ſoluat pro banno ſoldos viginti pro quolibet & qualibet. Eo ſaluo quod quilibet poſsit accuſare, & apportari facere ſtalos ſuos de inſulis & gabis ſuis in plateam cauſa vendēdi & ad vineas, & etiam ſalices aptos ad ligandum vineas, & quod iudex ferratie ſeu aliquis alius non poſsit dare licentiam alicui perſone faciendi contra predicta. Et ſi dederit non valeat & hoc totum attendatur preciſe & ſine tenore. Quod capitulum non habeat locum nec intelligatur in lignis pelegrinis ſiue mencitijs que ducuntur a fluminibus quas quelibet perſona poſsit portare ad dorſum.

¶De non dando licentiam portandi vuas vel blauas ad dorſum.

ITem ſtatutum eſt, quod Poteſtas & eius Iudex ferratie vel miles vel aliquis de ſua familia non poſsint nec debeant dare licentiam vel concedere parabolam. Nec facere fieri aliquod breue alicui de blauis & vuis portandis ad dorſum. Si quis portauerit blauas & vuas ad dorſum, & inuentus vel accuſatus fuerit ſoluat pro banno ſoldos quinq;, & ſi bannum ſoluere non poterit, poſsint ipſum facere fuſtigari per ciuitatem vel ponere ad berlinas. Excepto quod tempore vendemiarum quilibet poſsit portare vuas, ſicut continetur in capitulo de vuis non vendendis nec diſpiliandis. Et hoc capitulum teneatur poteſtas facere cridari in publica contione quam fecerit & per totam ciuitatem.

¶De bannis viminarum ⁊ gorrarum.

ITem ſtatutum eſt, quod ſi quis inuenerit vel portauerit de alienis viminis vel gorris de faxo ſeu faxina ſoluat ſoldos viginti & tantūdem, domino pro menda. Et de branchata denarios duodecim. Et ſi cum beſtia portauerit ſoldos viginti & tantundem pro menda. Et ſi cum plauſtro tantum que ſint vltra vnam ſomatam ſoldos ſexaginta & tantundem domino pro menda exceptis gorris aque propinquis in qua linum aquatur neceſſarijs ad linum aquandum exceptis Gorris & brauarolijs, & alijs fraſchis neceſſarijs aratoribus pro ſcapis faciendis.

¶De lignis alienis non portandis ad dorſum cum beſtia, plauſtro vel naui.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi quis detulerit ligna apta ad cõburendum vel nõ aliena ab inſulis vel aliunde in die ad dorſum ſit in bãno ſoldorũ.v.& ſi cũ beſtia ſoldorũ.x. & ſi cum plauſtro tm̃ ꝙ ſit vltra vnã ſomatam ſoldorũ.lx.& ſi cũ naui ſoldoꝝ cẽtũ & tm̃ dño ꝓ menda in oĩbus predictis caſibus & in nocte ſit bannũ duplum, exceptis hominibus q nõ ſunt de iuriſdictione Alex. qui poſſint ducere de ſuis lignis ad ciuitatẽ Alex. & per iſtud capitulum nihil intelligatur fore derogatum ſeu diminutũ de capitulo ſupra poſito. Quod eſt ſub rubrica, de lignis alienis non portandis.

¶De lignis non ducendis cum naui.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nullus poſſit ducere aliqua ligna vel viminas vel arbores, ſeu ſalices vel guſinos ſuper naui per flumẽ tanagri burmie vel vrbe niſi eſſent ſua vel niſi duceret de extra iuriſdictionẽ Alex. ad ciuitatẽ & qui cõtrafecerit det pro banno pro qualibet vice ſoldos.lx.& quilibet poſſit accuſare, & medietas banni ſit accuſatoris, & alia cõis.

¶De non amaſſando ligna in campis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nullus amaſſet ligna aliqua furata in campis, & qui contrafecerit det pro banno ſoldos.xx. & amittat ligna, & ſi non habuerit vnde ſoluat bãnum ponatur in berlinis vel fuſtigetur per ciuitatem vt ſupra.

¶De illo qui ligna furatus fuerit.

ITem ſi quis furatus fuerit ligna in aliquo loco & ea reduxerit vel congregauerit in aliquo loco extra ciuitatem Alex. vel in ciuitate Alex. aufferantur ab eo denarij duodecim pro vno quoq; ligno, & tantundem dño pro menda, & ſi ad aures Iudicis Ferratie peruenerit per denuntiationẽ vel alio modo ꝙ aliquis fuerit aliqua ligna furatus vel aliquid aliud de quo ſolui debeat bannũ per ſtatutũ ferratie, & ea reduxerit vel congregauerit in aliquo loco extra ciuitatem vel in ciuitate Alex. ſeu penes aliquã perſonam dictus iudex ferratie incontinenti teneatur & debeat ire perſonaliter ad videndum & inquirẽdum predicta ligna, & ſi ea inuenerit preſumatur ꝙ fuerint, niſi ille vel illi inculpati legitime oſtenderent & probauerint vnde habuerint dicta ligna.

¶De lignis ad domum alicuius inuentis.

ITem ſtatutũ & ordiratũ eſt, ꝙ ſi ad domũ alicui⁹ tabernarij vel tabernarie, ſeu alicuius alterius ꝑſone nõ habentis inſulas vel gabas in cãpis fuerint inuẽta vel reducta aliqua ligna de inſulis vel de gabis, vel de ſalitibus ſeu arboribus groſſis a canterijs viminis vel garobolis & ſtalis ſeu pallis & plantis gabarũ nõ hñtis dũmodo dicant vel videant iudici eſſe furata, & iudex ferratie teneat ſi p̄dicta vel aliquod de p̄dictis inuenerit poſſit & debeat illũ vel illos penes quẽ inuenerit p̄dicta vel aliquod p̄dictorũ punire & cõdemnare ꝑinde ac ſi p̄dicta fuiſſet furatus ſ̃m diſtinctionẽ penarũ ordinata⁊ in capitulis ferratie niſi ille ꝓbauerit de quo habuerit p̄dicta ab aliquo vel ribaldo vel infamato, vel guaſtatore. Nihilominus puniatur vt ſupra.

¶De concordato cum aliquo de lignis furatis.

ITem ſtatutum eſt, quod ſi quis furatus fuerit ligna vel concordauerit ſe cum illo q eum accuſauerit vel accuſare nolet ſeu accuſare deberet aufferatur ab eo ſoldus vnus pro vnoquoq; ligno a quadraginta lignis inferius & a quadraginta ſupra ſoldos ſexaginta pro plauſtro & totidem Domino pro menda, ſi confeſſus vel cõiunctus fuerit concordatum fuiſſe.

¶De extraneis furantibus ligna.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis extranei inuenti fuerint ad furãdum ligna vel a camparijs fuerint accuſati ſoluat quilibet pro vnoquoq; faxe ſoldos quinq;. Et pro ſomata ſoldos.x.& pro plauſtro vel ſomata ſuperius licet non ſit plauſtrum ſoldos.lx. Et tantũdem dño pro menda.

¶De lignis non portandis deſuper torques.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi qs inuẽtus fuerit vel accuſatus portare aliqua ligna deſup torques plauſtri ligati ſoluat ꝓ banno ꝓ quolibet ligna denarios duodecim.

¶De eo qui furatus fuerit ligna fracto plauſtro.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi quis duxerit ligna de boſcho vel aliũde, & plauſtrũ fregerit vel ſtrauacauerit anteq̃ ſit domi & aliqs de dictis lignis furatus fuerit vel acceperit ſoluat ꝓ bãno denarios.xij. ꝓ vno quoq; ligna vbicunq; ſit & totidem dño ꝓ menda.

¶De eo q inuentus fuerit ad aliena ligna cũ plauſtro onerãdo vel deſcarcãdo.

ITem ſi quis inuentus fuerit ad ligna aliena cum plauſtro onerando vel deſcarcando ſoluat pro bãno ſoldos.lx.& totidem dño pro menda.

¶Qđ de nullus Quargnento portet ligna niſi cum pluſtro.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nemo de quargnẽto vel qui ibi habitet debeat portare vel ducere aliqua ligna que ſint in poderio quargnenti niſi cum plauſtro vel barotia vel cum aſinis. Et ſi quis contrafecerit ſoluat pro qualibet vice ſoldos duos.

¶De non incidendo in alieno boſcho.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi quis inciderit in alieno boſcho det ꝓ banno denarios duodecim pro vnoquoq; legno vſq; ad duodecim, & a duodecim ſupra det pro faxe ſols quinq; & pro ſomata ſoldos.x. & ꝓ plauſtro ſol.lx.& tatundem dño ꝓ mẽda in oĩbus predictis caſibus, & ſi ille qui inciderit non fuerit de Iuriſdictione Alex. ſoluat predicta banna in duplum.

¶Qđ quilibet poſſit incidere in alieno boſcho vſq; in ſeptem torques.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ liceat cuilicet impune incidere in alieno boſcho vel inſula vſq; in ſeptẽ torques ſi ſibi in illa hora neceſſarie fuerint, & capere fraſchas ad roſtandũ & ꝓ garlanda, vel capello faciendo, & virgã & baculum incidere cauſa portãdi in manu, & furculum ſi ſibi plauſtrum frangetet ibi prope vbi eum incidet.

¶Qđ quilibet poſſit dare ſuum boſchum ad cuſtodiendum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ quilibet poſſit dare ſuum boſchum ad cuſtodiendũ camparijs cõis ſiue ferratie, & iudex ferratie teneat & debeat eos recipere ad ſuã cuſtodiã, & accuſationis ipſorum & banna in ſtatutis ordinata accipere.

¶De nemore pontis lombionis que quargnento vel foro.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi bos vel capra intrauerit in nemor vel alienis nemoribus hominũ porte fori ſoluãt ꝓ quolibet boue, & q̃libet capra denarios.xij.& alie beſtie minute denarios duos, & nõ debeat aliqs incidere in boſchis burghi ratti, in bãno ſol.v. ꝓ faxe hominis & de ſomata ſoldoꝝ.xx.& de plauſtro.ſoldorum.lx.

¶De lignis cum naui alicui vltra flumen non paſſandis.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi naute q ſtãt in flumine burmie & quilibet qui habet nauim in dicto flumine burmie paſſabũt ſiue tranſiri facient ligna vel aliquod aliud dãnum factũ ſoluat ꝓ quolibet & q̃libet vice qua ꝯfecerit ſoldos.xx.& hoc ſine tenore.

¶De lignis forenſibus in boſcho non vendendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nemo de Marengho, neq; aliquis ciuis Alex. vel Iuriſdictionis Alex. vendat vel donet vel alio modo alienet ligna in boſcho alicui vel aliquibus qui nõ ſunt de iuriſdictione Alex. & qui cõtrafecerit ſoluat ꝓ banno ꝓ quolibet plauſtro lignorum ſoldos. xx. & ſi nõ ſoluerit ponatur in banno, de quo non exeat niſi ſoluat bãnũ, & quilibet ciuis Alex. teneatur accuſare cõtrafacientes.

¶De boſchis ⁊ rebus forenſium cuſtodiendis.

ITem ſtatutũ, ꝙ camparij teneant & debeãt accuſare oẽs illos qui damnũ dederint & fecerint in boſchis & alijs poſſeſsionibus hominũ, ſitis & iacentibus in poſſe. & Iuriſdictione Alex. & teneant & debeãt accuſati ſoluere bãna & mendã ſicut ſoluerẽt accuſati de bonis & rebus ciuiũ Alex. & hoc locũ habeat ſi ipſe poſſeſsiones ſunt in regiſto cõis Alex. Et ſi de ipſis ſoluunt fodrum cõi Alex.

¶ De boſchis vuiliarum.

ITẽ ſtatutũ eſt, ꝙ boſchũ cõe de vuilijs cuſtodiat & incidat ad modũ & formã quẽ, & quã cuſtodiet & incidet boſchũ cõe marenghi. exceptis illis ſortibus q̃ ſunt iam facte diuiſe & aſortate. Que incidi & duci debeant per totũ menſem Aprilis.

¶De eodem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nullus debeat venire per boſchum cum lignis niſi per viam q̃ venit per ronchaliam illoꝝ de bono vicino & per viam hoſpitalis de ſpatis que venit per ſerram niſi eo tempore quo dictum boſchum incidetur & diuidetur vt ſupra.

¶De eodem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ boſchũ cõis vuiliarum debeat partiri & diuidi in ſeptem ptes vna quarum partiũ debeat incidi ſiue taliari in vno anno & alia pars in alio anno, & ſic de ſingulis per ſex annos, & nõ debeãt incidi vel duci ligna de ꝑdicto boſcho, niſi per tempora ſupraſcripta. & nõ debeant incidere vel ducere, nec duci facere ligna de ſupradicto boſcho de nocte, Et qui contrafecerit det pro banno denarios. xij. ꝓ quolibet ligno, & in nocte duplum, & hec omnia & ſingula fiant arbitrio birbierij, & ꝓ qualibet vice tam in die quam in nocte.

CApitula pertinentia ad cõmune Merenghi, ⁊ facta ſuper boſcho fraſchete. Et alijs cominãtijs Marenghi ⁊ hominũ ⁊ cõis Marenghi.

¶Qđ poteſtas attendat omnia ſtatuta cõis Marenghi.

ITem ſtatutum eſt ꝙ poteſtas vel aliquis de ſua familia non poſsit nec debeat ponere ad conſilium generale vel ſecretum aliquid ꝙ ſit vel veniat contra ſtatuta vel conſuetudines cõmunis & hominũ Marenghi facta & factas ſuper boſcho fraſchete. Sed omni modo ipſa ſtatuta & conſuetudines attendat & attendi faciat, & omnia ordinamẽta que fient ſuper dicto boſcho per homines de Marengho, & hoc ꝑciſe & ſine tenore, & valeant & obſeruentur tam in elligendis eorũ maſſarijs quã in alijs cõmunantijs. Non obſtantibus aliquibus capitulis ſequentibus de camparijs elligendis vel alijs camparijs generalibus vel ſpecialibus cõis Alex. & eodem modo Iudex Ferratie teneat & debeat attendere & obſeruare oĩa & ſingula ſupraſcripta & infraſcripta.

¶Qđ hoĩes de Marengho ⁊ de Gamondio poſsint ſe inſimul cõgregare.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ hoĩes parte Gamondij poſsint ſe ad inuicem congregare ꝓ boſcho cerrete & hoĩes de Marengho ꝓ boſcho fraſchete & alijs ſuis comunatijs.

¶De maſſarijs Marenghi elligendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ duo maſſarij elligantur, & ſint in cõe marẽghi ſuper facto boſchi fraſchete & alijs ſuis comunantijs, & aliquis qui ſit maſſarius non poſsit eſſe vſq; ad tres annos maſſarius nec aliquis de domo ſiue de parentella ſua donec oẽs contrate habuerunt ſuum maſſarium. Qui maſſarius ſit vnus de populo & alius de cõi, & ſeruetur cõmunitas & equalitas in ipſis maſſarijs elligendis, & qui fuerint ellecti maſſarij compellantur per Iudicem Ferratie ad iurandum dictam maſſariam, & ꝙ aliqs non poſsit eſſe equator fraſchete niſi per ſuam contratam ꝓ qua expendit.

¶De igne poſito in fraſcheta extinguendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi ignis acenderetur in fraſcheta ſiue in boſcho fraſchete, ꝙ poteſtas Alex. ſiue iudex vel miles, ſeu alius de familia ſua teneantur ire ad boſchũ predictum cum hominibus de marengho quantitius poterit poſtq̃ ei fuerit denunciatum per maſſarios vel per homines porte marenghi ad extinguendum dictum ignem, & ſi quis de marengho non fuerit ſecutus predictum talem poteſtatem vel ſuam familiam ſupradicta cauſa eundi ad extinguendũ dictũ ignẽ det pro bãno ſoldos. xx. cõi Ale.

¶Qđ maſſarij marenghi teneantur ire in boſchum.

ITem ſtatutum eſt, quod poteſtas teneatur facere ire maſſarios porte marenghi in fraſchetam ſiue boſchum fraſchete ſemper de quindecim diebus in quindecim diebus a kal. Aprilis vſq; ad medium iunium. Qui maſſarij poſsint ducere ſecum quos voluerint de porta marenghi, & ſi aliquis noluerit ire pro ipſis maſſarijs, & ſequi eos ſiue ꝓ eorum precepto teneatur poteſtas ei anfferre pro banno ſoldos viginti.

¶De ſecuritate facienda a guaſtatoribus.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas vel Iudex ſuus compellatur facere ſecuritatem de tanto quanto ei videbitur illos qui ſunt male fame, & male opinionis ꝙ non incident, nec incidi facient nec ducent, nec duci facient, de boſcho fraſchete niſi ſicut fuerit ordinatum per homines & maſſarios porte marenghi quos homines male fame teneantur facere inquiri per portam marenghi & caſalia ſicut ei videbitur melius.

¶Qđ illi qui non ſunt de Marengho nõ poſsint aliquid acquirere in fraſcheta.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliquis homo vel perſona de Alex, vel aliunde qui non ſit de marengho nõ poſsit nec debeat acquirere aliquo modo in fraſchetam Cerbos vel prata, & qui contrafecerit ſit in banno pro quolibet & qualibet vice librarum decem & venditor ſeu alienator ꝙ ſit de marengho tantundem, Et quilibet poſsit accuſare, & ei credatur ſuo ſacramẽto ꝙ fieri poteſtati, & venditio ſeu alienatio facta contra predictam formam ipſo iure ſit caſſa & nulla, & hoc ſine tenore.

¶Qđ illi de Marengho vadant ad locum ordinatum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur aufferre cuilibet homini de marengho ſoldos duos, qui non ibit ad locum in quo maſſarius vel maſſarij porte marẽghi coadiuuabit homines de marengho vel faciet conuocari ꝓ negotijs porte marẽghi, & cuilibet impedienti ſiue clamorem facienti donec maſſarius vel aliquis alius loqueret concionando in pedibus poſtquam prohibitum eſſet maſſarios ſiue maſſarijs marenghi. Cuius banni medietas ſit cõis Ale. & alia medietas ſit cõis marẽghi ſine tenore.

¶De diuiſione boſchi Marenghi.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ boſchum fraſchete de porta marenghi diuidat per ſoldos, & libram inter homines porte marẽghi ſi placuerit hominibus de porta marenghi, & ita ſemper diuidatur de quolibet anno in quemlibet annum ſine tenore.

¶De non dando de boſcho alicui qui non ſit in extimo Marenghi.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ nemo debeat habere de dicto boſcho fraſchete niſi erit inuẽtus ip̃e vel alius de domo ſua in extimis porte marenghi & exceptis illis ꝗ habere conſueuerunt ex beneficio ſtatutorũ debeant habere ſicut alijs homines marenghi.

¶De muliere nupta extra portam Marenghi.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliqua mulier de porta marenghi ſi fuerit nupta in alia porta nõ habeat nec habere debeat portionem de boſcho predicto, nec aliquos redditus de predicta porta marenghi.

¶De non incidendo boſchum niſi fuerit ordinatum.

ITem ſtatutum eſt ꝙ nemo poſſit vel debeat incidere in dicto boſcho vel ducere ligna, vel incidi vel duci facere niſi vbi & ſint fuerit ordinatum per cõmune marenghi. Et qui contrafecerit ſoluat pro banno tantum quantum in capitulis de incidentibus ligna in dicto boſcho continetur.

¶De boſchis dñi Rumini lanzauegie non guaſtandis.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi qs guaſtauerit ſeu damnũ dederit in boſchis dñi Rumini lanzauegie iacentibus ad cuneũ leſſonis & de ſtropeta ſoluat illam penã ꝗ ſolueret ſi guaſtaret vel damum daret & faceret in boſchis cerrete.

¶De boſcho predicto incidendo.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ boſchũ illud ꝙ placuerit incidere hominibus de marẽgho de predicta fraſcheta debeat incidere ſemel in anno tm̃, videlicet vſq; ad mediũ Aprilem in quolibet anno quo incidere voluerint, & a medio Aprili in antea nõ poſſint incidere. Et qui cõtrafecerit ſoluat bãna in capitulis ordinata de eo qui incidit ligna in dicto boſcho, & ligna remaneant in cõe marenghi, & quilibet poſſit ducere ligna ſua a medio Aprili in antea vſq; per totum Madium vel ante, ſecundũ ꝙ per maſſarios marenghi fuerit ordinatum, & predicta locum habeãt niſi predicti termini prorogati eſſent per homines & maſſarios marenghi.

¶De decenis faciendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ decene boſchi marenghi & fraſchete quando incident debeãt eſſe & fieri tantum de quindecim paribus bouum.

¶De faciendo ſoluere capita decenarum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ iudex ferratie debeat cõpellere omnes illos qui ſunt vel erunt capita decenarum ad ſoluendũ id ꝙ ſoluere debẽt ſeu debebũt ꝑ ſuis decenis ꝑ caparia cãpariorum & aliarũ cõmunantiũ cõis marenghi imponendo eis penas, & banna ad ſuam voluntatem nulla excuſatione vel deffenſione audita.

¶De non dandis lignis a camparijs.

ITẽ ſtatutũ eſt, ꝙ ſi cãparij boſchi, vel fraſchete marenghi vel cerrete dederint vel alienauerint alicui ligna de dictis boſchis dent ꝑ bãno ſoldos lx. & de ſomata ſold. decem, & de faxe ſoldos. v. & tantundem dño vel cõi cuius erunt pro menda.

¶De non accipiendo boſchum a diuiſoribus.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ nullus qui ſit vel erit diuiſor boſchi vel fraſchete marenghi poſſit ſibi accipere de dicto boſcho nec dare de boſcho filijs ſuis vel fratribus, niſi filius vel frater ſtaret ſeorſum, & diuiſis a patre & a fratre & faceret ignem per ſe, & eſſet in extimo per ſe ſine patre & frater per ſe ſine fratre & patre, & poſt diuiſionem factam elligantur per maſſarios marenghi qui tunc erunt vel fuerint duo boni homines & legales qui debeant dare de boſcho fraſchete illis qui ſunt vel erunt diuiſores dederunt, & fecerunt diuiſionem alijs hominibus de porta marenghi.

¶De alienis baronibus ad ſuos non portandis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nemo poſſit vel debeat onerare vel onerari facere, nec portare nec portari facere de alienis baronibus ad ſuos barones. Et qui contrafecerit ſoluat pro banno pro vnoquoq; ligno ſoldos decem vſq; in lignis ſexaginta ſupra computetur plauſtrum. Idem intelligatur in eo qui de nocte onerauerit vel onerari fecerit duxerit vel duci fecerit de ſuis proprijs baronibus, & quilibet homo poſſit & debeat & teneatur ſub iuramento poteſtatis eum vel eos accuſare quem vel quos inuenerit cõtrafacientes & ei credatur ſub iuramento, & accuſator habeat quartam partẽ bãni.

¶Qđ eccleſia ſancti dalmacij habeat de dicto boſcho.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ eccleſia ſancti Dalmatij, & Saltarij cõis marenhi habeat ꝑ quolibet plauſtrũ vnũ lignoꝝ de dicto boſcho qñ incidet̃ ꝑ cõe marenghi.

¶De accuſando incidentes in dicto boſcho.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ camparij cõis marenghi, & quilibet homo de porta marenghi poſſint & debeant & teneantur ſub iuramento ſequelle poteſtatis accuſare omnes illos qui inciderint vel incidi fecerint vel ducerent vel duci facerent vel deportarent de predicto boſcho aliquid ꝙ inciſum eſſet in fraudem vbicunq; ipſos inuenerint. Et in quacunq; parte ligna inuenerint ſiue in curia ſiue in domo vel aliquo alio loco, niſi eſſent torquens vel alia ligna ſimilia que eſſent neceſſaria alicui plauſtro, & eis credatur tanquam camparijs.

¶De banno incidentium in dicto boſcho.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis inciderit vel incidi fecerit duxerit vel duci fecerit ligna de predicto boſcho, det pro banno ſoldos duos pro quolibet ligno vſq; in ſexaginta lignis, & totidem dño pro menda cuius banni & omnium bannorum loquentium de boſcho ſeu lignis in fraſcheta ſit & eſſe debeat accuſantis, & mende ſint & eſſe debeant cõmunis marenghi, & maſſariorum porte marenghi, & ſi dicta banna & mendas ſoluere non poterit ponatur in banno de maleficio, de quo non exeat niſi prius ſolute banno & menda.

¶De non auxilium dando accuſatis in dicto boſcho.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliquis homo porte marenghi non vadat nec ire debeat cũ aliquo accuſato de predicto boſcho cauſa iuuandi eum coram poteſtate vel corã iudicibus ſeu coram maſſarijs, niſi ille accuſatus eſſet de porta marenghi, & qui contrafecerit ſoluat pro banno ſoldos ſexaginta.

¶De lignis fraſchete non portandis.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi aliquis vel aliq̃ qui non ſit de porta marenghi iuuẽtus ſeu inuẽta fuerit dare vel incedere vel portare ſeu portari facere cum beſtijs, vel cum plauſtro de lignis dicti boſchi, ſoluat pro banno id quod in ſtatutis cõis Alex. loquentibus de incidentibus vel damnũm dantibus continet̃. Et etiam predicta banna & mendas amittat omnes beſtias & baſtos cum quibus portauerit vel portari fecerit, & ſi cũ plauſtro duxerit vel duci fecerit amittat boues & plauſtrum, & amiſſio beſtiarum & plauſtrorum non habeat locum in ciuibus Alex. & Bergolij ſed ſolum in forenſibus, & liceat cuilibet de porta marenghi eis vel ei aufferre p̃dictas beſtias, & plauſtrũ & boues, de quibus beſtijs & bouibus & plauſtro medietas ſit & eſſe debeat illorum qui acceperint p̄dictas beſtias, plauſtrum & boues & alia medietas ſit maſſariorū & cōis marenghi, & nō poſsit poteſtas vel ſuus iudex vel aliquis alius de ſua familia auferre partē p̄dictarum beſtiaꝝ vel rerū vel de aliquo de predictis qui ea acceperint, dūtamē ei faciāt notum ꝙ eas acceperint, & hec oīa poteſtas teneat᷑, & ſua familia attendere & obſeruare & attendi & obſeruari facere p̄ciſe & ſine tenore. Saluis nihilominus manentibus oīb⁹ que in ſtatutis cōis Alex. continent᷑ de facto fraſchete. Et ſi aliquis de p̄dictis de marengho vel camparijs fraſchete acceperit p̄dictas beſtias vel res non duxerit incidentem, vel damnum dantem in dicto boſcho vt ſupra coram Iudice ferratie ipſe accipiens p̄dictas beſtias & plauſtrum teneat᷑ ſoluere bannum ordinatum in capitulis loquentibus de fraſcheta de precio ipſarum beſtiarum & rerum, ſi ipſum damnum dantem habere poterit vel acceperit.

¶ Qualiter ligna duci debeant de fraſcheta.

Item ſtatutū eſt, ꝙ nemo debeat ire cum plauſtro ad ferendū p̄dicta ligna fraſchete niſi ſecundum ꝙ ordinatū fuerit a cōi porte Marenghi, & tantum ſemel in die, & nullus onerare debeat ligna in nocte, & qui cōtrafecerit det pro banno pro vnoquoq; plauſtro ſoldos. lx. perinde ac ſi aliena ligna ſurripuerit & non poſsint duci ligna de p̄dicto boſcho, brada vel fraſcheta niſi in plauſtro vel barocia, & ꝙ nullus poſsit ſibi extimari de predicto boſcho ꝓ aliquo debito ꝙ cōe marenghi vel alia ꝑſona marēghi debeat ſibi dare, & ꝙ nemini de marengho liceat facere foſſatum in boſcho, brada vel fraſcheta & qui cōtrafecerit ſoluat pro banno ſoldos. lx. & pro quolibet ligno ꝙ extirparet ſiue derancaret ſiue deuaſtaret denarios duodecim. & liceat cuilibet inſulcare p̄ſſas ſuas cum ararro, & hec omnia predicta teneatur poteſtas attender᷑ & attendi facer᷑ preciſe & ſine tenore.

De beſtijs in fraſcheta non intrandis.

Item ſtatutū eſt, ꝙ beſtie minute hominū de marengho nō debeant paſcere in dicto boſcho marenghi brada ſeu fraſcheta a Kal. martij vſq; ad kal. auguſti, & ſi contrafecerit, teneant᷑ cāparij ipſos accuſare, & dñus eorum ſoluere teneatur pro banno tantum quantū facerent in alijs pratis, que bis ſeccant᷑ in anno, quāuis cāparius non dixerit in ſua accuſatione in prato cuius vel damno cuius dictas beſtias ac, Si dixiſſet eas inueniſſe in prato alicuius, & hoc ſine tenore. Si vero beſtie alicui⁹ qui nō ſit de porta marenghi non poſsint paſcere in toto anno in dicto boſcho. Et qui contrafecerit ſoluat duplum de eo ꝙ facerent illi de marengho in predictis temporibus.

De beſtijs in fraſchetā vel in poderiū marenghi non paſcendis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ aliquis qui nō ſit de Iuriſdictione Alex. nō poſsit nec debeat intrare in toto anno in poderiū marenghi cauſa paſcendi cū beſtijs groſsis vel minutis nec in boſcho fraſchete. Et qui cōtrafecerit ſoluat ꝓ qualibet beſtia etiā minuta duplum de eo ꝙ in capitulis Alex. continet᷑, & tm̄ ꝓ menda, & quilibet marenghi poſsit & debeat accuſare, & credat᷑ in ſuo Sacramento ꝙ faceret vel facere vellet in pn̄tia iudicis ferratie, & eius accuſatio valeat quantūcunq; ſit quantitas accuſationis & liceat cuilibet porte marenghi accipere pignora & beſtias occaſione dictorū damnoꝝ & mēde que & quas teneant᷑ conſignare iudici ferratie infra duos dies in banno ſoldorū. xx. & q̄ pignora & beſtias poſsint retinere donec eis ſatisfactū fuerit de mēda & ſua parte bāni cuius medietas ſit capientis, & alia medietas ſit cōis marenghi & maſſariorū.

De non incidendo vel paſcendo in fraſcheta.

Item ſtatutum eſt, ꝙ aliquis homo vel perſona de fregarolio de boſcho, & de vrbis de frixinaria, de monte caſtro, de petra, de ſalis, de piouera, ſeu aliquis homo q̄ non ſit de iuriſdictione Alex. nō debeat intrare fraſchetam nec in boſchis cauſa incidendi vel paſcendi ibi cū beſtijs vel portandi de lignis dicti boſchi. Et qui contrafecerit ſit in

banno id ꝙ in capitulis continet᷑, & quilibet porte marenghi poſsit & debeat accuſare contrafacientes, & ei credat᷑ in Sacramento ꝙ faceret iudici ferratie ipſa accuſa, & ille qui fiunt accuſatus de iuriſdictione Alex. & requiſiuerit iudicē ferratie ꝙ faciat, iterum iurare illi qui eum accuſauit in fraſcheta vel boſcho marenghi teneat᷑ dictus iudex facere ipſum iurare in pn̄tia ipſius accuſati vel inuenti, & credatur ei tanq̄ campario. Et licitum ſit cuilibet de quarterio marenghi accipere oēs beſtias & oēs contrafacientes, & pignus impune. Que pignora & beſtias teneant᷑ conſignare iudici ferratie infra duos dies in bāno ſoldoꝝ. xx. & pignora poſsint retinere donec eis ſatisfactum fuerit ex bāno & menda cōis, & hoc totū ſine tenore, & ꝙ ſi predicti vel aliquis alius de marēgho cui liceat ꝑ ſtatutū accuſare dantes vel facientes damnū in dicto boſcho vel portantes de lignis dicti boſchi inuenerint aliquas ꝑſonas de boſcho, de fregarolio, de vrbis, de petra, de monte caſtro, de piouera, vel de terdona incidentes vel damnū dātes in dicto boſcho vel portantes ſeu habentes ligna de dicto boſcho vbicūq; ipſas ꝑſonas vel ligna inuenerint facientes cōtra ſtatuta dicti boſchi ſeu ferratie, ꝙ predicti cāparij ſeu homines marenghi, poſsint ipſas perſonas de dictis locis facientes damnū accuſare dicendo illas perſonas quas inuenerunt eſſe de vno ex predictis locis nominādo ipſum locum ſeu villam vnde fuerit damnū dans vel faciens cōtra predicta & infraſcripta ſtatuta & dicendo quantitatē illarū perſonarum que facerent vel damnū darent contra predicta, & ſufficiat ſi in eorū accuſationis ponant diem & horam, & dicant ſe inueniſſe tot homines ſeu tot perſonas de ipſis locis vel de aliquo ipſorum qui vel que facerint ſeu dederint damnum cōtra ſtatuta ferratie & dicti boſchi, & valeat eorū accuſatio facta p̄dicto modo. Licet nō dicant nomen & ſuper nomē dantis vel faciētis cōtra predicta cum oēs perſonas portantes de dictis lignis cognoſcere nō poſsit, & pro predictis accuſationibus factis vt ſup̄. Accuſati teneant᷑ ſoluere bannū. Et nō obſtante capitulo dicente ꝙ camparij teneant᷑ dicere in ſuis accnſationibus nomē & ſuper nomē offendentis, ad que banna ſoluenda & mendas cōia predictorū locorū teneant᷑ ꝓ perſonis accuſatis ſtantibus in ſuis locis. Pro quibus bannis & mēdis ſoluendis, quilibet homo de dicto loco vbi ſteterit illo accuſatus, ſeu accūſata poſsit capi & detineri perſonaliter precepto Dñi Poteſtatis vel ſui Iudicis, vel per iudicem ferratie vſq; ad integrā ſolutionē, & hoc habeat locū. Non obſtante capitulo generali vel ſpeciali cōis vel populi ſeu ferratie in cōtrariū loquēte. Eo ſaluo ꝙ ſi aliquis de dictis locis eſſet captus vel detentus ꝓ bannis alicuius de dictis locis accuſati, & ipſa bāna & mendas ſolueret pro ipſo accuſato ſiue accuſata poſsit habere regreſſum de ſuo danno cōtra illum pro quo ſoluiſſent, & p̄dictū capitulū denuntiet᷑ p̄dictis locis a parte iudicis ferratie ſicut iudici videbit᷑, & licet eis denunciatū nō fuerit dictum capitulū attendatur & obſeruet᷑ in toto p̄ciſe & ſine tenore, & ſi aliqua dubitatio ex dicto capitulo oriret᷑ ſemper interpretetur in fauorē cōis & dicti boſchi. Et de oībus p̄dictis credat᷑ camparijs & hominibus de marengho ſuo Sacramēto tam de quantitate & numero perſonarū facientiū contra p̄dicta, q̄ de villa vnde fuerint ſiue aliqua alia cauſa.

¶ De Camparijs boſchi Marenghi.

Item ſtatutū eſt, ꝙ camparij boſchi marenghi elligātur ꝑ maſſarios & cōe marenghi ſicut & qñ eis placuerit & tales quales voluerint, & illi qui ſic electi fuerint habeant᷑ pro cāparijs ſicut alij camparij & teneant᷑ dicti camparij ire ter in ebdomada in boſcho fraſchete & cuſtodire dictum boſchū, & accuſent oēs facientes contra ſtatuta dicti boſchi fraſchete, & oēs quos inuenerint incidentes in dicto boſcho & portantes ligna de dicto boſcho. Vbicunq; inuenerint dicta ligna, ac ſi inueniſſet eos incidentes in dicto boſcho vel portantes ligna de dicto boſcho. Et ſi dicti cāparij non fuerint in fraſchetam vt ſupra ſoluant pro quolibet, & qualibet vice ſoldos quinq;, & vnus teneat᷑ alium accuſare, & hoc totum attendatur. Non obſtantibus capitulis loquentibus de camparijs elligendis vel non reformandis.

¶ De eodem.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ quilibet porta Alex. poſſit ponere in boſchis tot cãparios quot ipſa voluerit.

¶ De ſolutione a camparijs marenghi accipienda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ quilibet homo vel ꝑſona exceptis de porta marenghi debeat dare quolibet anno cãparijs dicti boſchi ꝓ ſua cãparia denarios quatuor ꝓ qualibet ſegaritia. Et illi qui ſunt de iuriſdictione Alex. denarios octo ſi ipãs ſegari fecerint in dicto boſcho vel emerint herbã in dicto boſcho, vel fenũ alioquin eis ſatiſfaciat de ipſa herba vel feno ꝓ ſua camparia.

¶ De denunciatione facienda conſortibus ⁊ vicinis proximioribus.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ Poteſtas vel Iudex Ferratie debeat infra vnũ mẽſem ab introitu ſui regiminis denuntiari facere vel ꝑ literas cõis Ale. hominibus & cõi petre, & ville montis caſtri. Paoni, Pezeti, Valentie, Sancti Saluatoris, Salis, Plouere & cõi Terdone & cõi & hominibus. Boſchi, Fregarolij. Vrbarum, ꝙ non debeant dare vel facere damnum vel guaſtum cum beſtijs & ſine beſtijs in inſulis vel vineis vel arboribus, vel nemoribus vel agris vel in aliquibus alijs rebus aliquorũ ciuium Alex. vel alicuius cõitatis ciuitatis Alex. hominum ſeu Bergolij, nec paſcere in poderio Alex. ſeu Bergolij, & poſtq̃ predicta eis fuerint nunciata aliquis homo vel perſona ſeu beſtia de predictis locis ſeu terris vel cõibus dederit vel fecerit damnum vel guaſtum in aliquibus rebus hominum ſeu ciuium Alex. vel alicuius cõitatis Iuriſdictionis hominum Alex. vel porte marenghi ſeu facere contra ſtatuta & ordinamenta ferratie, & accuſatus vel accuſata fuerit a camparijs ſeu campario vel alio modo inde facta fuerit fides ſoluant bãnum & mendam ſicut in capitulis Ferratie continet᷑, & liceat camparijs & cuilibet ciui Alex. cui damnum datũ vel factum fuerit accipere facientes damnũ vel guaſtum, & beſtias & de bonis hominnm illius ville vel terre ſeu loci de qua fuerit ille qui damnũ dederit vel fecerit, & ille cui damnum datum vel factũ fuerit vel Iudex Ferratie poſſit capere perſonaliter in auere & perſona & rebus illos quos voluerit de predicta villa ſeu loco vel terra vnde eſſet vel habitaret ille qui damnum dederit ſeu fecerit, & hoc fieri poſsit ſine precepto & licentia poteſtatis & ſine eius familia, & ſine aliqua pena vel bãno portando per poteſtatem ſeu cõe Alex.

¶ De banno forenſium accipiendo.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliqua perſona de ſancto Saluatore ſeu de valentia, Pezeto Montecaſtro, Petra: Plouera: Salis: Terdona, vel de aliqua alia villa loco ſeu terra que non ſit de Iuriſdictione Alex. inueniatur in poderio Bergolij vel marenghi vel alibi in poderio Alex. dare vel facere damnũ vel guaſtum cum beſtijs vel ſine beſtijs in terris vineis nemoribns, ceſijs vel arboribus, ſeu in alijs quibuſcunq; rebus vel paſcere in poderio Alex. liceat camparijs ea vnicuiq; de Alex. dictas perſonas vel beſtias quas inuenerit facere contra predicta perſonaliter capere & beſtias tenere vſq; ad plenam ſatiſfactionem damni dati vel facti, & bannorũ cõis que continentur in ſtatutis Ferratie & mende. Ita quod prius ſoluatur damaum & menda quam banna cõis, & credatur vnicuiq; ſine Sacramento & ſine aliqua alia probatione vſq; in quantitatem ſoldorũ viginti. Et predicta poſsit facere quilibet ſub pena & banno, & ſine precepto & licentia poteſtatis vel ſui iudicis vel alicuius de familia ſua. Saluis nihilominus alijs que in ſtatutis communis porte marenghi continentur. Et hoc capitulum ſit preciſum & ſine tenore.

¶ De beſtijs forenſium in poderio Alex. non paſcendis.

Item ſtatutum eſt ꝙ alique beſtie groſſe vel minute hominũ forenſiũ, qui nõ ſunt de Iuriſdictione Alex. nõ poſsint nec debeãt intrare in aliquas res, vel poſſeſsiones

contentas vel nominatas in aliquibus capitulis ſuperioribus vel inferioribus aliquo tẽpore per totũ annum cauſa paſcendi vel damnm dandi, & ſi intrauerint ſoluant dño cuius fuerint duplum banni & mende eius ꝙ ſolueret ciuis Alex. & ſaluo ꝙ ſi predicte beſtie venirent ad nundinas vel mercatum vel ducerẽt aliq̃ mercantiã in Alex. vel inde redirent de Alex. non teneant᷑ dñi quoꝝ fuerint vel qui eas ducerent niſi ſicut faceret alius ciuis Alex.

¶ De bannis cerrete ⁊ fraſchete ſoluendis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ ſi aliquis qui non habitet intra foſſata Alex. ciuitatis fuerit poſſitus in bamno occaſione boſchi fraſchete & cerrete, vel accuſatus & deffenſionem iuſtam non fecerit, & illud bannũ nõ ſoluerit infra dies. xv. a die requiſitionis, ꝙ villa ſeu caſale ſiue alius locus in quo habitat ille qui in bannũ incurrerit teneat᷑ illum bãnitum vel accuſatum preſentare preſidenti officio ferratie, aut ſoluat bannum & mendã ꝓ illo qui in banno incurrerit.

¶ De fraſcheta aterminanda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ poteſtas teneatur facere aterminari fraſchetam ſiue boſchũ cõe porte marenghi de lapidibus groſsis cum duodecim hominibus de marengho ab omnibus conſortibus dicti boſchi fraſchete vſq; ad tres menſes poſtq̃ ei fuerit denunciatum ꝑ maſſarios porte marenghi & teneat᷑ facere rationari Iacobo rationatori vel alij rationatori que voluerint maſſarij marẽghi boſchum ꝙ appellat᷑ boſchũ barrate ꝑ totum menſem Martij ſi ei videbitur & denunciatũ fuerit per dictos maſſarios, & teneat᷑ poteſtas compellere illos qui tenent dictum boſchũ barate oſtendere inſtrumẽta eoꝝ qui habent de ipſo boſcho & tm̃ quantum cõtinebit᷑ in ipis inſtrumentis faciat eis dimitti & aterminari, & reliquum faciat remanere & dimitti cõi marenghi, & predicta determinatio ſiue diuiſio & menſuratio boſchi de barata a boſcho fraſchete fiat expenſis cõis marenghi, Et hec fiant ſi & quando Poteſtati denunciatũ fuerit ꝑ maſſarios cõis marenghi.

CApitola pertinentia ad cerretam ⁊ ad alia nemora Gamondij.

¶ De lignis a boſcho Gamondij non portandis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ nullus poſsit defferre ligna ad dorſum nec ſomas lignoꝝ ſuper aliq̃ beſtiã de boſcho gamõdij, ꝙ eſt Gamberie, & Ottonis Lanzauegie, nec de alio boſcho ꝙ ſit in cuſtodia ꝙ boſchũ eſt vltra rualdum coheret vgo caneſſius.

¶ Qõ ſtatuta cõis marenghi locum habeant in cerreta.

Item ſtatutnm eſt, ꝙ omnia ſtatuta & ordinamenta facta ſuper boſchis fraſchete marenghi in capitulis marenghi habeant locũ & obſeruentur in boſcho cerrete. Et ſpecialiter ꝙ quilibet de porta gamondij poſsit & debeat & teneatur ſub iuramẽto Poteſtati accuſare oẽs illos qui inciderent vel incidi facerent ducerent vel duci facerent ligna de boſcho cerrete & vbicunq; ipſos inuenerit. & in quacunq; parte ligna inuenerit ſiue in curia, ſiue in domo vel in quolibet alio loco poſsit accuſare ac ſi inueniſſet eos vel eum incidere in dicto boſcho.

¶ Qõ nemo de gamondio audeat ire in cerretam.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ aliq̃s de gamondio nõ debeat ire in cerretã cũ bobus & plauſtro ꝓ ducẽdo ligna, neq; pro incidendo niſi ſm̃ ꝙ ordinatũ fuerit ꝑ homines porte gamondij, & qui cõtrafecerit det ꝓ banno ſoldos centum cõi Alex.

¶ De non venando vel oxellando in cerreta vel in ſorbealla.

Item ſtatutū eſt, ꝙ aliquis qui nō ſit de corpore ciuitatis Alex. vel de caſalibus non debeat venari vel oxellare in cerreta nec in ſorbealla, & q cōtrafecerit vndecūq; ſit amittat ꝓ bāno ſoldos. lx. ꝓ qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare & aufferre id ꝙ acceperit venādo vel oxellando ſine aliqua pena & medietas banni ſit accuſatoris, & alia cōis Alex. & ſi cōe alicuius ville venerareſ vel oxellaretur in predictis boſchis amittat ꝓ bāno libras qnquaginta, & pōtas teneaſ facere p̄conizari p villas circūſtantes ipſis boſchis infra menſem vnū poſtq̃ ei denunciatum fuerit. Quod omnia p̄dicta locū habeant & attēdanſ eodē modo & forma vt ſup̄ dictum eſt in boſcho fraſchete, & in boſcho parate. Idem intelligaſ in oībus boſchis iuriſdictionis Alex. & diſtrictus, & in Inſulis ſimiliter.

De cerreta non incidenda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ pōtas teneaſ & debeat facere poni inſimul homines quarterij Gamondij, ac facere poni inter ipſos ſi videbiſ incidere cerretā vel nō ſm̄ ꝙ ordinabunt homines Gamondij ſup facto cerrete teneaſ adimplere & ad impleri facere cū effectu, & in arbitrio illoꝝ hominū de gamondio congregatos vt ſup̄, & hoc per totū menſem Martij preciſe & ſine tenore.

De cerreta non incendenda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ ſi qs incenderet cerretā vel ſorbealiū ꝙ Deus nollit illa villa que incenderet teneaſ & debeat ire per cōe ad extinguendū dictū ignem & cōe ville q̃ cōtrafecerit ſit in bāno librarū centū, & quilibet homo ſingalaris ſit in bāno ſol. v. & poteſtas ville habeat medietatem banni & cōmune Alexan aliam medietatem, & preconizetur & denuntietur per villas infra menſem vnum poſtquā poteſtas intrauerit regimen Alex.

De bannis ab extraneis ſoluendis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis qui non ſit de iuriſdictione Alex. vel aliquis de carpaneto, & rocha, vel de ſezadio vel de ripalta accuſatus vel inuentus fuerit incidiſſe in boſcho cerrete vel ſorbealle, & infra dies. xv. poſtq̃ reqſitus fuerit deffenſionē iuſtā nō fecerit, cōe illud teneaſ & debeat illū accuſatū p̄ntare p̄ſidenti officio ferratie aut ſoluat bannum & mendam pro illo qui incurrerit in banno.

De denūciatione villis ⁊ caſalibus facienda.

Item ſtatutū eſt, ꝙ pōtas infra vnū menſem poſtq̃ intrauerit regimē Alex. vel preſidens officio Ferratie debeat denunciare per vnū notariū vel p nūtiū literas p̄dictis oībus villis & caſalibus. Quod ſe debeāt abſtinere ab inciſione dicti boſchi, ꝙ ita ordinaſ per cōe Alex ſup boſcho cerrete, & ſorbealle vt ſuperius continetur.

Qꝺ nullus vendat ligna dicti boſchi niſi fuerint inciſa.

Item ſtatutum eſt, quod nullus poſſit vel debeat vendere ligna in dicto boſcho niſi prius fuerint inciſa & in baronibus poſita. Et ſi quis contrafecerit ſoluat pro banno ſoldos centum.

Qualiter dictum boſchum debeat incidi.

Item ſtatutū eſt, ꝙ p̄dictū boſchū cerrete nō incidaſ nec incidi debeat niſi ſm̄ infraſcriptū modū videlicet de q̄nta parte tm̄, & ꝙ pars cuiuslibet ſedecene poſſit incidi quolibet anno ꝓ rata q̃ videbiſ cōgrua capitibus ſedecenarū vel maiori parti, & qui contrafecerit ſit in banno pro quolibet plauſtro ſoldos. lx.

De inquirendo habentes ligna dicti boſchi cerrete.

Item ſtatutum eſt, ꝙ preſidentes officio Ferratie debeant inquirere & ire per villas & caſalia ciuitatis Alex. ſi inuenerint aliquos habentes ligna de boſcho cerrete contra formam ſuperius & inferius ordinatum.

Qꝺ poſſit quilibet ducere ligna dē dicto boſcho cum podiſſia.

Item ſtatutū eſt, ꝙ nullus poſſit ducere ligna de dicto boſcho niſi prius habuerit apodiſiam factā manu notarij vel notarioꝝ qui ad hoc cōſtituti p homines de gamondio qñ per ipſos ordinabitur ꝙ dictum boſchum incidat tempore precepto preſidenti officio ferratie qui notarij habeant & faciant duos libros in quibus ſcribant ipſas podiſias & tali debeant tenere preſidenti ferratie & habeant ipſi notarij pro eorum ſalario de quolibet podiſia, & quolibet plauſtro denarios duos de quo ſalario debeant emere & habere libras.

Item ſtatutum eſt quod quilibet volens ligna ducere temporibus ordinatis de predicto boſcho debeat habere ſuā podiſiam in p̄dicto boſcho & eā debeat dare & conſignare campari, s cerrete alioquin incurrat bannū ac ſi podiſiam nō haberet, & camparius teneaſ & debeat dare & cōſignare preſidenti officio ferratie infra tres dies poſtq̃ habuerit ipſas podiſias.

Item ſtatutum eſt, ꝙ Poteſtas & Iudex Ferratie teneantur & debeant inomnis omnibus iurare ſuper cuſtodia cerrete, & ſuper guaſtis & accuſationibus inde factis, & que fierent & dabuntur, & ea banna & condemnatione excutere ad voluntarem illorum qui emerunt Ferratiam & ꝙ attendent & obſeruabunt omnia ſtatuta & ordinamenta facta, & que fierent ſuper factis cerrete per homines Gamondij nullo capitulo obſtante.

De nō ducēdo ligna cerrete ſuper beſtijs.

Item ſtatutum eſt, ꝙ quelibet ſedecena faciat & habeat duos maſſarios ſiue ancianos ſi ordinabiſ p homines gamondij q teneanſ in quolibet die ire ad ſua ſedecenā quādo incideſ & quouſq; inciſum fuerit & iurent accuſare ſicut campari, illos quos inuenerint contrafacientes, habeant partem banni ſicut camparij.

Item ſtatutum eſt, quod nullus ducat ligna cerrete cum equis vel aſinis & qui contrafecerit ſoluat bannum ſoldorum viginti pro qualibet ſoma, & totidem dño ꝓ menda pro qualibet vice.

De nō alienando partem ſuam cerrete.

Item ſtatutū eſt, ꝙ aliqs de Gamondio nō poſſit nec debeat vēdere vel alienare partem ſuam cerrete alicui qui nō ſit de quarterio gamondij, & qui cōtrafecerit det ꝓ banno libr. x. cōi Gamondij. Quod bannū pōtas teneaſ exigere infra menſem vnum poſtq̃ ei denunciatum fuerit & alienatio non valeat, & hoc ſine tenore.

Capitula pertinentia ad vineas, ⁊ vineis non Intrandis, ⁊ vuis non diſplicandis.

Item ſtatutū eſt, ꝙ ſi qs intrauerit vineā alienā a Kal. Aprilis quouſq; vinee fuerint vindemiate, ſoluat ꝓ bāno ꝓ qualibet vice ſoldos. xx. & ſi cū equo ſoldos. xxv. ſi intrauerit vineā & inciderit ſoldos. lx. & ſi ſapellū fecerit ſeu illam aſſapellauerit ſoluat duplum, & ſi vuas diſpiliauerit vel acceperit, ſoluat pro qualibet vua ſoldos duos & totidem Domino pro menda. Siuero quis intrauerit vineam alienam ab eo tempore quo fuerit vindemiate vſq; ad Kalend. Aprilis ſoluat pro banno ſoldos. v.

De non eundo ad vineas.

Item ſtatutū eſt, ꝙ aliquis non poſſit ire ad vineas donec vue fuerint in vineis, excepto Dño domus vel laboratore vel niſi aliquis iret cauſa laborandi in ipſis vineis vel ſtandi cũ ipſis laboratoribus vinearũ voluntate dñi vel laboratoris qui laboratores ſemꝑ & q̃n placuerit dño vel laboratori impune poſsit ire. Et ſi qs ipſas vineas aliter intrauerit ſoluat ꝓ bãno pro qualibet vice vt ſup̄ ordinatũ eſt in ꝓximo p̄cedenti capitulo, & niſi aliqs iret cauſa portandi cibum vel potũ laboratoribus vel aliud neceſſariũ laboratoribus ad faciendum ſeu laborandũ dictas vineas, & de predictis credatur Sacramẽto dñi vel laboratoris ꝙ faciet in p̄ñtia iudicis ferratie, & ꝙ nullus de familia dñi vel laboratoris poſsit ire ad vineas niſi ſm̄ modũ ſupradictum ſub p̄dicta pena & banno. Excepto tempore vendemiarum quando vinea vendemiaretur.

¶De vuis nõ vendẽdis neq3 poꝛtandis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ nullus debeat vendere vuas in ciuitate Alex. vel extra nec portare vuã maturã nec acerbã, nec diſpiliare, & ille vel illa q̃ vendiderit vel portauerit vel diſpiliauerit vel penes quẽ inuenta fuerĩt ſoluat ꝓ bãno ſoldos duos ꝓ qualibet vua & in qualibet vice, & hoc vſq; ad feſtũ ſancte Marie de Septembri, & tñ vltra dictum tẽpus quantũ fuerit de voluntate iudicis ferratie q̃ fiat & appareat per conſiliũ gñale Alex. vel ꝑ cridã gñalem q̃ fiat per ciuitatẽ Alex. & per loca conſueta, alioquin liceat vnicuiq; a dicto feſto in antea vendemiare ad ſuã voluntatẽ ſine pena & banno, & ſi p̄dicte vue fuerint aliene. ſoluat p̄dictum bannũ, & totidẽ dño ꝓ menda. Et qlibet poſſit accuſare & ei credat̃ in Sacramento ſequelle poteſtatis vſq; in qnq; vuis, & abinde in antea credat̃ ſi ꝓbauerit per vnum teſtem, & iurauerit. Eo ſaluo ꝙ illi qui habẽt vineas in poderio ſiue in coſtis Bergolij poſsint ad ſuã volũtatẽ vendemiare a dicto feſto beate Marie in antea ſine pena & banno, & placuerit conſilio Bergolij.

¶De vuis non ducẽdis in naui.

Item ſtatutum eſt, ꝙ nulla perſona poſsit nec debeat ducere ſeu duci facere aliquas vuas ſuas vel alienas cum naui aliquo tẽpore niſi cum licentia iudicis ferratie que licentia ſcripta ſit in libro cõis alioquin ſoluat penã & bannum ꝓ qualibet vua ſoldos duos, & totidem dño pro menda.

¶De vuis non ducẽdis niſi cum plauſtro.

Item ſtatutum eſt, ꝙ non liceat alicui homini ducere vuas niſi cum plauſtro vel barotia vel cum beſtijs defferentibus baſtum alioquin ſoluat pro banno pro qualibet vua ſoldos quinq; niſi cum licentia iudicis ferratie.

¶De rapolatoꝛibus in vineas non intrandis

Item ſtatutũ eſt, ꝙ nõ liceat alicui homini vel ꝑſone rapolare nec intrare vineas vẽdeamitas vel ad vendemãdũ vſq; ad octauã ſancti Michaelis poſtq̃ vue ceperint vẽdemiari in banno ſoldi vnius, & camparius teneatur eos accuſare.

¶De non faciendo aratium.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ nullus tabernarius debeat facere nec habere in domo ſua araciũ ſiue in qua habitat a Kal. Iunij vſq; ad feſtũ ſancte Marie Septembris, & q̃ cõtrafecerit ſit in bãno ſold. x. ꝓ qualibet vice, & quilibet poſsit eum accuſare.

¶De non iacendo ad vineam.

Item ſtatutum eſt, ꝙ nullus debeat iacere ad vineã ſuam niſi de licentia iudicis ferratie, & qui contrafecerit det pro banno qualibet vice ſoldos. xx.

¶De ſgarzolijs ſeu vitibus nõ poꝛtãdis.

Itẽ ſtatutũ eſt, ꝙ aufferrat̃ ꝓ bãno ꝓ vnoquoq; ſgarzolio de vitibus denarios duodecim cuilibet incidenti vel frangẽti vel portãti eos, ſi vero caput vitis vel vinee inciderit vl̄ fregerit vel furatꝰ fuerit vl̄ ſgarzolauerit ſol. xx. & totidẽ dño ꝓ mẽda ſua.

¶De carratijs vel clauſuris vinearum ⁊ poacijs nõ poꝛtandis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi quis exportauerit portũ vel caratias vel ſtalos vel clauſuras vel poatias de aliena vinea de nocte ſoluat ꝓ bãno ſoldos. lx. & in die ſoldos. xx. & totidẽ dño ꝓ mẽda in vtroq; caſu. & octo homines vel tot quot videbit̃ iudici ꝓpinquiores portis ciuitatis & Bergolij, & octo de quolibet caſali vel ſicut videbit̃ dicto iudici iurent accuſare quoſlibet facientes damna ſupraſcripta & infraſcripta, & eis credatur ſicut camparijs, & habeant ſuam partem banni ſicut camparij.

¶De non colligẽdo herbam in vineis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ ſi quis in aliena vinea vel plantato collegerit vel meſſuerit vel derancauerit herbam ſine voluntate dñi ipſius vinee, vel laboratoris ſoluat ꝓ bãno ſoldos. v. ꝓ vnaquaq; vice a kal. Martij vſq; ad kal. Octob. in die & in nocte ſoldos. xx. & totidem dño pro menda.

¶De beſtijs in vineas nõ intrãdis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ beſtie alicuius nõ poſsint nec debeant intrare in aliquas vineas in toto anno, & ſi intrauerit ſi fuerint boues, vel equi vel mulli vel aſini vel capra vel bicchus ſoluat dñs beſtiarũ ꝓ qualibet p̄dictarũ in die ſoldos. v. ꝓ qualibet vice, & in nocte duplum, & ſi cũ plauſtro, & bouibus intrauerit, ſoluat ꝓ bouibus vt ſupra, & ꝓ plauſtro ſoldos. v. & ſi fuerint porci ſoluat ꝓ quolibet porco denarios duodecim, & pro quolibet in die denarios quatuor, & in nocte duplum, & totidem dño pro menda in p̄dictis caſibus, & liceat cuilibet habenti vineã in ipſa contrata accuſare beſtias cõtrafacientes, & ei credatur in ſuo Sacramento. Eo ſaluo ꝙ liceat cuilibet ducere boues cum plauſtro in vineas & alias beſtias defferentes p̄dictũ baſtũ ducentes aliq̃ onus ad vineas ſuas vel quas laborat ſeu cũ volũtate dñi vel laboratoris cauſa ducẽdi vuas de dictis vineis tẽpore vendemiarũ vel cauſa ducendi vuas de dictis vineis ſine aliqua pena & banno.

¶De beſtijs in vijs vinearum nõ paſcẽdis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ aliqua beſtia in toto anno nõ poſsit nec debeat paſcere ſeu paſci in vijs vineaꝝ. & q̃ cõtrafecerit ſoluat ꝓ bãno ꝓ qualibet beſtia & ꝓ qualibet vice bãnũ ſuperius ordinatũ in beſtijs q̃ intrauerint vineas vt in p̄cedenti capitulo cõtinet̃.

¶De campario in ſuis vineis nõ põendo.

Item ſtatutum eſt, ꝙ aliquis non poſsit ponere camparum in ſuis vineis aliquem qui ſit de familia ſua niſi cuſtodierit vineas conſortum ſuorum ſicut ſuas.

¶De cuſtodia vinearum incipiẽda ⁊ faciẽda.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ camparij vineaꝝ teneant̃ & debeãt intrare & incipere ad cuſtodiendũ vineas in kal. Iunij & ſtare ad ipſam cuſtodiã ſemꝑ & omni die cõtinue vſq; quo fuerint vendemiate. Et qui cõtrafecerit ſit in bãno quilibet camparius cõtrafaciens ſoldoꝝ. x. pro quolibet die & qualibet vice quo vel qua nõ fuerit inuentus ad ſuã campariam, & teneant̃ p̄dicti camparij vinearum cuſtodire predictas vineas alijs tẽporibus per totũ annũ, & quilibet habens vineã in ipſa camparia poſsit ipſos camparios, & alios habentes dantes damnum contra predicta ſtatuta & infraſcripta vineaꝝ accuſare & ei credatur in ſuo Sacramento vel ſub Sacramento ſequelle p̄tãtis.

¶De Sacramento campariorum vinearum.

Item ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas per totum menſem Madij. & ante Kal. Iunij teneatur facere iurare oẽs camparios vineaꝝ ꝙ ſtabũt cõtinue ad ſuã cãpariã a kal. Iunij vſq; quo vinee fuerint vendemiate, & ꝙ non debeant laborare. & ſi aliquis camparius contrafaceret ſoluat pro banno ſold. x. pro qualibet vice qua contrafaceret vel veniret. Et poteſtas cōpellat camparios predictos facere in ſua camparia de nocte a Kal. Iunij in antea ſi pax fuerit in banno ſoldorū. xx. pro quolibet & qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare contrafacientes. & habeat medietatē banni, & legatur hoc capitulum camparijs: & ſi cāparius vel aliqs de ſua familia portauerit aliquas vuas de vineis puniať in triplū, & q̄libet poſſit accuſare, & hoc teneať pōtas p̄ciſe & ſine tenore. Non obſtante capitulo de campario in triplo puniendo.

¶ De paſto camparijs non faciendo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ nullus camparius poſſit vel debeat accipere paſtum, nec aliq̄d ꝓ paſto vel occaſione paſti. Nec aliquis debeat dare paſtum vel aliquid occaſione paſti alicui cāpario. Et qui cōtrafecerit tam cāparius q̄ quilibet alius dans ſoluat ꝓ bāno ſoldos. v. pro quolibet vice, & quilibet poſſit accuſare.

¶ De muſto a camparijs non faciendo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ nullus cāparius faciat muſtū de vuis toto tēpore quo cuſtodierit vineas. Et q cōtrafecerit ſit in bāno ꝓ qualibet vice ſoldorum. lx. & quilibet habēs vineā in ipſa cāparia poſſit eū accuſare & ei credatur in Sacramento ꝙ faceret vel ſub Sacramento ſequelle poteſtatis. Niſi ille qui eum accuſaret prius fuiſſet accuſatus ab ipſo campario cui tunc non credatur ſuo ſacramento niſi probauerit.

¶ De eodem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nullus faciat muſtū de vuis ſuis vel alicuius niſi quādo vendemiauerit, & tunc de licentia iudicis Ferratie. & qui cantrafecerit ſoluat ꝓ bāno ſoldos. x. ſi vue fuerint de ſuis. & ſi vue fuerint de alienis ſoldos. xx. Et totidem pro menda: & plus ſi plus valuerit dictum muſtum.

¶ Qđ aliquis camparius non habeat niſi vnam campariam.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nullus poſſit eſſe camparius vinearum qui fuerit cāparius cāporum illo anno nec econuerſo.

¶ Qđ quilibet qui fuerit camparius vno anno non poſſit eſſe in ſequenti.

ITē ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ nullus homo de Alex. vel villis vel q habitet in dictis locis q ſit vel fuerit camparius generalis vel ſpecialis aliquarum rerū campeſtrium vno anno non poſſit eſſe camparius in ſequenti anno, & ſi contrafactū fuerint nō valeant facta per ipſum.

¶ De non dando vuas alicui a camparijs.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi camparius alicui perſone dederit vuam aliquā ſoluat pro bāno ſoldos. x. & de officio expellať.

¶ De cucbuuellis a camparijs faciendis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ illi q erūt cāparij duaꝝ cāpariarū vinearū & cōtiguarū teneanť & debeāt facere cucunellū in loco camunali ipſarum cāpariaꝝ, & ſup ip̄m ſtare ad minus vnus ex ipis, & alius cuſtodire debeat & inqrere campariā dictaꝝ cāpariarū.

¶ De non amaſſando ligna ad cucbuuellum.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ aliqs cāparius nō poſſit nec debeat cōgregare ſeu amaſſare vel amaſſari ꝑmittere vel tenere aliq̄ ligna ſicca vel virida apud cucuuellum vel in aliqua parte in ſua camparia vel in aliqua camparia que ſe teneat nec habere nec tenere aliquas columnas vel ſcallas, vel ſcarclionum virides vel viride nec ponere in ſuo cuchuuello. Et ſi quis cōtrafecerit p̄dicta vel aliquod predictorū ſeu accuſatus vel inuentus fuerit ꝑ iudicem ſoluat ꝓ bāno ſoldos. x. & totidem dño ꝓ mēda, & plus ſi plus damnū fuerit, & teneať iudex ferratie p̄dictā inquirere ꝑſonaliter ſemel in menſe de menſe Auguſti, & ſemel de menſe Septembris, ꝑ quodlibet quarterium, & liceat ipi iudici & illis q cū eo erūt vuas ficus perſicus, & ceteros fructus tunc & ſemper quādo iuerint ꝓ cuſtodia vinearum, accipere & comedere ad eorū voluntatē, dūmodo nō deferāt ad ciuitatē, niſi forte in marſipio ſeu burſa, & hoc capl̄m legať cāparijs vinearū.

CApitola pertinentia ad terras ⁊ prata.

¶ De banno fructuum terre ⁊ prati aufferendo.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ bānū ꝙ in capitulis Ferratie cōtineť de oībus fructibus terre ſeminatis ſiue ſint nati ſiue nō & de prato a Kal. Martij. vſq; ad kal. Octob. ſi fuerint prata q̄ ſeccanť bis in anno. Et de his q̄ ſeccanť tm̄ ſemel in anno ad Kal. Martij vſq; quo ſeccata fuerint a kal. Iunij in antea non ſint prata in bāno q̄ ſemel ſeccantur ſi ſeccata fuerint in anno.

¶ De herba in alieno prato meſſe vel inſula nō ſeccanda ⁊ de feno nō portando.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ ſi quis meſſuerit cum meſſarolio herbam a kal. Martij vſq; ad Kal. Octob. in prato vel inſula vel in cerbis alterius vel in fraſcheta vel in die ſoluat pro bāno ſoldos tres ꝓ faxe hominis vel minus faxe pro qualibet vice. Et tantundem dño ꝓ menda & in nocte ſoldos. x. ꝓ quolibet faxe. & tantundē dño pro menda, & ſi cum beſtia. Si autē cum ſeghetio ſeccauerit vel ſeccari fecerit in die ſit in bāno ſoldorum. x. pro quolibet ſeccatore, & in nocte ſoldorū. xx. & tantundē dño pro mēda & ſi cum beſtia quis duxerit dictā herbam alienam ſoluat pro bāno in die ſoldos. x. pro qualibet beſtia, & qualibet vice & in nocte duplum, & tantundem dño pro menda in omni caſu. ſi autem quis duxerit herbam cum barotia vel plauſtro alienā que ſit vltra ſomatam ſoluat pro banno ſoldos. lx. & tantundem dño pro menda, & ſi vnā ſomatā vel minus tantā q ſit vltra vnū faſcem ſoluat pro bāno ſoldos. xx. & tantundem dño pro menda. Et ſi vnū faxem vel infra duxerit cum plauſtro vel barotia, ſoluat ꝓ banno ſoldos decē. Et tantundem pro menda, & in nocte ſoluat ſemꝑ duplum exceptis in cerbis ſancte Marie magdalene in quibus ſi ſeccauerit cū ſeghetio det pro bāno in die ſoldos. v & in nocte ſoldos. x. & tantundem Dño pro menda ꝙ dictum eſt ſupra de eo qui alienam herbā portauerit vel duxerit ad dorſum vel cum beſtia, vel cū plauſtro. Idem intelligatur in eo qui alienū fenum ſeccauerit ſeu ſeccatū portauerit vel duxerit in aliquo de p̄dictis modis vt p̄dicta bāna & mende ab eo aufferātur. & idem intelligať in eo qui ſeccaret vel portaret alienā vitiam vel legumina vel miliū vel panicum vel lupinos vel aliquam blauam viridem.

¶ De beſtijs in pratis non paſcendis.

ITem ſtatutū eſt. ꝙ aliqs bos vel vacha, equs vel equa, mulus vel mula, aſinꝰ vel aſina, nō debeat intrare aliquod pratū alienū, ꝙ bis ſecceť in anno a Kal. Martij vſq; ad Kal. Octob. Et ſi cōtrafecerit ſoluat ꝓ bāno dn̄s ipſarū beſtiarū ſoldos quattuor ꝓ qualibet beſtia groſſa, & tantundē dño ꝓ menda, ſi vero predicte intrauerint aliquod cerbum vel pratum, ꝙ tantum ſeccatur ſemel in anno a kal. Martij vſq; quo ſeccata fuerint, ſoluat dn̄s cuius fuerint pro quolibet beſtia ſoldos quatuor & ſemper in nocte duplū, & tantundē dño ꝓ menda. Si vero beſtie minute intrauerint aliquod pratum ꝙ bis ſeccatur in anno in predicto tēpore ſaluat dn̄s ipſarum denarios octo pro quolibet porco vel porca & ꝓ alijs beſtijs minutis denarios quatuor, ꝓ quolibet beſtia & q̄libet vice, & tātundē dño ꝓ menda, & ſi predicte beſtie minute pratum vel cerbum intrauerint ꝙ ſemel tm̃ ſeceat in anno ſoluat in predicto tẽpore denarios octo ꝓ porco, & porca, & ꝓ alijs beſtijs minutis denarios quatuor ꝓ qualibet beſtia & tãtundẽ dño pro menda. Eo ſaluo ꝙ ſi pratũ vel cerbũ ꝙ ſeccat ſemel in anno fuerit bãnitũ ex parte iudicis ferratie ad poſtulationẽ dñi, & preconizatũ fuerit ex parte dicti iudicis ferratie ꝙ quilibet ſe abſtinere debeat a paſco vel a damno dicti prati & cerbi ꝙ quilibet dãs dãnum ſeu beſtie quorũlibet ibidẽ paſcentiũ vel damnũ dantiũ amittat bannũ ſuperius ordinatũ. Idem in pratis que bis ſeccant in anno. In cerbis vero ſiue pratis de pomario vel in cerbis alibi poſitis q̃ ſeccant bis in anno, nõ amittãt bãnum beſtie groſſe. Poſtq̃ bis ſeccata fuerit, niſi de nouo eſſent bãnita, & cridata. Saluo ꝙ in poſſe bergolij poſtq̃ bis fuerint ſeccata, & fenũ exportatũ fuerit boues poſsint impune paſcere & intrare.

¶ De banno cuſtodientium capras oues ⁊ alias beſtias minutas.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ cuſtodes caprarꝝ, caſtrorũ, agnorꝝ, ouiũ & motonoriũ & dãnũ cũ dictis beſtijs dederint vel aliquibus eorꝝ ſoluãt tantũ ꝓ bãno quantũ ſoluere debent & tenent dñi ip̄arum, & vltra bãnum p̄dictorꝝ dñorum. Non obſtante ſolutione quã facit vel facere debet dñs ip̄arum beſtiarum, & etiã dñs ipſarũ beſtiarũ ad dictum bãnum cuſtodis, & pro ip̄o cuſtode ad ſoluendũ teneat & compellat nulla exceptione obſtante bãnum cuſtodis habes infra in ſecundo ſtatuto & in fine ipſius in principio ſequentis pagine ſoldos. xx.

¶ De beſtijs magnis blauas non intrandis.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi equs vel equa: mulus vel mula, aſinus vel aſina, bos vel vacha intrauerit in alienã meſſem vel blauã alicuius cuiuſcunq; generis ſit vel leguminũ vel gueymũ vel linũ vel caneuã vel vitiam vel lupina vel bargarã vel miliũ vel panicum vel melleã vel rapas vel neponos vel gaudiũ in die ſoluat dñs ſoldos. v. ꝓ qualibet beſtia & qualibet vice & in nocte ſoldos. x. & tantũdem dño ꝓ menda niſi ꝓbauerit ſi vero in p̄dictas res alique beſtie minute intrauerint ſoluat dñs ꝓ quolibet porco & porca & qualibet vice denarios octo. & ꝓ capra ſol. tre. & pro alijs beſtijs minutis ꝓ qualibet denarios octo. & tantũdem ꝓ mẽda in vtroq; caſu & in nocte duplũ & teneat cãparius & debeat accuſare illũ q dictas beſtias cuſtodiet, & ſi eum nõ inuenerit debeat ducere dictas beſtias facientes contra p̄dicta ad domũ ſuã, & denũciare infra ſm̃ diem iudici ferratie, ꝙ ip̄as beſtias duxit domũ p̄dicta cauſa, & ille qui eas requiret ſoluat predicta banna & mendas ſuperius ordinatas.

¶ Qð cuſtos ouium vel caprarũ debeat facere ſecuritatẽ corã Iudice ferratie.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ põtas ſiue iudex ferratie teneat infra octo dies poſt introitũ ſui regiminis facere cridari publice ꝑ villas & caſſalia ꝙ qlibet qui habet ſiue tenet beſtias ouinas ſiue caprinas teneat ducer̃ & debeat cuſtodẽ ſuũ ouiũ corã ip̄o iudice ad terminũ cride aliter puniat in ſoldis. lx. & nihilominus dictũ cuſtodẽ corã dicto iudice ducere teneat. & ꝙ iudex ferratie teneat cõpellere quẽlibet peccorariũ ſiue cuſtodẽ ouiũ, vel caprarũ facere corã ſe bonã ſatiſdationẽ de ſe repreſentãdo coram dicto iudice ad eius voluntatẽ & de nõ dando vel faciendo damnũ vel guaſtũ in cãpis & de nõ ducẽdo oues vel capras in aliquod damnũ ſiue in locũ in quo vbi poſsint facere damnũ, & de nõ dimittendo eas paſcere vel tranſire ꝑ blauas alienas & ꝑ alias res ꝓhibitas in ſtatutis ferratie ſupra q̃ ſecuritas ſit ad minus de libras. x. & qlibet dñs vel quaſi poſsit denũtiare vel accuſare peccorariũ ſeu cuſtodẽ ouiũ vel caprarꝝ tenentẽ vel habentẽ ſeu ducentẽ oues vel capras in rebus ip̄ius dñi vel quaſi, & credat ip̄i dño vel quaſi in ſuo ſacramento de ipſa accuſatione vel denuntiatiõe cõtra ip̄m cuſtodẽ ſiue peccorariũ facta. & ꝙ ꝓinde peccorarius ſiue cuſtos denuntiatus vel accuſatus ponat ad cathenam petre arengherie. Ita ꝙ incathenatus teneat ibidẽ per vnum diẽ niſi dict⁹ peccorarius ſiue cuſtos ſolueret ſoldos. xx. ꝓ bãno. Saluis alijs penis q̃ in ſtatutis ferratie cõtinent.

¶ Qð nulle beſtie intrent viam que vadit Solerium.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ nulle oues capre porci boues, vel alique alie beſtie intrẽt nec intrare debeant a via que vadit verſus ſoleriũ ad manũ ſiniſtram vſq; ad pontitũ reuertendo ad tanagrũ, & ſicut cazat foſſatũ in quo decurrit aqua lachi vſq; in tanagrũ & ſi intrauerint ſoluãt bannũ ꝙ ſoluerent ſiue ſoluere tenent alie beſtie inuente in damnum & locis prohibitis, ſecundũ ſtatuta ferratie, ꝙ ſtatutum habeat locum ſi placuerit maiori parti vicinorum & preconizatum fuerit.

¶ De beſtijs in alienis gorretis non intrandis.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi alique beſtie groſſe de ſupradictis capitulis precedentibus allcuius de iuriſdictione Alex. intrauerit alienã inſulam vel gorretam vel boſchos per totum annũ cauſa paſcendi ſoluat dñs cuius fuerint ꝓ qualibet beſtia paſcente vel bratante ſoldos duos, & in nocte duplum, & tantundẽ dño pro menda. Si vero ouis vel capra caſtronus vel aries vel bichus intrauerit predictas res ſoluat dñs pro banno pro qualibet capra, bicho vel ariete ſoldos duos, & ſi ſcorzauerit ſoldos quinq;, & ꝓ alijs beſtijs minutis ſupradictis in hoc capitulo contentis, ſoluat denarios quattuor, & tantundem Domino pro menda, & ſi predicte beſtie minute intrauerint predictas res in nocte ſoluant duplum.

¶ De non eundo per alienas blauas.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi qs cõmode & ſine pericnlo poteſt tenere viã nõ ingrediat ſiue vadat per alienas blauas vel legumina vel ſeminata cuiuſcunq; generis ſint ille blaue, legumina vel ſeminata. Et qui contrafecerit ſoluat, ſi iuerit cum plauſtro vel barotia ſoldos. v. pro quolibet plauſtro ſiue ꝓ bouibus vel ſiue barotia vel aratro vel arearia ſoluat ſoldos quattuor, & tantundem dño ꝓ menda. Si vero fuerit pedeſter ſine beſtijs ſoldũ vnũ ꝓ quolibet agro, & tantundẽ dño ꝓ menda. Si vero iuerit per pratum alienum quod ſeccat bis in anno cum plauſtro vel barotia vel arearia, vel cum bouibus, ſoluat pro banno ſoldos tres, & ꝓ homine ſoluat denarios ſex, & tantũ dent dño pro menda in predictis caſibus exceptis hominibus qui irent per agros cauſa emendi, vel vendendi linum qui tantum ire poſsint ſine banno.

¶ De pena illorum qui damnum dederint in alienis meſsibus ⁊ lino.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi quis deranchauerit linũ alienum vel ſgarbauerit meſſem, vel alienam blauã cuiuslibet qualitatis ſit, vel furatus fuerit vel guaſtauerit ſoluat pro banno ꝓ qualibet ſcopa lini, & meſsis ſeu blaue eiuſdẽ qualitatis in die ſoldos. x. & in nocte ſoldos. xx. Et tantundem dño pro menda, ſi duxerit vel portauerit ad dorſum. & ſi duxerit ſuper beſtiam ſoldos. lx & totidem dño pro menda, & linum ſiue meſſem vel blauam dño reſtituat. Idem intelligatur de leguminibus, vitia & tegis & panico, milio & lupino, & burgaſſa & melea, & rapis. Si cum naui portauerit ſoluat pro banno libras decem. & totidem dño pro menda, & in nocte triplum exceptis tegis que portantur in manu de quibus non det bannum. Quod autem dictum eſt de predictis rebus ita intelligamus ſi metuta vel guaſtata fuerint. Ita quod grana vel ſemen amittantur. Si vero quis in herba predicta meſſuerit vel guaſtauerit, ſoluat pro banno id quod cõtinetur in ſuperiori capitulo de herba vel meſſe non ſecanda vt bannum guaſtorum intelligatur ſi quis banno de maleficio & furto.

¶ De illis qui comittunt furtum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliqua perſona de nocte vel de die aliquid furatus fuerit, vel guaſtum dederit ſeu deportauerit, vel damnum aliquod dederit de quibus bannum dare ex ſolui debeant cuiuſcunq; quãtitatis fuerit dictum dãnum ꝙ dans offenſam ſiue damnum vel faciens ſiue ſit femina ſiue maſculus poſsit a quolibet denuntiari & accuſari pro furto coram iudice malefficiorum, & dictus iudex ad accuſationem vel denũtiationem cuiuslibet accuſantis & denuntiãtis teneatur & debeat dictus iudex officio ſuo inquirere, & procedere & punire talem malefactorem pro furto ſecundum capitulum cõis loquens de furto. Non obſtante ꝙ dictus malefactor eſſet accuſatus vel denũciatus coram iudice ferratie offenſor vel malefactor fuerit accuſatus coram iudice ferratie, anteq̃ a iudice maleficiorum nihilominus teneat ſoluere bãnum ferratie.

¶ De pena illorum qui tenerent vel reducerent alienã meſſem vel linum.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ nullus debeat reducere nec tenere penes ſe nec in domo ſua nec in curia nec ad vrbam ſiue burmiam nec alibi aliquod linũ niſi de ſuo campo cũ habuerit, vel niſi a dño linum ipſum emerit vel habuerit, & qui contrafecerit ſit in bãno pro vnaquaq; ſcopa ſoldorum trium, & dño damnum reſtituat, & ille a quo receperit ipſum linum ſit in banno ſoldorum .xx. & ſi bannum ſoluere non poterit fuſtigetur per ciuitatem, ſecundum ꝙ voluerit iudex ferratie, & hoc idem intelligimus de illis qui reducerent & furarentur alienas blauas.

¶ De pena ſeccantium alienam ſtipulam.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis ſtipulam alicuius ſeccauerit cum ſeghetio det pro bãno ſoldos .xx. & ſi cum meſſarolio ſoldos decem, & totidem dño pro menda, & ſi eam raſtellauerit vel derancauerit, vel collegerit, vel eam penes ſe cumulatam habuerit, det pro banno pro faſce denarios duodecim, & totidem dño ꝓ menda, & ſi cum beſtia duxerit ſoldos decem, & ſi ad dorſum ſoldos duos, & ſi cum plauſtro ſoldos .xx. & totidem Domiuo pro menda in quolibet predictorum caſuum, & ſi dicta banna, ſoluere non poterit ponatur in berlinis vel fuſtigetur, & credatur dño de predictis ſub ſacramento ſequelle poteſtatis.

¶ De non meſſuendo vel ſpinas truncando ſuper foſſatum ciuitatis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi quis meſſuerit herbã ſuper foſſato ciuitatis vel incideret ſpinas ſuper foſſatum predictum, ſoluat pro banno pro qualibet tantum quantũ ſolueret ſi meteret in alieno prato, & pro ſpinis inciſis ſoldos .v. pro qualibet vice. Idem obſeruetur in beſtijs paſcẽtibus vel ſtantibus ſuper ipſo foſſato vel in ripis ſuis, ſiue terragio ipſius, vel ſuper barbacanis dicti foſſati vt tantum ſoluant pro banno pro qualibet beſtia, quantum ſi inuenirentur in alieno prato.

¶ De pena dantiũ damna in meſſibus vel fructibus exiſtentibus intus ciuitatẽ.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliqua perſona vel beſtia dederit vel fecerit damnũ vel guaſtum in meſſibus vel alijs fructibus exiſtentibus in agris qui ſunt intus ciuitatẽ ſoluat pro banno pro qualibet vice tantũ quantum ſolueret in agris qui ſunt extra ciuitatem poſiti, & tantundem pro menda.

¶ De anſeribus a camparijs ⁊ per ipſos de agris expellendis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ camparij teneant & debeãt expellere anſeres de agris ſeminatis bona fide, & ſine fraude ſuo poſſe, ſine aliquo alio ſalario, excepto ſalario cãparie.

¶ De rebus alienis non reducendis.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ aliquis nõ emat neq; reducat in domo ſua vel curia aliq̃ rem q̃ videatur eſſe capta in campis nec que videatur pertinere ad guaſta camporũ vel vinearum, & qui contrafecerit ſit in banno ſoldorũ .lx. & quilibet poſsit accuſare & habeat medietatẽ bãni, nec aliquis poſsit reducere aliquẽ qui aportauerit aliq̃ rem prohibitam vt ſupra. Nec etiam ipſam rem reducere poſsit vt ſupra in domo ſua vel curia ipſius domus in qua habitat, & qui coutrafecerit ſoluat bannum ſuperius ordinatũ in hoc preſenti capitulo, & idem intelligatur de ortalijs & oĩbus alijs fructibus terre, & qui camparius qui contra predicta fecerit ſoluat & de officio expellatur, & in eodẽ banno ſupradicto ſit quilibet qui predictas res reduceret ad domum alicuius cõtra predictam formam. Et nihilominus reducentes vel portantes res predictas prohibitas reſtituant dño ſi inuenientur aliter in cõe perueniant.

¶ De pena arantium alienam terram.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi quis arauerit terram conſortis ſui ſeminatum vltra terminos viſibiles, vel non ſeminatam arauerit & ſeminauerit vltra terminos viſibiles & querimonia inde facta fuerit a dño vel a campario de vnoquoq; ſulco ſoluat ꝓ banno ſoldos .v. & totidem dño pro menda.

¶ De nõ intrando in lino vel meſſibus vel blauis vt infra.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ non liceat alicui perſone intrare ire vel ſtare per meſſem linum vel blauam qui ſunt vel erunt a via porte Albareti, vſq; ad beale, & hoc ad Kalen. Martij vſq; quo blaue collecte fuerint, & quilibet qui contrafecerit amittat pro qualibet vice ſoldos duos, Et tantundem dño ꝓ mẽda & quibet poſsit accuſare, & habeat medietatem banni.

¶ De penis intrantium in alieno horto.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi quis maior decem annis in alieno horto intrauerit in die ſoluat ꝓ banno denarios duodecim, & in nocte ſoldos decem, & tantundem dño pro menda licet de hortalijs nihil derancauerit exportauerit ſeu guaſtauerit. Si vero de ipſis ortalijs portauerit derancauerit vel guaſtauerit ſoluat pro banno ſoldos decem. & in nocte ſoldos .lx. & totidem dño pro menda. Liceat tamen intrare in die, & de hortalijs portare cum dño vel colono vel eorum nuntijs, Si vero beſtie intrauerint hortum alicuius ſi fuerint beſtie groſſe vel porci vel capra vel hirci, ſoluat dominꝰ ipſaꝝ beſtiarum pro banno ſoldos quatuor pro qualibet beſtia, & in nocte ſoldos octo, & totidem dño pro menda. De alijs vero beſtijs minutis ſoluat ꝓ banno ſoldos duos pro qualibet beſtia in die, & in nocte ſoluat triplum & totidem dño pro menda.

¶ De nõ faciendo hortum vel cauãdo ſuper foſſatis ciuitats Alex. vel Bergolij, ⁊ de penis contrafacientium.

Item ſtatutum eſt, ꝙ nullus poſsit vel debeat facere hortum ſiue ſuper terragio ipſius foſſati vel in ipſo foſſato ciuitatis Alex. vel Bergolij intus vel extra nec aliquod aliud per quod foſſatum deterioretur, nec cauare ipſum foſſatum ſiue trrragium, nec iuxta foſſata, nec de terra ipſius foſſati capere vel cauare, & ſi quis contrafecerit ſit in banno pro qualibet vice ſoldoꝝ .lx. & teneatur ipſum foſſatum reſtituere in priſtinam formam ſuis expenſis, & ꝙ iudex ferratie teneatur & debeat omni menſe ſemel ad minus in ſuo regimine predicta omnia perſonaliter inquirere, & ſi inuenerit aliquem facere vel feciſſe contra predicta vel aliquod predictorum punire vel condemnare in penis ſupraſcriptis, & in reſtauratione ipſius foſſati infra menſem, & hoc ſub pena dicto Iudici librarum vigintiquinq; quibus poſsit a quolibet ſindicari. Et ipſo iure diminuat & ponantur in ratione clauarij, & qui non reſtaurauerit dictum foſſatum, dictus iudex poſsit ipſos compellere ad reſtaurationem dicti foſſati imponendo penas & banna predictis ac ſuam omnimodam voluntatem, & quod aliquis non debeat facere ibidem aliquod aquatorium, vel aliquam cõtiam ſeu aliquod aliud edifitium per quod aqua detineatur ſeu impediatur quin labatur, & qui contrafecerit det pro banno pro qualibet vice libras Decem. Et nihilominus ad dictum edificium tollendum compellatur per dictum Iudicem Ferratie.

¶De penis frangentium murum vel ſpalda ciuitatis Alex.vel Bergolij.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi quis fregerit murum vel ſpaldum ciuitatis vel Bergolij ſua auctoritate ſoluat pro banno libras.xxv.in denarijs numeratis ſi murum vel ſpaldum vel ſepem rumperit, perdat pro banno ſoldos cētum pro qualibet vice & plus & minus arbitrio poteſtatis vel Iudicis Ferratie inſpecta quantitate ſpaldi vel ſepis rupti vel rupte, & ſi in nocte predicta fecerit ſoluat pro banno duplum, & inſuper teneatur ſpaldum vel ſepem claudere ſuis expenſis infra tertium diem poſtq̄ ei preceptum fuerit in banno librarum· xxv.ſine tenore.& ſuper hoc elligātur guardie, & quilibet poſſit accuſare.& accuſator habeat medietatem banni,

¶De non portando nec cauando de terra ripe foſſati ciuitatis vel Bergolij.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliqua perſona non debeat nec preſumat cauare nec cauari facere nec portare ſeu portari facere cum plauſtro vel barotia, ſeu cauagna vel ciueria, ſeu alio quocūq; modo de terra ripe foſſati, Bergolij ciuitatis vel pozolaſche intus vel extra ſeu de vijs que ſunt circa foſſata predicta intus vel extra, & qui contrafecerit ſoluat ꝓ banno vltra alias penas per cōe Alex. ordinatas pro quolibet plauſtro vel barotia ſoldos.x. ꝓ quolibet & qualibet vice, & ꝓ qualibet cauagna vel ciueria vel alio vaſe ſoldos.v.Que oīa pōtas ſiue Iudex ferratie p̄ciſe & ſine tenore teneatur exigere & aufferre in denarijs numeratis ſine aliqua cōpenſatione infra tres dies poſtq̄ ei denunciatum fuerit, & ad cuſtodiendum & ad accuſandum contrafacientes.Poteſtas poſt quindecim dies ab introitu ſui regiminis teneatur requirere ſeu requiri facere duos homines ꝓ qualibet contrata Bergolij de illis qui morant̃ in carrubijs magis propinquis foſſato & eos compellat iurare & cuſtodire bona fide, & ſine fraude ripas & vias foſſati & ꝙ accuſabunt omnes facientes contra predicta, & habeant predicti cuſtodes pro ſuo ſalario medietatem banni, & cōe Alex.habeat aliam medietatem.

¶Q̄ Iudex cuſtodes elligat accuſantes quos danna inuenient facientes·

ITem ſtatutū eſt, ꝙ Iudex Ferratie teneat̃ & debeat cum conſilio illorum quos ſecū habere voluerit elligere bonos cuſtodes qui teneantur ipſi iudici vel notarijs ferratie accuſare omnes quos inuenerint damni dātes facientes vel portantes de ſpaldis vel ſepibus vel clauſuris foſſatorum ciuitatis Alex. vel Bergolij, & beſtias ſimiliter & ſcribi facere & excutere omnia banna ferratie, & ipſa banna foſſatorum & clauſurarum pertineāt ad ferratiā & ad officiū ferratie ipſius iudicis & notarijs ferratie ſine tenore,

¶De penis rumpentium viam ſiue rupa foſſati Bergolij.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliqua perſona non debeat rumpere vel rumpi facere viā ſiue ripam foſſati Bergolij de foris, nec aliqua aqua que vadat vel fluat in ipſum foſſatum, & ꝙ nihil aliud faciat vel fieri faciat per quod aliqua aqua poſſit rumpere ſiue intrare ſiue ruere in ipſum foſſatum. Et qui contrafecerit amittat pro banno libras, xxv. in denarijs numeratis ſine aliqua compenſatione & guardie que fuerint electe ſup cuſtodienda terra foſſati predicti teneantur & debeant accuſare contrafacientes, & etiā quilibet alius poſſit accuſare contrafacientes, & habeant quartam partem banni.Et de hoc capitulo & omnibus que continentur in eo. Poteſtas ſiue iudex ferratie teneat̃ attendere & obſeruare preciſe & ſine tenore.

¶De paleis vel raſpucijs non tenendis in vijs publicis.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ nulla perſona ciuitatis Alex, Bergolij, vel Pozolaſche, vel habitans in predictis locis vel in aliquo ipſoꝝ audeat vel p̃ſumat ponere vel tenere vel poni facere paleas vel raſpitia in brolieto cōis vel in vijs publicis cauſa faciēdi fimū vel alia cauſa ſub pena & bāno ſoldoꝝ.xx.terdon.ꝓ quolibet & qualibet

vice qua cōtrafactū eſſet. Et ꝙ nulla perſona poſſit tenere vel ponere letamen in brolieto cōis vel in platea, nec in aliqbus vijs publicis ſine licentia iudicis ferratie ſub p̄dicta pena ꝓ quolibet & qualibet vice, Idem intelligat̃ in ſedimine ꝙ eſt inter platheā filiorum ruffinorū & eccleſiā maiorem ꝙ eſt eccleſie. Eo ſaluo ꝙ liceat vnicuiq; ſine licentia dicti Iudicis habere, ponere & tenere in dictis vijs dūmodo non ponat̃ in brolieto, plathea, & in dicto ſedimine, letamen ꝑ totū menſem Iunij, Iulij. Auguſti. & Septembris ſub pena & banno, & vltra nō, & p̄dicta teneat̃ iudex ferratie vinculo ſacramenti inquirere omni menſe ſemel ad minus, & vt letamina q̄ ad preſens ſunt in predictis locis aufferant̃ ꝙ iudex ferratie teneat̃ facere cridari, ꝙ oēs habentes letamē in p̄dictis locis ꝓhibitis teneant̃ ipſum aufferre de ipſis locis per totum preſentem mēſem Martij, aliter ſi cridatum nō fuerit nō incurrant contrafacientes in aliquā penam.

¶De foſſatis in alienis poſſeſſionibus non conſtruendis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ ſi quis fecerit foſſatum ſeu fieri fecerit in aliena terra vel prato vel aliqua alia poſſeſſione immobili pro quolibet trabucho foſſati ꝙ fecerit ſeu fieri fecerit ꝑ directū amittat ſoldos.xx. & totidem dn̄o ꝓ menda, & ſi foſſatū non fuerit longum per vnum trabuchum ſoldos.x, & tantundem dn̄o pro menda, & dictū foſſatum teneat̃ implere & in priſtinū ſtatū reſtituere infra terminū ordinatū ꝑ iudicem ferratie, niſi hoc fecerit de voluntate dn̄i.

¶De non explanādo alienum foſſatū nec alineā lapolam conſtruendo·

ITem ſtatutū eſt, ꝙ ſi quis explanauerit foſſatū alienū vel explanari fecerit vel ſapellum ſiue lapolam fecerit vel fieri fecerit in terra aliena ſeu foſſato alieno ſit in banno ꝓ quolibet ſapello ſeu lapola ſoldorū.xx. & totidem dn̄o ꝓ menda ſoluat. Et teneatur illud ſapellum ſeu foſſatū vel lapolam releuare, & in ſtatum priſtinum reſtaurare ſuis proprijs expenſis ad terminum ſibi datum per iudicem ferratie niſi hoc fecerit de voluntate dn̄i.

¶Quomodo fieri debeant foſſata iuxta vias publicas.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ aliquis qui faceret foſſatū iuxta vias publicas teneat̃ & debeat illud foſſatū facere vel fieri facere ſuper ſua terra, & nō ſuper via publica vel terra cōis. Et qui contrafecerit ſoluat ꝓ bāno ſoldos.xx. ꝓ qualibet vice, & teneat̃ quilibet qui faceret foſſatū vel fieri faceret iuxta dictas vias, terrā q̄ extrahi faciet de dicto foſſato ꝓijcere vel ꝓijci facere in viam, & ipſam terram explanari facere per mediā viam ſub predicta pena & banno, & qui contra predicta fecerit ſoluat dictas penas. Et nihilominus teneatur & debeat implere dictum foſſatum, & reſtituere in priſtinū ſtatum, & teneatur iudex ferratie inquirere predicta quādo ibit ꝑ agros ad inqrendū alia guaſta & hoc facere preconizari per ciuitatē infra menſem ab introitu ſui regiminis,

¶De penis deſtruentium vel leuantium alienas conzelias,

ITem ſtatutom eſt, ꝙ ſi qs deſtruxerit vel leuauerit vel deramauerit, vel piſcauerit, vel pozauerit alienā conceliam in die ſoluat ꝓ bāno ſoldos.lx. & totidē dn̄o ꝓ menda, & plus ſi plus eſſet damnū. In nocte vero libras.xxv. & tantū dn̄o ꝓ menda.

¶De pena in lacu de foro piſcantium.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nulla perſona debeat piſcare in lacu de foro ſine voluntate illorum ad quos pertinet dictus lacus ſub pena ſoldorum centum pro qualibet vice & poſſit ille ſuper qua parte lacus fuerit piſcatum piſces ſua auctoritate cuilibet qui piſcaſſet aufferre ſine pena & banno, & eos aufferre cuilibet perſone que ipſos & omnibus qui eos vendicarent.

Capitula facta ſuper Agris ⁊ vineis.

HEC Sunt ſtatuta & ordinamenta facta ſuper facto agrorum & vinearum per Dominum Guiſcardum de Petraſancta tunc Poteſtatem Alex. Ex licentia ſibi data a conſilio generali.

¶ De ſpiculatoribus in meſſibus non intrandis.

IM Primis, ꝙ nullus ſpiculator debeat intrare in meſſes vel in ſtipulam donec meſſis fuerit extracta de campo in banno ſoldorū.v.& totidem dn̄s ſi eum permiſerit intrare, & ſi intrauerit & meſſem portauerit ſoluat duplum.

¶ De macijs ſpiculatorum non incidendis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ nullus debeat incidere ſeu ſcurzare mazos meſſium, & portare mazos ſcurzatos vel meſſes, & qui cōtrafecerit ſoluat ꝓ banno ſoldos.v.

¶ De non reducendo in agris ſuis aliqnas coues alienas.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ nullus debeat reducer̄ ſeu reduci facere, & ꝑmittere in agro ſuo vel ad domū ſuā vel alibi alienas coues, meſſium, & ille qui reduxerit ſit in bāno ꝓ qualibet coua ſoldorum.xx. & ille qui eas portauerit ſoluat duplum.

¶ Qđ nullus ſpiculator ad ſpiculandum exire debeat ante diem.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ nullus ſpiculator debeat exire de ciuitate caſali vel villa niſi prius orto ſole, & ꝙ debeat quilibet ſe reducere ad villam vel caſale vel ciuitatē ante occaſum ſolis, & qui contrafecerit ſit in banno ſoldorum quinq; pro qualibet vice ante ortum, vel poſt occaſum ſolis ſi repertus fuerit portare meſſes vel linum, vel legumina ſit in banno ſoldorum decem, & plus arbitrio iudicis ferratie, ſecundum qualitatem perſone damnū facientis, & dāni facti & totidē dn̄o ꝓ menda, & plus ſi plus damnum probatum fuerit.

¶ De meſſarolijs a ſpiculatoribus non portandis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ nullus ſpiculator debeat portare meſſarolios in campis, & ſi cōtrafecerit ſit in bāno ſoldoꝝ.x. & amittat meſſarolium, & cāparij qualibet die teneantur & debeant inquirere ſpiculatores habentes maſſarolios per campos in bāno ſoldorum.x. ꝓ quolibet campario.

¶ Qđ porci, nec oues intrent ſtipulas.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ porci vel oues nō debeant intrare ſtipulas vſq; ad octo dies ab ea die computandos qua meſſis fuerit extracta de cāpo, & ꝗ cōtrafecerit ſit in bāno ꝓ qualibet oue denariorū quatuor, & ꝓ quolibet porco denarij vnius.

¶ De non ſpiculando nec beſtias tenendo prope vineas.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ nullus debeat ſpiculare nec tenere vel habere aliquas beſtias ꝓpe aliquā vineā ꝑ quinq; paſſus, & qui cōtrafecerit ſit in bāno ſoldorum trium, & plus arbitrio poteſtatis, ſeu iudicis ferratie, & oēs cāparij meſſium & vinearū teneant contrafacientes accuſare.

¶ De pena ſtantium extra portam poſt campanam pulſatam.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ nullus debeat ſtare extra portas ciuitatis poſt cāpanā pulſatam, & qui cōtrafecerit ſoluat ꝓ bāno ꝓ qualibet vice ſoldos.x. & oēs cāparij tā vinearum ꝗ̄ agroꝝ teneant & debeāt cōtrafacientes accuſare, & habeant medietatē bāni. Que quidem capitula lecta & publicata fuerunt in publica contione.

¶ De beſtijs nō aſcendendis ſuper leuatā inſule ſancti Ioannis vt infra.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliqua beſtia non debeat aſcendere ſuper leuatam que eſt vel fuerit in inſula ſancti Ioannis. Et qui contrafecerit amittat pro qualibet beſtia minuta denarios tres. Et pro groſſa ſoldos.v. Et non debeant dicte beſtie deſcendere de dictis leuatis verſus tanagrum ſub penis predictis, & quilibet poſſit accuſare qui habet facere in dictis leuatis. Idem intelligatur de leuatis de albareto, & de omnibus alijs leuatis factis per aliquos alios ſeu per cōe Alex.

¶ De ouibus nō paſcendis in inſula de ſancto Ioanne.

ITem ſtatutnm eſt, ꝙ aliquis non poſſit ducete oues ad paſcendum in Inſula de ſancto Ioanne a ſtrata inferius ab eccleſia ſancti Ioannis vſq; ad hortū de foro nec alia de cauſa. Et ſi quis contrafecerit amittat pro banno pro qualibet vice ac ſi in damnū inuentus fuerit. Idem intelligatur iu capris, bichis, arietibus, vel porcis, & quilibet dn̄s vel nuntius eius poſſit accuſare iurante ipſo dn̄o vel nuntio, & ipſi nūtio credatur vſq; in ſolods decem.

¶ Qui teneantur ad banna ferratie ⁊ quomodo teneantur.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliquis minor.xxv.annorum, maior tamen decem annorum teneat de bānis guaſtoꝝ & de bānis ꝑtinētib⁹ ad Ferratiā in oīb⁹ & ꝑ oīa cū effectu ſicut quilibet maior. Si autē fuerit minor.x.annoꝝ nō teneat de bannis guaſtorū, & de bannis pertinentibus ad ferratiā, exceptis vijs, & vineis de quibus teneant, vt alij nulla audita deffenſione in predictis caſibus ratione minoris etatis.

¶ Quod qui fuerit camparius in anno nō poſſit eſſe binc ad annos tres.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nullus poſſit eſſe camparius in illa camparia, vel in illa contrata, nec in aliqua alia camparia dicti quarterij vſq; ad tres annos camparius ſpecialis poſſit eſſe in illa camparia & contrata.

¶ De modo campariorum elligendorum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ camparij elligantur a Kal. Auguſti. & quocunq; tempore elligi poſſint pro cuſtodia agrorū & vinearum videlicet pro bonos homines & legales habentes dictas poſſeſſiones quatuor de qualibet camparia, qui quatuor elligant ipſos camparios, & diuidant ipſas camparias inter ipſos camparios anteq̄ ſe ſeperent de ſimul. Quod locum habeat in camparijs ciuitatis & bergolij, in camparijs autem villarum & caſalium elligendis, elligantur duo vel quatuor homines pro quolibet caſali, & qualibet villa inſpecta qualitate loci qui ſint de dirioribus predictorum locorum qui duo vel quatuor camparios ipſorum locorum & villarum elligant, qui camparij iurent cuſtodire a die ſue ellectionis facte vſq; ad annum vnum, & omnia obſeruare que continentur in capitulis pertinentibus ad officium camparie & ferratie & faciant ſecuritatem de libris.xxv. de ipſo officio legaliter exercendo & faciendo, & de omni dāno reſtituendo de quo accuſationem non fecerint, & ꝙ ipſi non dabunt vel facient damnum alicui, & ſi dictam ſecuritatem nō fecerint vel aliter q̄ ſupra dictum eſt ellecti fuerint non habeantur pro camparijs, ſed ꝙ ille qui eſt vel erit camparius cōis vno anno non poſſit eſſe camparius cōis inſequenti anno in illa camparia, vel in illa contrata. Camparius tunc ſpecialis eſſe poſſit, & ꝙ nullus poſſit eſſe camparius vel elligi niſi ipſe vel pater ſuus ſit in extimo cōis Alex. librarum.v. & habeant camparij pro ſua cuſtodia denarios quatuor pro quolibet ſeſtario vinee ad menſuram groſſam & denarios octo pro quolibet modio terre ad menſuram groſſam inblauate. Er partem bāna eis ordinata in ſtatutis ferratie, & diuidantur camparie per omnes quarterios, vbi nō ſint diuiſe per illos qui elligent dictos camparios, & hoc capitulum non intelligatur in camparijs boſchi cōis Marenghi qui elligantur per homines marenghi ſicut eis placuerit, & qui ab eis ellecti fuerint habeantur pro camparijs ſicut alij camparij cõis Alex. Idem intelligatur & obſeruetur de boſcho cerrete, & camparijs ipſius per homines gamondij, & ꝙ iudex ferratie teneaꝭ, & debeat compellere homines vilarum & caſaliũ, & ciuitatis ad ellectionem campariorum faciendam ſuis locis, & caſalibus per impoſitionem bannorum & penarum imponendaꝝ nõ elligentibus, ſeu nolentibus elligere infra octo dies poſtq̃ ei fuerit dictum vel denunciatum.

¶ De Sacramento campariorum.

Item ſtatutum eſt, ꝙ camparij tam vineaꝝ q̃ aliaꝝ rerum iurent ꝙ accuſabunt oẽs quos inuenerint in damnũ, ſeu offenſionẽ, & ipſam accuſationẽ ſcribi facient notarijs ferratie in libro accuſationũ, & non in papirro extra librum infra tertium diem. & ſimiliter inuentiones facte per iudicem ferratie ſcribi debent in libris cõis ea die qua facte fuerint vel ſequenti aliter vero nõ valerent, & in ipſa accuſatione nominent offendentes, & nomina illoꝝ quos offenderint, & vbi & diem & horã ſubijciant in qua dãnum vel offenſionẽ faciebant, & illi campario, qui contrafecerit aufferatꝰ pro banno ſoldi centũ, & officio expellaꝭ, ſi videbitur iudici ipſum campariũ aliquã malitiã commiſiſſe, vel aliquid malitioſe cõmiſiſſe de predictis, & accuſatio in qua non fuerint predicta obſeruata non valeat.

¶ Qȯ camparij camparijs ſuis debeant ſupereſſe.

Item ſtatutum eſt, ꝙ camparij ellecti hoc anno ad cuſtodiam agrorũ, & vinearum, & aliarum rerum campeſtrium ſiue ſint ellecti ante feſtum Natiuitatis Domini, vel poſt, & qui deinceps hoc anno alligentur ſtent, & perſeuerent ad ſuas camparias, & eorum accuſationes valeant & teneant, ac ſi ellecti fuiſſent ante feſtum Natalis Dñi, vel omnium Sanctorum, & duret eoꝝ officiũ vſq; ad annum vnũ a die quo iurauerit.

¶ De ſecuritate ab accuſato preſtanda anteq̃ vllatenus ſe deffendat.

Item ſtatutum eſt, ꝙ nullus accuſatus a camparijs occaſione ferratie poſit ſe deffendere ab accuſatione de ſe vel beſtijs ſeu rebus, ſuis facta, niſi prius bonũ, & idoneum pignus dederint de quantitate ipſius accuſationis. Idem intelligaꝭ de inuentionibꝰ factis per iudicem, & per familiam ſuã, & de accuſationibus, & querimonijs factis. & quaſi eo ſaluo ꝙ ſi accuſatio, vel denuntiatio, vel querimonia, & inuentio aſcendit vltra ſoldos centum, liceat accuſato, vel denunciato, & inuento dare bonã, & idoneã ſecuritatem. Qua data & preſtita liceat ei deffendere, a dicta accuſa, querimonia, vel denuntiatione, & inuentiõe, & dato pignore vel ſecuritate poſit ipſe accuſatus ſe deffendere ab ipſa accuſatione, & deffenſionem facere de ipſa accuſatione, quam deffenſionem faciat, & finiat a die denuntiationis ſiue inquiſitionis ſibi facte infra .x. dies. q ſi non fecerit & finierit infra predictum tempus habeatur pro confeſſo, & cõdemnato, & poſt dictum terminum bannũ dicte accuſationis, & mendam teneatur & debeat ſoluere dictus accuſatus, & & ipſum pignus redimere infra decemocto dies ꝓximos ſubſequentes, ꝙ ſi nõ fecerit ipſum pignus vendatur aut ſub vſuris obligeꝭ, & idem intelligatur in omnibus pignoribus datis occaſione ferratie.

¶ Qȯ debeat mitti deffenſio cuilibet accuſato in ſcriptis.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ Iudex Ferratie teneatur, & debeat vnicuiq; perſone dare vel mittere deffenſionem in ſcriptis dierum decem, de quacunq; re de qua eſſet inuentus, & denunciatus, vel accuſatus, vel quocunq; modo contra ipſum procederetur imponendo in ipſa deffenſione cauſam de qua eſſet accuſatus inuentus, vel denunciatus vt ſupra, quam deffenſionem dictus dñs Iudex mittere debeat a die denuntiationis, accuſationis, querimonie, ſeu inuentionis facte vſq; ad dies. x. alioquin nõ valeant facta contra predictam formam, ſi non fuerit predicta forma obſeruata.

¶ De bannis manipaſtorum a dñis requirendis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi bubulcus, albarolius, peccorarius, vel alius famulus alicuiꝰ dederit damnum in agris, metendo, ſgarbando, ſeccando, ſeu quocunq; alio modo, in blauis pratis, leguminibus Inſulis, & vineis amittat bannũ, tantum quantum alius qui foret accuſatus, & dñs pro eo dictum bannum ſoluere teneatur habendo ingreſſum cõtra ipſum, & ꝙ pater teneatur pro filio, & ablatico, clerico vel layco in poteſtate conſtituto vel emancipato dummodo emancipatus non habitet, & non faciat ignem ſeorſum a patre, & hoc ſine tenore.

¶ Qȯ ſi aliquis fuerit confeſſus damnum dediſſe teneaꝭ ad ſoluẽ bannum.

Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis fuerit confeſſus vel coniunctus damna predicta vel infraſcripta, vel aliquod eorum dediſſe vel feciſſe, ſeu de hijs paſſus fuerit bannũ ſoluat & mendam ac ſi a campario inuentus & accuſatus fuiſſet.

¶ Qȯ banna ferratie non duplicentur niſi ad quartum aliqua de cauſa.

Item ſtatutum eſt, ꝙ accuſationes, ſeu banna Ferratie non acquitata, vel ſoluta nõ duplicentur, nec minuentur, nec alio modo creſcant iure contumatie, vel alia cauſa niſi quo ad quartum. Ita ꝙ inquartentur niſi ſolute fuerint ad terminum condemnationis. Liceat tamen iudici ferratie, & teneatur condemnare quemlibet contumacẽ ſecundum qualitatem facti & contumatie, & teneatur & debeat ipſe Iudex quibuſlibet quindecim diebus facere condemnationes & abſolutiones de proceſſibus ſuo poſſe, & ipſas condemnationes ea die qua facte fuerint poni ad campanile, eo modo & forma, quo & qua ponuntur, & poni debent ille qui fiunt per dominum Poteſtatem, & predicta valeant teneantur & obſeruentur ſine tenore. Non obſtante aliquo alio ſtatuto in contrarium loquente.

¶ De camparijs in ſuis rebus ponendis.

Item ſtatutum eſt, ꝙ liceat cuilibet ponere campariũ in ſuis rebus vel poſſeſſionibus, vel meſſibus, vel blauis, vel rapis, vel alijs quibuſcunq; rebus ſeu fructibus ſuis exceptis vineis, niſi vinea eſſet ſola & ſeparata a camparia aliarũ, & hoc ſi denunciauerit iudici, & preconizatum fuerit per ciuitatem vel portam illam, vel caſale in cuius cõtrata res ille fuerint que debent cuſtodiri q̃ res ſint in banno, & eſſe debeant & iurent, & ſatiſfient ipſi camparij facere eorũ officium ſicut alij camparij, & habeant partem ſuam bannorum ſuorum ſicut alij camparij, & hoc locum habeat quandocunq; poſiti ad dictam campariam faciendã. Non obſtante alio ſtatuto de camparijs elligendis. Eo ſaluo ꝙ camparius ſpecialis non poſit eſſe minor decemocto annorum.

¶ Qȯ camparij de bannis que accuſabunt habeant quartam partem.

Item ſtatutum eſt, ꝙ camparij habeant quartam partem bannorũ que ipſi accuſabunt, & eis ſoluaꝭ de ſua camparia ſi per totum annum cuſtodierint.

¶ De cuſtodia per totam diem a camparijs facienda.

Item ſtatutum eſt, ꝙ omnes camparij tam vinearum q̃ terrarũ debeant ire in campos, & ſtare per totam diem, poſtq̃ inceperint ſuam cuſtodiam, nec debeant laborare, vel aliquid aliud facere, niſi cuſtodire ipſos agros, campos, & vineas, & blauas, & res campeſtres, & camparius, qui contrafecerit ſoluat pro qualibet vice ſoldos .v. & liceat cuilibet accuſare camparium contrafacientem, & credatur accuſatori in ſuo ſacramento vel ſequelle Poteſtatis, & Iudex Ferratie teneatur inquirere dictos camparios non ſtantes in ſuis camparijs, vel facientes contra formam ſui ſacramenti, & culpabiles inuentos punire.

¶ Qᵒ camparij teneantur ad ſoluendum banna damni dati vel facti per ipſos vel per ſuam familiam.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliquis camparius, vel aliquis de ſua familia, vel beſtie, ſue dãnum alicui dederint, vel in banno aliquo inciderint occaſione ferratie. Eo quod ipſe vel aliquis de ſua familia, vel beſtie ſue fecerint contra ſtatuta vel ordinamenta, bãnum & mendam in alijs perſonis ordinatum ſoluat duplicatum, & ab officio remoueatur, & inſuper ſoluere teneatur cõi pro banno ſoldos .lx.

¶ Qᵒ camparij credi debeant de accuſationibus ab eis factis.

ITem ſtatutum eſt, quod credatur camparijs de accuſationibus ab eis factis, vel faciendis, & de quantitate beſtiarum accuſatarum, niſi accuſatus ſe deffenderit duobus teſtibus idoneis.

¶ Qᵒ camparij non debeant comedere ad aliquas eccleſias vel manſiones.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ camparij teneantur ſuo Sacramento ꝙ non comedent, neq; bibent ad aliquas eccleſias de campis, nec ad manſiones religioſas, nec aliquod ſeruitium recipere debeant a ſupradictis eccleſijs, vel manſionibus, vel ab alia perſona occaſione officij ſui. Et qui contrafecerit, vel aliquod predictorum, ſoluat pro banno ſoldos ſexaginta, & de officio expellatur, & ſi bannum ſoluere nõ poterit, ſit in banno de maleficio, de quo bãno nõ exeat, niſi ſoluto banno qualibet vice.

¶ Qᵒ camparij teneant̃ emendare damna ſi nõ accuſauerint damna dantes.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ camparij debeant emẽdare omnia guaſta, que facta fuerint in ſua camparia in campis in die illis quibus dicta guaſta facta fuerint, Si accuſatio facta non fuerit ab eiſdem camparijs, & credatur in ſuo verbo illi cui guaſtum factũ fuerit, ſcilicet ſi dixerit ꝙ guaſtum factum fuerit in die.

¶ Qᵒ ſi camparius inuenerit aliquem damnum dantem quem non cognouerit poſſit accipere pignus.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi camparius inuenerit aliquẽ quem nõ cognoſcat facientem damnum vel guaſtum poſſit ei aufferre pignus pro banno, & menda, & illud ꝙ ei abſtulerit teneatur dicere & conſignare Iudici Ferratie infra tertium diem, & ſi denunciatum non fuerit dicto iudici infra dictum terminum perdat pro banno ſoldos centũ & iſtud capitulũ teneatur iudex ferratie facere legi cãparijs quando iurant ſuã campariam, & legatur hoc capitulum in contione quando legentur condemnationes ferratie in contione, & ſi ille qui damnum vel guaſtum faceret, vel aliquid quod eſſet cõtra ſtatuta ferratie inuentus fuerit a camparijs ſiue a campario, vel a Domino dicti Guaſti vel damni, vel eius nuntio, vel ab alio, qui ius haberet accuſandi eum poſſint predicti, & quilibet predictorum aufferre pignus cuilibet contrafacienti, contra predicta ſine pena & banno, & ipſum pignus teneantur & debeant conſignare, vel denuntiare Iudici ferratie infra dictum tempus ſub pena & banno ſoldorum viginti, pro quolibet de quo pignore prius ſoluat mendam damni Domino, vel eius nuntio, vel ei qui ipſam habere deberet, ꝙ bannum & ſuperfluum cedat in damnum, ſiue bannum cõis, & hoc locum habeat generaliter in omnibus camparijs.

¶ De capiendo inuentum in damno vel guaſto.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi cãparius vel aliquis alius inuenerit aliquẽ facientẽ damnũ vel guaſtũ quẽ nõ cognoſcat teneat̃ ipm̃ capere, & eũ p̃ſentare Iudici p̃dicto, vel ducer̃ illum ad ꝓximũ caſale vel locũ vbi cognoſcat̃, & ſi habere nõ poterit illũ quẽ in dãnum inuenerit, & beſtias ſecũ, vel in damnũ habuerit. Debeat ducere beſtias ad proximum caſale vel locũ, & eas ibi reponere penes legalem hominẽ de ipſo caſali vel loco vſq; quo predicto Iudici preſentare vel etiam conſignare potuerit.

¶ De non accipiendo linum vel couas meſſis a camparijs pro ſua camparia.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nullus camparius debeat vel preſumat accipere linum pro cãparia, ſiue cuſtodia lini, nec couas alicuius blaue, vel legumina pro cuſtodia blaue vel leguminum, & camparius qui contrafecerit ſoluat pro banno ſoldos viginti. & q̃libet poſſit accuſare, & ei credatur ſuo Sacramento ſequelle poteſtatis vel ſuo ſacramento, quod de hoc faceret, & quod iudex ferratie teneatur & debeat tempore meſſionum ire inquirendum, & inquiſitionem facere, tam per teſtes quam alio modo, ſi camparij ceperunt aliquas couas alicuius blaue, ſiue faxos blaue. vel leguminum, vel lini, & ſi inuenerint ipſos cepiſſe. vel amaſaſſe aliquas coues vel faxos teneatur eos punire, tanquã fures, & pro furibus ſm̃ ꝙ in ſtatutis Alex. continetur, & teneat̃ dictus iudex facere legi dictum capitulum.

¶ Qᵒ aliquis camparius non poſſit accuſare in alijs camparijs.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ camparius ellectus pro vno quarterio non poſſit vel debeat accuſam facere in alijs quarterijs, niſi in eo quarterio in quo ellectus fuerit, & ſi faceret accuſam aliquã contra predictam formã, pro non facta habeatur. Nullo ſtatuto ferratie obuiante ſine tenore, & ſaluo ꝙ in rebus hominis alius quarterij pro quo eſt ellectus poſitis, & iacentibus in alijs quarterijs poſſit ſicut poſſint in ſuo quarterio, ꝓ quo ſint ellecti accuſare poſſint cãparij tamẽ vnius quarterij poſſint accuſare vnus in camparia alterius facientem damna.

¶ Qᵒ camparij inquirant defferentem aliquid vnde bannum ſolui videatur.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi camparius inuenerit aliquem defferentem aliquid vnde videatur bannum ſolui debere, & non viderit facere damnum inquirat defferentem vbi predicta accepit, & in quo loco, & ad eundem locum ire teneatur cum campario ille qui res illas portaret, & ſi camparius ipſum in fraudem inuenerit vel mendacem, vel noluerit ire cum campario ad oſtendendum vbi accepit predicta. Teneatur camparius ipſum accuſare, & eodem modo ſoluat bannum. Non obſtante capitulo ſuperiori dicente, quod camparius in ſuis accuſationibus debet exprimere locum & horam ꝙ eſt in quarta pagina ſupra ſub rubrica in capitulo de accuſationibus faciendis a camparijs. Et credatur campario de eo quod voluerit dicere vel ire ad locum vbi accepit predicta, & de alijs ſupradictis, & niſi camparius predicta fecerit, & obſeruauerit ſoluat ꝓ banno ſoldos .xx. ꝓ qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare eum, & ei credatur ſuo ſacramento, vel ſequelle poteſtatis.

¶ Qᵒ Iudex ferratie poſſit inquirere ⁊ punire.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Iudex Ferratie, vel aliquis de familia Poteſtatis, ſeu de familia iudicis ferratie inuenerit aliquem in damnum, vel facere contra ſtatuta ferratie vel veniendo de ipſo damno, vel ſtando, vel alio modo portando res vetitas liceat ipſi Iudici, & ei qui eum inuenerit accuſare, & eum punire, ſecundum ſtatuta ferratie, vel alio modo in arbitrio ipſius Iudicis, vel ponendo ipſum ad berlinas, vel ad cathenã inſpecta qualitate perſone, & damni dati & facti, ſi non poterit, vel noluerit ſoluere bannum ordinatum in ſtatutis Ferratie.

¶ De dandis in ſcriptis guaſtatoribus ⁊ hominibus male fame.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ellectiones campariorũ cuiuſlibet camparie teneant̃ & debeãt accuſare & dare in ſcriptis iudici ferratie oẽs illos quos ſciunt habere nomẽ male fame, & guaſtatores a faciendis, & de recipiendis de campis. Qui Iudex compellat illos quos accuſauerit facere bonam ſatiſdationem de libris .x. ꝙ nō facient damnū vel guaſtum, & ꝙ ſoluent banna & mendas, & qui dictā ſecuritatē facer̄ nō poterit expellat, de ciuitate, & de illo caſali in quo ſtaret vel habitaret. Ita ꝙ in dictis locis amplius ſtare nō poſſit nec debeat, ſub pena & banno librarum .x. & Poteſtas, ſiue conſules illius caſalis ſiue loci in quo habitaret teneanť & debeant ipſum expellere, & expelli facere de dicto loco poſtq̄ fuerit eis preceptum vel mandatum per dictum Iudicem, in pena, & banno librarum .x. & totidem cōi illius loci vel caſalis, & teneatur Iudex Ferratie predicta fieri facere.

¶ De inquirendis ⁊ de dandis in ſcriptis guaſtatoribus.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Iudex Ferratie infra octo dies ab introitu ſui regiminis teneať & debeat requiri facere quatuor homines ꝓ quolibet quarterio Alex. quos faciat iurare ꝙ dabunt ei in ſcriptis ad terminū eis aſſignatum oēs guaſtatores Alex. & illi de caſalibus dabunt oēs illos de caſalibus, & habentes famam guaſtatorum, & teneatur Poteſtas vel eius Iudex compellere oēs illos guaſtatores quos ſibi dabunt in ſcriptis facere bonam ſecuritatem de non faciendo guaſtum, & de ſoluendo bānum & mendam & illi qui habitant in caſalibus teneantur, & debeant accuſare illos qui facient, & damnum dabunt in rebus que ſunt prope illud caſale, & niſi denunciauerint ipſos iudici teneantur emendare damnum illis qui paſſi fuerint damnum in eorum arbitrio, & iudicis ferratie, & ſi aliquis de predictis guaſtatoribus qui ſecuritatem fecerit fuerit accuſatus vel denunciatus per aliquē dn̄m vel quaſi, vel per campariū dediſſe vel feciſſe guaſtum vel damnum, vel furtum alicui, Iudex Ferratie teneatur & debeat ipſum accuſatum, vel denunciatum perſonaliter detinere, & fideiuſſorem ipſius vſq; ad plenam ſolutionem, & reſtitutionem damni ſiue guaſti, furti, & banni, & credať accuſatori, & denunciatori ſuo ſacramento de dāno vel guaſto, vel furto dato, vel facto per denunciatum vel accuſatū, & furtum intelligať in hac parte de rebus campeſtribus.

¶ De bannis ferratie excutiendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Poteſtas, & Iudex Ferratie teneantur, & debeant excutere bona fide, & ſine fraude q̄ citius poterunt omnia banna ferratie, & ad ipſa banna excienda mittere de familia ſua per ciuitatem, & loca infra .xv. dies poſtq̄ ipſa banna data fuerint & tempus deffenſionum faciendarum ſuper ipſis accuſis, & tempus datū bānitis ad ſoluendum fuerit elapſum, & poſt excuſſionē ipſorum bannorum dare camparijs partē ſuam eis contingentem de ipſis bannis infra tres dies, poſtq̄ requiſitus fuerit, a camparijs.

¶ De bānis veteribus ferratie excutiendis, ⁊ de ratione facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ iudex ferratie teneať excutere & excuti facere per ſe & ſuā familiam, & ſuos notarios omnia banna de accuſationibus veteribus ſicut in libris ipſarum accuſationū reperientur ſcripta, & ſecundum tenorem ſtatutorum ferratie, & de ipſis bannis excuſſis facere fieri rationem ad campanile cōmunis omni mēſe in preſentia ipſius iudicis per rationatores cōis in preſentia notariorum campanilis qui eam rationem ſcribant quilibet notarius per ſe, de qua ratione facienda teneatur eo tempore quo ferratia non fuerit vendita per cōe, & hoc capitulum ſit preciſum & ſine tenore & ꝙ faciat cancellari & aptari oēs condemnationes excuſſas, & ſolutas ſuper libris condemnationum qui ſunt & erunt penes dictos notarios campanilis.

¶ De eodem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Iudex ferratie teneatur & debeat excutere eodem modo & forma omnia banna que fient toto tempore ſui officij, & reddere, & reddi facere rationem ad campanile ſm̄ modum & tenorem precedentis capituli, ꝙ incipit. Item ſtatutum eſt, ꝙ iudex ferratie teneatur & debeat &c.

¶ De ratione facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Iudex Ferratie, & Notarij teneantur facere rationē ad cāpanille omni menſe de accuſationibus Ferratie ſolutis per ſe, & de querimonijs ꝑ ſe, & de non abſolutis per ſe quas rationes faciant ad libros cōdemnationū & numerum ipſarum accuſationū omniū quarumlibet per ſe ſcribi faciāt per ſe ꝑ notarios campanilis in p̄ntia rationatorū cōis ſemper, & quotienſcunq; faciant rationē. Quas dicti notari campanilis teneanť, & debeant ſcribere in vno libro. Ita ꝙ ſemp̄, & quādocunq; officiales mutabunť ipſe notarius teneatur, & debeat dare alijs ſequētibus notarijs ferratie numerum p̄dictarum accuſationum quarumlibet per ſe, & libri accuſationū factis rationibus vt ſupra remaneant in continenti penes ipſum notarium, & ſi qs ex notarijs ferratie aliter voluerit facere rationē, nō incipiať per iudicem neq; per rationatores, niſi ſicut ſuperius dictum eſt, & hoc ſine tenore, ꝙ capitulum locum habeat vt ſupra ſcriptum eſt, eo tempore quo ferratia erit in cōi, & ſi vendita fuerit alicui perſone per cōe teneatur iudex ea obſeruare.

¶ De non tenendo capras.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ aliqua perſona non teneat aliquas capras in ciuitate Alexā. vel Bergolio, nec prope ciuitatē per duo miliaria, & qui contrafecerit det ꝓ bāno ſoldos .x. ꝓ qualibet capra, & q̄libet vice, & hoc locū habeat poſt octo dies, poſtq̄ hoc capitulū preconizatū fuerit ꝑ ciuitatē q̄ ꝑconizationē dictus iudex teneať fieri facere ꝑ ciuitatē & ꝑ caſalia ab introitu ſui regiminis infra octo dies, ſaluo ꝙ iudex ferrarie poſſit dare licentiam illi cui ſibi videbiť de vna capra tenenda ꝓ familia ſua.

¶ De ſtatutis ferratie exemplandis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ iudex ferratie teneať facere exemplari per manū vnius notarij in vno volumine oīa ſtatuta & capitula q̄ ſcripta ſunt in hoc volumine ad cuſtodiā camporum & foſſatorum ciuitatis infra vnū menſem poſtq̄ intrauerit regimen ſuum ſine tenore. Quod volumen dictus iudex teneat penes ſe.

¶ Qd̄ Iudex ferratie faciat fieri vnum librum in quo ſcribantur nōia illorum qui ſoluerint banna ferratie.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ Poteſtas, & Iudex ferratie teneanť & debeant habere vnū librū penes dictū iudicem in quo ſcribāť nōia omniū & ſingularū perſonarū q̄ ſoluerint bāna penas & mulctas ferratie in quibus ſunt vel erunt, & quantitatē bannorū penarū & mulctarū q̄ de cetero ſoluenť, & illum librū ſemper habere ad rationē faciendam ad campanile ſemper, & quotienſcunq; fiet mentio per notarios ferratie, q̄ receperint dicta bāna, & diligenter examinare ipſa ſcripta Cum ſcripturis dictorū notariorū ſine tenore. Et inſuper quilibet notarius ferratie per iudicē compellatur & teneatur apponere in margine cuiuſlibet accuſationis nomen cuiuſlibet accuſati, ſiue qui accuſabiť, & quantitatem banni, pene ſiue mulcte, que ſiue quas ab ipſo recipiet in notario ſoluerit. Et de omnibus accuſationibus factis & faciendis ad officium ferratie occaſione ipſi ferratie, & fieri debeat condemnatio, & abſolutio, que legantur in conſilio, vel arengho, & ipſis lectis incontinenti dentur notarijs campanilis preciſe, & ſine tenore. Et iſtud capitulum attendatur & obſeruetur, quotiens dicta ferratia non erit vendita.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ inſtrumentum a conſilio Alex. ꝙ aliquis qui non ſit de corpore ciuitatis Alex. non poſſit acquirere per ſe, vel per aliam ſubmiſſam ꝑſonam aliquas terras, & poſſeſſiones, & res in podorio ſeu territorio caſtrinoui vallis burmie, quod Inſtrumentum factum fuit a Gerardo Cremonenſe Notario Milleſimo Ducenteſimo Sexageſimo tertio Inditione Duodecima Die Iouis, Decimooctauo Menſis Marcij. Attendatur & obſeruetur in totum, ſecundum quod in ipſo Inſtrumento, continetur ſine tenore ſecundū ꝙ ordinatum eſt ꝑ conſiliū p̄dictum in ipſo inſtrumēto continetur, & de voluntate & p̄cepto dn̄i Ruffini de mandello poteſtatis Alex. & conſiliarioꝝ eiuſdem ciuitatis.

ITem ſtatutū eſt ꝙ Poteſtas teneať elligere duos bonos homines & legales de loco caſtrinoui vallis burmie vel elligi facere infra quindecem dies poſtꝗ iurauerit regimen ciuitatis Alex. ꝗ debeāt elligere tres camparios vel plures de caſtronouo ſi placuerit conſilibus, & conſilio dicti loci ꝗ debeant iurare in manibus illorū ꝗbus iurauerint alij cāparij Alex. cuſtodire & ſaluare omnes poſſeſsiones fructus & godias poderij dicti loci & accuſare ſecundū formā & modū ciuitatis Alex. & pōtas & illi ꝗ ſupererūt ad exigendū & excuciendū ſiue agnoſcendū banna maſſarie teneanť capere excutere & facere ſibi acquitari dicta bāna & mendas, ſecundū modū & formā capituloꝝ ciuitatis Alex. capiendo & acquitari faciendo ſibi tam cito mendam ꝗ damnum, Que quidem banna oīa perueniant in cōe Alex. detracta parte campariorum, & mende perueniāt in cōe caſtrinoui predictum, videlicet ꝙ cōe Alex. tantum habeat mendas accuſationum que fient in nemoribus preſſarum, & in omnibus alijs boſchis mende vero omnium aliarū accuſationū perueniant in cōe dicti loci caſtrinoui predictam partē dicti cōis excuſsis mendis predictus Poteſtas teneatur eas mendas ſolui & acquitari facere ſindico caſtri noui predicti in parte dicti cōis infra .x. dies, & predicta attendantur, Donec placuerit dn̄is & cōi dicti loci.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis vel aliqui alicuius ville vel loci, vel eorū beſtie incurrerent banna guaſtorum loci caſtrinoui, ꝙ pōtas & illi qui ſupererunt bannis Ferratie, maſſarie excutiendis teneať mittere conſulibus ſeu poteſtati illius loci vel ville de qua vel de quo erit ille qui fuerit accuſatus vel beſtie ipſius, ꝙ faciant ſolui & acquitari dicta banna ſibi, & ei qui fuerit pro cōi pro predictis bannis petendis vel maſſario guaſtorum, ſecundum ꝙ fuerit predictis conſulibus vel poteſtati iniunctum, & ſi poteſtas vel conſules, vel cōe illius loci de quo fuerit accuſatus vel eorum beſtie incurrent, & non fecerit equitare cum dicta banna ſecundum quod fuerit predictis conſulibus iniunctum per poteſtatem vel per ipſum qui ſupererit dictis bannis excutiendis, Tunc poteſtas Alex, & qui ſupererit dicto officio, poſsit & teneatur capere de bonis & rebus hominum illius loci, & cuiuslibet ſingularis perſone de quo fuerit, qui fuerit accuſatus, vel cuius beſtie feciſſe damnum in campis dicti loci in ciuitate Alex, vſq; ad ſolutionē banni & mende in quo incurrerit occaſioni banni guaſtorum dicti loci, & hoc capitulum attendatur ſine tenore, donec placuerit dicto loco, & ꝙ factum eſt in duobus precedentibus capitulis locum habeat in boſchis dominorum & hominum & cōis ſezadij, ſi ipſis Dominis placuerit in omnibus, & per omnia. Que tria capitula ſuperius ſcripta de caſtronouo non teneantur poteſtas, & eius iudices, & familia attendere & obſeruare.

❡ De ſapiente dando in quolibet caſu per iudicem Ferratie.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ iudex ferratie teneatur & debeat dare ſapientem. & ſapientes in quolibet caſu & negotio ſeu queſtione vertente coram ipſo ſeu que verti poſsit & que verteretur ſemper & quotiens petentur ſub pena librarum decem pro qualibet vice, qua petitum fuerit. Et hoc totum habeat non ſolum in prudentibus & futuris q̄ſtionibus, verum etiam ad preterita extendatur.

❡ Quod nullus debeat accipere aliquem columbum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nullus debeat vel preſumat capere aliquem columbū aliquo modo vel ingenio in Alex. & diſtrictu nec tenere aliquod rete, nec aliquod aliud ingenium facere ad capiendum aliquē columbū domeſticū in cāpis retibus ſeu ingenijs, & qui contrafecerit vel aliꝙ p̄dictorū ſoluat pro pena & bāno pro quolibet columbo & qualibet vice ſoldos .lx. in denarijs numeratis ſine aliqua cōpenſatione, & quilibet camparius, & quilibet alius de conſilio poſsit accuſare Iudici ferratie & predicta bāna intelliganť & ſint bāna ferratie, & credať cuilibet accuſanti, & ꝙ Iudex ferratie teneať & debeat infra menſem poſtꝗ iurauerit officium ſuū habere duos homines de qualibet contrata ciuitatis Alex. & duos de qualibet villa loco vel caſali diſtrictus Alexā. qui iurent dare in ſcriptis ipſi Iudici omnes habentes ſeu tenentes aliꝗ retia ſeu aliqua ingenia apta ad crpiēdum aliquas aues a quibus & a quolibet ipſorū dictus Iudex teneať accipere & compellere a quolibet ipſorū bonam ſatiſdacionē de libris vigintiquinq; de non faciendo ſeu veniēdo cōtra predicta ſeu aliꝙ predictorū, & pater teneať ꝓ filio habitante ſecum, Quod capitulū & omnia ꝗ continenť in eo Iudex ferratie ſiue pōtas faciat cridari per ciuitatem, loca & caſalia Alex. & hoc preciſe & ſine tenore Quod capitulum attendatur in totum Non obſtante capitulo quod eſt ſub Rubrica, de non accipiendo columbos.

❡ De infraſcriptis feſtis celebrandis.

ITem Nos Ioannes de ygnario capitaneus Populi Anciani & quatuor rectores ſocietatis Iuſtitie. & ſapientes Populi ad hoc ellecti ꝑ eoſdem capitaneum, Anciāos & ꝗtuor, auctoritate & baylia nobis data & conceſſa a conſilio Populi ciuitatis Alex. & facto die decimoquarto menſis ſeptembris Statuimus firmamus & ordinamus, ꝙ per dn̄um poteſtaten nec per eius familia, nec per conſules Iuſtitie reddatur ius in infraſcriptis feſtiuitatibus, niſi tantum in maleficijs, & ꝙ aliqua pſona ciuitatis Alex. Iuriſditionis & diſtrictus non debeat audeat, vel preſumat laborare vel laborari facere in ciuitate Alex. Iuriſditione & diſtrictu in diebus dominicis, in feſto Natiuitatis dn̄i. in feſtiuitatibus ſancte Marie virginis, in feſtiuitatibus, circōciſionis, Epiphanie, Paſce, Aſcenſionis, & ſancte crucis, Nec in feſtiuitatibus apoſtoloꝝ & euangeliſtaꝝ ſancti Auguſtini, ſancti Euaſij, ſancti Blaxij. ſancti laurētij. ſācti Martini. ſancti Michaelis. ſancti chriſtophori, Nec in feſto omniū ſantorum, Nec in ſancto venere, Nec in feſto ſancti ſtephani. Nec in feſtiuitatibus apoſtolorū beatorū Ioānis baptiſte, & Euāgeliſte, ſancti. lodouici ſancti lodouici. ſancti dominici confeſſoris. ſancti Badulini, & ſancti georgij. Nec in aliqua ipſarū feſtiuitatū, ſub pena & banno ſoldoꝝ decem cuilibet perſone laborandi in dictis feſtiuitatibus vel in aliqua ipſarum cum bobus ſeu vachis, & cuilibet laboranti & cuilibet de brachijs pro qualibet ſoldoꝝ quinq; pro qualibet femina contrafaciente ſoldoꝝ duoꝝ, & pro qualibet pſona ꝗ dicta laboreria fieri faceret totidē vt ſup̄ declarať & ſi aliꝗs molinarius inuentus in Alex. fuerit molere in p̄dictis feſtiuitatibꝰ in dicto ſtatuto cōtentis ſoluat bannū in ſtatutis ferratie contentū vt ſup̄, & ſaluo ꝙ liceat cuilibet pſone ciuitatis Alex. iuriſditiōis & diſtrictus laborať & laborari facer̄ & laborrria cōis Alex. ſeu comitatu villarū & locoꝝ ſecundū ꝙ per cōe Alex. ſeu per aliꝙ cōe alicuius ville fuerit ordinatum & ꝙ liceat cuilibet pſone in dictis feſtiuitatibus aborrare meſſem ſpeltam auenam ordeū & facere burriolos lini, & metas lini, & traberelinū de aqua, & caneuā, tendere linū facere caſotolas lini & ligare linū, & ducere granū, blauā legumina & vinū & legna & oīa alia victualia ſemp in ciuitate de extra ciuitatem, & lignamen laboratū ad vendendum tantum, & trahere multicia, & facere mugia feni, & trahere vinum de torculari vel tina & ponere aquā in torculari, & tina & ducere blauas de campis, & eo ſaluo ꝙ molinarij poſsint reddere farinas ſemper, & continue omni die, & quod dn̄us capitaneus populi & eius familia teneatur & debeat predicta omnia & ſingula inquirere per ciuitatem & intus ciuitatē Alex. cum notarijs populi, & ſocietatis Iuſtitie & cum ipſo notario dictū officium facere, & cōtrafacientes punire & condemnare & exigere ad ſuam voluntatem preciſe & ſine tenore, & etiam de predictis facere Inquiſitionem in qualibet dictarum feſtiuitatum, & quod dicte pene ſoluantur in denarijs numeratis, & intelligantur & habeantur denarij ſoldorum Parma Mediolani, & ſimilium ꝓ dēarijs numeratis Et quod Iudex ferratie teneatur

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. МЕЧНИКОВА

& debeat predicta omnia & ſingula tam intus ciuitatem Alex. quã extra ciuitatem inquirere, & contrafacientes punire & condemnare, & a contrafacientibus penam & bãnum, ſeu condemnationẽ exigere, vt ſupra preciſe & ſine tenore. Ita ꝙ dictum officiũ quantum eſt in contrafacientibus extra ciuitatem ad dictum iudicem pertineat. Et ꝙ condemnationes que fient per predictos dños Capitaneum vel Iudicem Ferratie, nõ poſsint appellari nec cognoſci, ſeu de nullitate opponi.

¶ De non mutando nomen ſibi, ⁊ de nomine ſuo dicendo.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ quotieſcũq; iudex ferratie, vel per familiã ſuam iret ad inquirendum agros, & inueniret aliquẽ facientem damnũ, ꝙ quilibet teneatur & debeat dicere nomẽ ſuũ dicto iudici, & camparijs cõis, & non debeat ſibi mutare nomen ſuũ, ꝙ habet, & quo vulgariter nominatur, & ſi aliquis fecerit contra predicta vel aliquod predictorum ſoluat pro banno ſoldos. xx.

¶ De non tenendo vel paſcendo cum infraſcriptis beſtijs in infraſcriptis vijs.

ITem ſtatutũ eſt ꝙ aliqua ꝑſona Alex. vel diſtricta, ſeu aliunde nõ debeat ducere habere vel tenere aliquas oues, agnos, capras, motonos, vel caſtronos a pitio pataino in via que vadit verſus copariam, nec in via ceparie vſq; in burmidam, nec a Pitio ruffini aſinarij in via que vadit verſus anglarium, nec per viã anglarij recta via vſq; in burmidam, & qui contrafecerit ſoluat tantũ bannũ quantũ ſolueret in blauis alienis, & quilibet qui habet facere in dictis vijs, ſiue ſuper ipſis vel qualibet ipſarũ poſsit accuſare oẽs facientes contra predicta vel aliquod predictorum, & eis credatur cum Sacramento tam q̃ camparijs de predictis.

¶ De eodem in alijs vijs vt in iſto capitulo continetur.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ a ſtrata Marenghi vſq; ad viozoliã mortui que eſt prope cãpum mãfredi perelli & vſq; ad ſtratã pomarij, & a dicta ſtrata vſq; ad ſtratã ſancti Andree eundo vſq; in burmidam & in pomario inferiori tã q̃ durat lectum vrbe mortue alique oues, motoni vel caſtroni, non poſsint ſtare nec paſcere, & ſi ibi inuente fuerint ſoluat pro qualibet oue denarios octo.

¶ De non metendo foliam menſiis legumina neq; blauas aliquas alienas.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi quis metuerit foliã viridem meſsis ſpelte auene, ordei vel parmole in alieno cãpo ſoluat pro bãno ſoldos. x. pro quolibet faxe, & in troſſa ſoldos xx. & a troſſa ſupra vſq; in duas ſoldos. lx. Si vero colligent meſſem non maturã foliam, auenã, ordeum vel parmolã, viciã vel fabas milium vel panicũ vel herbã in predictis blauis non maturis vel aliqua earũ ſoluat pro quolibet faxe ſoldos. xx. predictarum blauarũ, & pro qualibet troſſa ſoldos. lx. Et nihilominus bannũ emendare teneatur, & tantundem pro menda & hoc capitulum attendat̃ ſine tenore. Non obſtante capitulo ꝙ eſt ſub Rubrica de herba in alieno prato meſſe vel inſula non ſeccãda. In nocte vero ſoluat duplum in omnibus predictis quantitatibus.

¶ Qđ ville Alex. ⁊ caſalia teneant̃ ⁊ debeant accuſatos vel bannitos de Ferratie ad petitionem Iudicis Ferratie preſentare.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi aliq̃ ꝑſona alicuius ville Iuriſditiõis Alex. vel caſalis dãnũ dederit in aliq̃bus blauis cũ beſtijs vel ſine in inſulis, pratis, vineis, nemoribꝰ cerbis vel alijs q̃buſcunq; rebus ꝓhibitis ꝑ ſtatuta ferratie & ab hoc accuſatus vel denũtiatus fuerit vel in bãno p̄dictis cauſis vel aliq̃ eaꝝ incurrerit & ip̄m nõ ſoluerit. ꝙ ille locus villa vel caſale, ſiue hoĩes & cõe dicti loci vel caſalis teneant̃ & debeãt ad req̃ſitionẽ iudicis ferracie vel eius nũtij ip̄m accuſatũ denunciatũ vel bãnitũ preſentare dicto iudici & in fortiam ipſius ponere, ꝙ ſi nõ fecerint homines dicti loci, ville vel caſalis, bãnum dicti accuſati ſoluere teneant̃ quemadmodũ dictus accuſatus ſoluere tenetur. Non obſtante aliqua exceptione iuris vel facti in contrarium allata.

¶ Qđ Iudex ferratie teneatur elligi facere xxiiij homines de quolibet quarterio qui dicant guaſtatores.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ iudex ferratie teneat̃ & debeat elligere ſeu elligi facere vigintiquatuor homines de quolibet quarterio qui ſint bone opinionis & bone fame de illis qui magis habent fecere quibus iurare faciat ꝙ ipſi accuſabunt & denuntiabunt oẽs quos inuenerint dare damnum vel facere in aliquibus rebus campeſtribus vel facere contra ſtatuta ferratie. Quibus vigintiq̃tuor, & cuilibet ipſorũ credat̃ tanq̃ campario & qui vigintiquatuor elligant̃ & elligi debeant infra dies. xv. poſt introitum ſui regiminis, & hoc totum preciſe & ſine tenore attendat̃, & duret eorũ officium per duos menſes, & ſubſequenter alij vigintiquatuor elligantur & ad predicta teneat̃ Iudex officiũ demandanda ſub pena librarum. x.

¶ De non dicendo nec faciendo in iuriam iudici ferratie.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi aliqua perſona dixerit vel fecerit iniuriã iudici ferratie vel eius familie exercendo officiũ ſuũ, ꝙ dictus iudex habeat liberã poteſtatẽ & bayliã, & arbitrium puniendi & cõdemnãdi illum vel illos qui eidẽ fecerint vel dixerint iniuriã ipſi iudici vel familie ſue ſm̃ ꝙ poteſt dñs poteſtas & forma eidem cõceſſa ꝑ ſtatuta cõis punire dicta vel facta pro iudicibus vel militibus & familia ſua.

¶ De non paſcendo cum beſtijs ininfraſcriptis vijs.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ alique oues caſtroni capre porci vel porche vel aliq̃ beſtie groſſe non debeãt intrare paſcere nec ſtare ſuꝑ ſtrata mortui territorij roboreti vſq; ad ſtratã porte marenghi & a dicta ſtrata inferius vſq; ad ripas tanagri & burmie & ſicut ꝓtendunt̃ ip̄e ripe a dicta ſtrata & campis inferius. Eo ſaluo ꝙ boues & equi laboratores poſsint ire ſtare & paſcere ibidem. Dũmodo nõ veniant nec faciãt contra ſtatuta ferratie vſq; in burmidam reuertendo per ripam burmide morte de bella cõuerſis vſq; in viazoliam qui finit ad guadum de orabonis & ſicut protendit̃ dicta viazolia vſq; ad burmidam ſancti Andree, & a dicta braida vſq; ad ſtratam marenghi, & qui contrafecerit ſoluat ꝓ banno ꝓ qualibet oue denarios quatuor, & ꝓ qualibet beſtia groſſa, niſi beſtie groſſe irent & ſtarent cauſa laborandi, & dicta banna beſtiarũ ſoluere teneat̃ dñs contrafacientiũ, & totidem ſoluere teneat̃ cuſtos dictarum beſtiarum.

¶ Qđ alique oues nõ poſsint paſcere citra circhã Bergolij niſi ꝑ vias publicas.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ alique oues non poſsint nec debeant ſtare nec paſcere citra circam in agris Bergolij, niſi ſolũmodo ꝑ vias publicas Bergolij eundo & redeundo ſub pena & banno que in capitulis ferratie cõtinet̃ ac ſi erunt inuente in alienis meſsibus, & hoc capitulum attendatur p̄ciſe & ſine tenore.

¶ De non tenendo in Bergolio niſi vnam troiam mariatam.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ aliq̃s qui habitet in bergolio nõ poſsit tenere nec mittere in cãpis vltra vnã troyam mariatã que faciat porcellos, & qui cõtrafecerit det ꝓ banno ſoldos. xx pro qualibet vice.

¶ De ordinatione inuentionum iudicis ferratie.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ in omnibus inuẽtionibus que deinceps fient ꝑ dñm Iudicem Ferratie cõis Alexan, ſufficiat ſolũmodo quod apponatur dies & nomen damnum dantis & territorium illius quarterij ſuper quo damnum datum fuerit & etiā cuius res eſt, & hijs appoſitis rite ſolemniter facta habeat illa inuentio nec quicquid obijci valeat vel opponi, & ſi obiectum vel oppoſitum fuerit ipſe iudex non teneatur audire nec ſapientem aliquem vel aliquos dare. Non obſtantibus aliquibus ſtatutis ordinamentis prouiſionibus reformationibus & conſuetudinibus in contrarium loquentibus a quibus omnibus ipſe Iudex ſit totaliter abſolutus. Illud fiat & obſeruetur, & habeat locum in omnibus inuentionibus preteritis factis per ipſum Iudicem.

¶ De reſficiendo ⁊ de nouo faciendo leuatas inſule Albareti.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ leuate inſule albareti reſficiantur & etiam de nouo fiant vbi non ſunt expenſis illarum perſonarum & eccleſiarum que habent terras & poſſeſſiones in dicta inſula ſm̄ quantitates terrarum quas ibi habent que claudūtur per ipſas leuatas. In inſula autem Albareti intelligantur eſſe omnes terre & poſſeſsiones q̄ ſunt a vineis de broliorio vſq; ad portam rezoliam, & ab ipſa porta rezolia per rectam viā foſſati vſq; in tanagrum, & ſecundum circuitum tanagri.

¶ Qđ Dn̄s Poteſtas ⁊ Iudex Ferratie teneantur incipi facere dictas leuatas infra octo dies poſt denuntiationem ſibi factam.

ITem ſtatuimus & ordinamus ꝙ dn̄s Poteſtas & Iudex Ferratie teneatur & debeat incipi facere predictas leuatas diruptas & alia neceſſaria ad faciendum ipſas leuatas infra octo dies poſtq̄ ei denunciatum fuerit & poſtmodum continue ſine intermiſſione laborari facere ad voluntatem maſſarij ſeu maſſariorum vſq; quo ipſe leuate, complete facte fuerint & reffecte.

¶ De non rumpendo vel aſſapellando dictas leuatas.

ITem ſtatuimus ꝙ nulla perſona collegium vel vniuerſitas audeat vel preſumat rūpere vel aſſapellare vel aſſapellari facere ipſam leuatam. Et ſi quis contrafecerit, & tanager propterea intrauerit in Inſulam Albareti. Poteſtas teneatur & debeat ipſum qui hoc fecerit condemnare in libris ducentum terdon. & ſi collegium vel vniuerſitas fuerit in libris quingentis terdon. & ad reſtitutionem damni faciendam, damnū paſſis in denarijs numeratis.

¶ Qđ Iudex Ferratie teneatur ſemel in mēſe inquirere ipſas leuatas ⁊ de non diminuendo ex ipſis.

ITem ꝙ nulla perſona audeat vel preſumat ex ipſis leuatis intus vel extra aliquid cauare vel diminuere, vel aliquid explanare vel explanari facere vel diminui. Et ſi quis contrafecerit condemnetur pro vnoquoq; pede pertice in ſoldis. v. terdon. & ad ipſas leuate reſtitutionem faciendam, & ꝙ iudex ferratie teneatur ſemel in menſe ad minus ire & inquirere ipſas leuatas & ſi quid in eis factum inuenerit feciſſe contra predictam formam eos teneatur facere reffici eiſdem, & condemnare illos vt ſupra quos inuenerit feciſſe contra predicta, & ꝙ nulla perſona audeat vel preſumat cauare vel cauari facere terram iuxta ſeu prope ipſam leuatam per ſpatium vnius pedis pertice, & ſi quis contrafecerit condemnetur in ſoldis. v. terdon. pro vnaquaq; pertica.

¶ De nō tenēdo vel paſcendo cum aliquibus beſtijs ſuper ipſis leuatis.

ITem ꝙ nulla perſona audeat vel preſumat mittere vel tenere ducere vel facere duci aliquas beſtias ad paſcendum ſuper ipſis leuatis vel in ipſis, & ſi quis contrafecerit det pro banno pro quolibet & qualibet vice, pro quolibet boue & vacha, aſino vel aſina, equo vel equa, mullo vel mulla ſoldos. v. terdon. & totidē ꝓ mēda cōi. Pro oībus vero alijs beſtijs minutis pro vnaquaq; beſtia ſoldorum vnum ꝓ vnaquaq; vice.

¶ Qđ maſſarij dicte vie faciant eam fieri ſicut melius videbitur.

ITem ꝙ ipſe maſſarius, ſeu maſſarij habent plenam bayliam, & auctoritatem faciēdi fieri ipſas leuatas de nouo refficiendi illas per illa loca, ſicut & quomodo ei ſeu eis videbitur conuenire, & habeat bayliam & auctoritatem, & libertatem liberā imponendi, & exigendi talias omnibus, & cuilibet habēti facere in Inſula Albereti, & ab omnibus habentibus ibi facere ad ipſius & eorum voluntatem inſpecta ſemper qualitate & quantitate eius ꝙ ibi quilibet ibi facere habuerit, & poſſederit, & etiam imponendi, & exigendi penas & banna omnibus, & ab omnibus perſonis non ſoluentibus taliā ad terminum eis datum per ipſos maſſarios, & ad ipſas talias penas & banna exigendas teneatur Dominus Poteſtas & eius familia & Iudex Ferratie dare fortiam ipſi maſſario, ſeu maſſarijs ad predicta facienda & exequenda totiens quotiens a maſſario, ſeu maſſarijs fuerint requiſiti, & etiam teneantur Dn̄s Poteſtas & eius familia, & iudex ferratie penas & banna pro predictis, & occaſione predictorum imponere & exigere ad ſuum merum & purum arbitrium & ipſa banna penas & condemnationes exigere. Ita tamen quod ipſi maſſarij non poſsint facere pro predictis exequēdis ſold. x.

¶ De leuando viam que eſt prope foſſatū porte Rezolie, a dicta porta vſq; ad portam Albareti.

ITem quod via foſſati, a porta rezolia vſq; iuxta portam Albareti leuetur expenſis illorum qui ſunt conſortes ipſius vie, & ſecundum ꝙ quilibet habet frontem iuxta ipſam viam, & predicta fiāt in arbitrium, & ad requiſitionem illius maſſarij, ſeu maſſariorum ad terminum per maſſarium, ſeu maſſarios ordinatum ſub pena & banno ſoldorum. xx. terdon. pro vnaquaq; pertica, & nihilominus predicta facere teneātur. & quilibet poſsit capere de terra foſſati cōis ad leuandū viā ipſam ſine contradictione alicuius, ſub pena & banno ſoldorum. lx. pro quolibet contrafaciente.

¶ De non paſcendo cum aliquibus beſtijs in Inſula Albareti.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nulla perſona audeat vel preſumat ducere vel duci facere ad paſcendum aliquam beſtiam in Inſula Albareti, & quod nulla beſtia debeat nec poſsit ire nec ſtare ad paſcendum in Inſula Albareti. & ſi aliqua perſona contrafecerit vel ſi qua beſtia inuenta fuerit ibi paſcere aliquo tempore anni, ſoluat pro bano Dominus ipſius beſtie pro vnaquaq; beſtia tantum quantum ſolueret, ſi reperiretur paſcere in blauis.

¶ De maſſarijs dictarū leuatarū, ⁊ de aſſortādis ipſis leuatis, ſicut eis placuerit.

ITem ꝙ Dn̄s Franciſcus blancus de marchello cum illo, vel cum illis quos elligere voluerit dn̄s Capitaneus ſint maſſarij dicte leuate, & ad predicta omnia & ſingula facienda que in dictis capitulis ipſius leuate continentur, & etiā plenā bayliam diuidēdi, & aſortandi ipſas leuatas inter illas perſonas que habent facere in Albareto ſicut ipſis maſſarijs, ſeu maiori parti ipſorum placuerit, & videbitur pro meliori.

¶ De decernendo, ⁊ deſignando vnam viam nouam ſcilicet a ponte nouo vſq; in foſſatum quod appellatur circha Bergolij.

ITem ſtatuimus & ordinamus ꝓ magna & euidenti neceſsitate & vtilitate omnium perſonarū euntiū, & venientiū in agros, & de agris quarterij Bergolij, & etiā aliunde ꝑ viā que appellat̄ via de valle ſicca, in territorio Bergolij, ꝙ dicta via ratione ſ, decernat̄, & ſignet̄ a ponte nouo vſq; in foſſatū ꝙ appellat̄ circha Bergolij ampla vbi nō eſt per perticā vnā ſaluis foſſatis, & ꝑdicta fiant vſq; ad mediū menſem Martij ꝓximi venturi, & ab vtraq; parte dicte vie fient foſſata vbi nō ſunt & reſficiant̄ vbi ſunt ampla deſup ꝑ mediū trabuchū, & ꝓijciat̄ terra q̄ extrahet̄ de dictis foſſatis verſus dictā viā & explanet̄ ꝑ dictā viā, & faciāt dicta foſſata ſeu fieri faciāt, & reſficere oēs tenētes

terras & poſſeſsiones coherentes dicte vie per frontem & per directum terre & poſſeſ-
ſiones quas tenent ſiue teneant. vt proprias ſiue ad fictum, ſiue ad locationem, ſiue ad
laborerium perpetuo vel ſaltem vſq; ad tres annos, ſiue eccleſia, hoſpitale, eccleſiaſti-
ca perſona, vel religioſa, vel ſecularis, & fiat in capite dicte vie prope pontem nouum
vna carrarolia de bonis lapidibus, lateribus, & cemento, & pons pontis porcelli refi-
ciatur & altius altetur q̃ eſt. Et fiant & aptentur dictus pons & carrarolia ſumptibus,
& expenſis omniũ tenentium vt ſupra terras & poſſeſsiões coheret dicte vie, & euntiũ
de dicta via & venientiũ ad dictã via, a dicto ponte nouo vſq; ad pontem porcellũ, & a
ponte porcello infra riuum vodi verſus dictam viã vſq; ad riuũ contandi, & a dicto ri
uo eundo per ſerram coſte vſq; ad montem inſulelle, & a dicto mente vſq; ad coſtellũ,
& de poſſeſsionibus, pẽdentibus verſus vallem valexelle, & que iacent in dicta valle, &
a dicto ponte porcello infra riuum pontis cohẏ, & pontis rubei, verſus dictam viam,
vſq; in poderium ſancti Saluatoris, & contineatur vbi dicitur ad cellez vallaria quar
ta plancheta, & colorium, & alio quo nomine vocentur vſq; in dictum poderiũ ſancti
Saluatoris. Saluo ꝙ de pratis riui de braydis, & planete nõ contineanť, & ſi maſſarij,
& taliatores omnibus tenentibus vt ſupra, Obertinus filius Dñi Antonini guaſchi,
Florius mantellus, Antonius celerinus. & Manfredus ſtraneus. & arbitrio,
& laudamento, vel maioris partis ipſorum, & iudicis Ferratie de dicto laborerio bene
facto, & completa, & ſint facta dicta foſſata, & dicta carrarolia & pons. & completa
vſq; ad kal. Iunij proximi venturi, & qui non fecerit dictum foſſatum vt ſupra amit-
tat pro banno, & pena ſoldos x. pro qualibet pertica, & ſoldos pro quolibet tra
bucho, & ſic pro rata vſq; ad dictum terminum, & a dicto termino in antea denarios
duodecim pro qualibet die, & qui non ſoluerit dictam taliam ad terminum ordinatũ
per Iudicem Ferratie amittat pro banno & pena ſoldos. v. & pro quolibet die quo ſte-
terit ad ſoluendum vltra dictum denarios duodecim. Que banna & pena poſtq̃ fuerint
curſa & data teneatur dictus iudex ferratie excutere infra dies. xv. in denarijs numera-
tis, vel in bonis pignoribus, medietas quarum penarum & bannorum perueniat in cõ
mune Alex. & alia medietas deponatur penes priorem fratrum ſancti Stephani de Ber
gollio, & ad hoc vt expendantur vbi & quando magis fuerit opportunum in dicto la-
borerio, & ꝙ aliqua perſona volens ire & redire in agros, & de agris de dicta via non
faciat ſapellum de dictis foſſatis de terra, ſed faciat pontem. Et qui contrafecerit ſit in
banno, & ſoluat pro banno, & pena pro qualibet perſona, que fecerit, ſeu fieri fecerit
dictum ſapellum, & pro quolibet ſapello ſoldos. v. Et nihilominus poſsidens vt ſupra
teneatur dictum ſapellum leuare infra triduum quo fuerit factum ſapellum ſub dicta
pena, & a dicto termino in antea denarios duodecim pro quolibet die quo ſteterit ſa-
pellum ad leuandum, & iudex ferratie teneatur ire quolibet menſe ſemel ad minus ſal
uo de menſe Ianuarij per dictam viam ad inquirendum, ſi aliquid eſſet factum contra
predicta vel aliquod predictorum, & fiat ratio de predictis bannis, & talijs excuſsis, &
datis, & expenſis factis in dicto laborerio de tribus menſibus, in tribus menſibus per di
ctum Iudicem Ferratie, & dictos maſſarios in preſentia octo illbz quibus fuerit plus
taliatum ad faciendum dictum laborerium, & fiat dicta talia per predictos maſſarios
oĩbus tenẽtibus vt ſup̃ ſm qualitatẽ & quãtitatẽ dictaꝝ terrarũ & poſſeſsionũ, & iſtud
capitulũ ſit ꝑciſum vltimũ & derogatoriũ oĩbus capitulis ordinamẽtis & reformatio
nibus cõſiliorũ & ꝓuiſionibus huic capl'o in aliquo obuiantib⁹ vel ꝯdicẽtibus, & poſsit
q̃libet denũtiare iſtud capl'm dño Poteſtati & iudici ferratie, & ſi nõ attẽderint, & non
obſeruauerint pñs capl'm, & ea q̃ cõtinenť in eo. Amittat dñs Poteſtas de ſuo ſalario li
bras. xxv. & iudex ferratie lib. x. & a petitione cuiuſlibet ꝑſone Alex ſindicari poſsint.
Nec poſsint de ipſo capitulo abſolui nec tẽpus ꝓrogari aliq̃ ratione, nec ꝑ aliquẽ mo
dũ ꝑ aliq̃ perſonã cõe vel collegiũ niſi ſalũmodo ꝑ ſummũ Pontificẽ. Eo ſaluo ꝙ ſi cõ
tigerit ꝓpter dictã viã faciendã vt ſup̃ aliqd tolli vel accipi de aliqb⁹ poſſeſsiõibus ali-
cuius ꝑſone debeat pars poſſeſsiõis q̃ accipieť ei ꝑtio quo ꝑ duos legales hoĩes ad hoc el
lectos ꝑ dñm Capitaneũ Ancianos, & q̃tuor fuerit extimata, ꝙ capl'm firmatũ fuit.

De beſtijs de blauamine nõ tenendis in Bergolio nec Pozolaſcha.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nulla perſona de Bergolio, & pozolaſcha ſecularis eccleſiaſtica vel religioſa perſona, nec aliunde vndecunq; ſit vllo modo poſsit nec debeat habere nec tenere in territorio Bergolij, nec Pozolaſche extra foſſatum Bergolij, vel pozolaſche circũſiſtentis circuitu domorum, & edificiorum Bergolij, & pozolaſche aliquam beſtiam ſuam, nec alienam ouinam paruam, ſiue magnam caprinam, edinam, aſinum, nec aliquam vacham, manzium, vel manziam, vitulum, vel vitulam, neq; aliquam beſtiam cauallinam de baſto, neq; aliquam beſtiam de blauamine, & ſi quis faceret contra preſens ſtatutum in aliquo vel reperiretur habere vel tenere aliquã ex predictis beſtijs prohibitis per ſe vel per alium, & dicta banna ſeu bannum ſoluere noluerit vel ſe deffenderet priuilegio eccleſiaſtico vel clericali, ꝙ pater illius eccleſiaſtice, vel religioſe perſone ſiue frater ſeu fratres ſi pater non haberet qui eſſet ſoluendo, & poſt predictos alij propinquiores vſq; in tertium gradum attinentes eidem eccleſiaſtice perſone vel religioſe dictum bannũ & banna ſoluere teneantur & debeant ſine aliqua exceptione, & deffenſione. Et ꝙ nulla perſona aduocare, allegare, vel aliquod patrocinium facere contra preſens ſtatutum in fauore alicuius perſone que reperiretur feciſſe cõtra preſens dictum ſtatutum ſub pena & banno ſoldorũ. lx. terdon. pro quolibet aduocato, & pro qualibet vice, & ꝙ dñs Poteſtas & eius familia, & iudex ferratie omnia & ſingula predicta banna a predictis exigere, & excutere teneantur & debeant in denarijs numeratis, & ꝙ dictus dñs Poteſtas, nec aliquis de eius familia, neq; Iudex ferratie poſsit concedere alicui perſone tenere vel habere contra preſens ſtatutũ aliquã beſtiã ex predictis beſtijs ꝓhibitis, & ſi cõceſſerit nõ valeat dicta conceſsio & licentia, & preſens ſtatutum ſiue ordinamẽtum preciſe & ſine tenore ponatur in ſtatutis & volumine ſtatutorum cõis Alex. & Ferratie. Ita ꝙ pro ſtatuto preciſo habeatur & obſeruetur in alijs penis & bannis contentis in alijs ſtatutis Ferratie cõis Alex. Quod ſtatutum & ea que continentur in eo locum habeant in grindolata.

De beſtijs non tenentis ad paſcendum in via inſule noue.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ alique vache ſeu aliq̃ beſtie minute nõ poſsint paſcere neq; ſtare in toto anno in via deuerſus nouellã inſulam veniẽdo vſq; in burmidã & vſq; ad põtem ſancti Petri capitis vitis, & ſicut vadit via q̃ eſt apud dictũ põtẽ vſq; in riale cagnolie, & ſicut vadit ipm riale vſq; in burmidã vel lectus vrbe deuerſus inſulã nouellã veniendo verſus ciuitatẽ vſq; in Burmidã ſub pena que in capitulis de pratis cõtineť.

De non eundo cum aliqua beſtia cauſa ducenndi lignia de boſcho cerrete.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ vt cerreta melius cuſtodiať & cuſtodiri poſsit, ꝙ aliqua perſona de Alex. vel diſtrictu nec etiã aliũde poſsit, andeat vel preſumat ire vel mittere in cerretam cum aliquibns beſtijs, aſininis, mulis, roncinis, vel roncinabus cauſa incidendi vel ducendi ligna de dicto boſcho, nec incidere ligna de dicto boſcho, vel ducere cum dictis beſtijs, vel aliquibus ex ipſis. Et qui contrafecerit ſoluat ſoldos. xx. pro qualibet beſtia. Saluo ꝙ illi de Gamondio poſsint ducere de lignis dicti boſchi cum plauſtro & bobus cum licentia capitis ſedecene que ſit ſcripta in libro cõmunis, & ꝙ Poteſtas teneatur & debeat mittere Iudicem Ferratie vel militem ſuum ad minus bis in menſe pro inquirendo damnum dantes & facientes in dicto boſcho, & ꝙ familia ipſius Poteſtatis poſsit accuſare quemadmodum iudex ferratie omnes damnum dantes & punire vt ſupra. Cuius pene tertia pars ſit, & eſſe debeat familie dicti Domini Poteſtatis, & cuiuſlibet capientis ſiue capientium, & alia tertia illius cuius fuerit ſedecena, & alia tertia pars ſit cõis Alex.

De damno dato in poſſeſſione alicuius quod propinquior teneatur ipſum emendare.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi aliquis qui habitet in Alex. ſiue Bergolio habet vel habebit aliquas terras vel poſſeſsiones in poderio ſiue territorio alicuius ville, caſalis, ſiue loci diſtrictis Alex. & ei datum fuerit aliquod damnum in blauis, herba, lignis, lino, & leguminibus, vel in aliquibus rebus natis in dictis campis & poſſeſsionibus, ꝙ ille locus caſale ſeu villa, qui fuerit propinquior illi poſſeſsioni in qua damnū datum fuerit teneatur, & debeat dictum damnum emendare, & emendari facere, vel preſentare damnum dantem vel facientem, ſeu dantes & facientes Iudici Ferratie quā mendam iudex Ferratie teneatur fieri facere ad requiſitionem illius damnū paſsi infra dies .xv. poſtq̄ denuntiatum fuerit & hoc capitulum attendatur ſine tenore.

¶ De beſtijs minutis in pratis non intrandis.

ITem ꝙ alique beſtie minute in toto anno non debeant intrare in ipſis pratis & aq̄ritijs de roſto, nec tranſire aliquem de predictis xoratoribus de roſta ſub pena & bāno ſoldi vnius pro qualibet beſtia & pro qualibet vice, & dictus maſſarius roſte poſsit accuſare ipſas beſtias, & credatur ei cuius medietas banni perueniat in cōe Alex. & alia medietas perueniat in ipſum maſſarium, & etiā camparius ſiue camparij aquaricinoꝝ ſiue pratorum de roſta poſsint & debeant accuſare, & habeant quartam partem accuſationum quas facient, & eis credatur ſicut camparijs aliarum rerum, & iudici ferratie & eius familie.

¶ Qđ nullus debeat accipere qualias vel perdices ad qualiatorem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nullus debeat accipere qualias vel perdies ad qualiatorem in meſsibus, leguminibus, vel lino, vel alibi, & Poteſtas teneatur & faciat preconizari per ciuitatem Alex. & per villas & loca cōis Alex. & legi hoc capitulum in duabus primis concionibus, & qui contrafecerit det pro banno ſoldos x. ꝓ qualibet vice, & qlibet poſsit accuſare, & habeat medietatem banni, & hoc capitulum in volumine maiori cōis Alex. in libro ſecundo in cartis. xliij.

¶ De camparijs elligendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ camparij elligantur ad octauam ſancti Michaelis pro cuſtodia agrorum & vinearum videlicet per bonos homines & legales habentes plures & maiores poſſeſsiones videlicet quatuor de camparia qualibet qui quatuor elligant ipſos camparios, & ipſos elligant, & diuidant camparias inter ipſos camparios antequam ſe ſeperent de inſimul. Quod locum habeat in camparijs ciuitatis, & Bergolij. In camparijs autem caſalium & villarum elligendis, elligantur duo vel quatuor homines pro quolibet caſali, & qualibet villa inſpecta qualitate loci qui ſint de ditioribus &c. quia poſitum eſt alibi.

¶ Qđ quilibet qui habet modios decem terre ⁊ prati debeat plantare ſextarios quatuor vinee ⁊ plus ſecundum poſſeſsiones.

ITem ſtatuimus & ordinamus ꝙ quilibet homo de Alex. habens terras & prata pro quolibet qui habet modios decem terre plantet & plantare debeat & faciat ſeſtarios quatuor vinee, & a decem modijs ſupra plantet & plantare debeat modium vnū vinee, & pro quolibet modio terre, arbores quatuor fructiferas in quolibet modio terre ſub pena & banno ſoldorum centum pro quolibet anno quo inuentus fuerit predicta non feciſſe, & pro qualibet arbore non plantata ſoldorum .v. terdon. & quod iudex ferratie preſens & futurus teneatur & debeat vinculo ſacramenti, & ſub pena librarum viginti quinq; terdon. de ſuo ſalario inquirere & inquiſitionem facere de predictis in ciuitate locis & villis Alex. ſemper a feſto ſancti Michaelis vſq; per totum menſem Aprilis, & eos punire & condemnare vt ſupra que pene computentur in ſolutione ſui ſalarij per clauarium cōis, & predicta cridentur ſemper iuxta feſtum ſancti Michaelis per octo dies omni anno, & Dominus Poteſtas, Capitaneus Anciani, & Quatuor preſentes & futuri ꝓ p̄dictis fiendis, debeant requirere & requiri facere in quolibet regimine de menſibus octobris & martij, omnes rectores, conſules, & maſſarios villarum & locorum iuriſditionis Alex. & diſtrictus, & eis imponere ꝙ obſeruent & obſeruari faciāt in locis ſuis omnia ſupraſcripta contenta in p̄ſenti capitulo ſub pena & banno librarū xxv. terdon̄, que ſupradicta locum nō habeant in iam habentibus vineas & arbores plantatas ſecundū formam p̄ntis capituli, & hoc capitulū attendat̄ ſine tenore.

¶ De beſtijs non tenendis ſuper foſſatis ciuitatis Alexan. ⁊ Bergolij.

IN Palatio veteri cōis Alex. placuit dn̄is Vicario, & Ancianis Populi, & quatuor rectoribus ſocietatis regalis ciuitatis Alex. & per eos concorditer. Prouiſum, ordinatum & firmatum fuit baylia, & auctoritate quibus funguntur, & omni modo & iure quibus melius poſsint ꝙ cuilibet beſtie minute inuente ſeu inueniende ſuper foſſata, ſeu barbachanas ciuitatis Alex. per dn̄m Iudicem ferratie vel eius familiam, ſub pena & banno ſoldorū quinquaginta terdon. que pena valeat tam in inuentionibus & condemnationibus factis q̄ etiam faciendis per preſentem Iudicem ferratie, & eius familiā quam etiam ſucceſsiue futuros. Non obſtantibus aliquibus ſtatutis prouixionibus ſeu reformationibus in contrarium loquentibus.

INCIPIT LIBER
NONVS DIMISSIS CAPITVLIS
SOCIETATIS POPVLI
quia erant caſſata.

¶ Qđ quelibet perſona poſsit vendere ad iuſtam penſam in Alexandria.

ITEM Statutum eſt, ꝙ quelibet perſona poſsit in Alex. & diſtrictu vendere licite, & impune ad iuſtam penſam & menſuram ſine aliqua dacita introitus alicuius ſocietatis. Non obſtante aliquo ſtatuto deueto vel ordinamento cōis vel populi ciuitatis Alex. ſuperiori aut inferiori alicuius ſocietatis, & hoc totum preciſe & ſine tenore.

¶ De ſecuritate a campſoribus facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ illi qui ſunt vel erunt numularij, vel cāpſores teneantur, & debeant facere bonam & Idoneam ſecuritatem de reſtituendis, & ſoluendis omnibus hijs que ipſi recipient, & habebunt ab aliquibus perſonis, collegijs, vel vniuerſitatibus, & qui nō fecerunt ſecuritatem arbitrio Poteſtatis non poſsint nec debeant tenere cambium, nec caſsiā, nec tenere tapetū.

¶ De foſſato aque nigre mundando.

ITem ſtatutum, firmatum, & ordinatum eſt, ꝙ foſſatum Aquenigre, a ponte aque nigre in ſtrata fori vſq; in tanagrum remondetur amplietur, & excroſſetur per conſortes dicti foſſati ab vna parte, & ab altera ipſius foſſati, tantum quantum videbitur vni ſcilicet Petro macie qui ſit & eſſe debeat arbiter, & maſſarius dicti foſſati. Quod foſſatum remondetur, amplietur, & excroſſetur vt ſupra infra menſem vnum, & ſi aliquis de predictis conſortibus non fecerit vt ſupra amittat bannum ad voluntatem poteſtatis, & hoc capitulum ſit preciſum, & ſine tenore.

¶ Qđ quilibet poſsit exercere artem ſiue miſterium in Alex. libere ⁊ impune.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ quelibet perſona vndecunq; ſit poſsit & ei liceat impune, & ſine eo ꝙ poſsit aliquos prohiberi facere, & exercere artẽ, & miſterium quam & quod voluerit in Alex. & diſtrictu, & ſine eo ꝙ teneat ſocietatem aliquam, & dictam artem facere, ſeu exercere poſsit in quocunq; loco quo voluerit dum tamen dictam artem faciant Iuſte & legaliter. Non obſtantibus aliquibus ſtatutis, & ordinamẽtis, vel decretis reformationibus, vel prouiſionibus cõis vel populi vel ſocietatis Alex. in contrarium loquentibus.

¶ De beccharijs.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ illi qui vendunt carnes recentes in Alex. ſiue vendent teneant per ſacramentum quod non debeant facere furtum, nec conſentire furtum alicuius ciuis Alex. nec emere debeant aliquod furtum ſe ſcientibus nec aliquam beſtiam furatam, & ſi quis contrafecerit vltra quantitatem denariorum Ita ꝙ ſit apertum vel manifeſtum aliquo modo det pro banno libras. x. pro qualibet vice, & rem furatã vel eius extimationem reſtituere teneantur ei cui furtum factum fuerit in duplum, & ſi bannum ſoluere non poterit ſit expulſus de ſocietate beccariorum, & non vendat carnes in Alexan. nec in Iuriſdictione Alexan. Donec bannum ſoluerit, & precepto Poteſtatis ſteterit.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, quod aliquis non debeat vendere carnes recentes troie que fecerit porcellos vſq; ad feſtum nec debeat facere ſignum vnum, niſi fuerit porcellus maſculus, vel aliquod aliud ſignum, niſi ſecundum ꝙ beſtia det pro bãno ſoldos. xx. pro qualibet vice vendere nec vendi facere carnes aliquas nec inrabiatas ſub beccharijs, nec ante beccharias, nec in domibus beccharıarum. Et qui cõtrafecerit det pro banno ſoldos. xx. ꝓ quolibet & qualibet vice, & quilibet poſsit accuſare, & habeat medietatem banni.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, quod ſi aliquis emerit aliquam beſtiam mortuam vel vel non poſsit ad becchariam venire becchariam conſtructam citra tanagrum, & vltra tanagrum. Et qui contrafecerit det pro banno ſoldos pro qualibet vice.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis de Alexan. emerit ab aliquo porchum vel porcham aliquam & fuerit gramegnoſus, vel gramegnoſa debeat extimari, & laudari ꝑ duos homines quos venditor & emptor ellegerint qui extiment deterioramentum ipſius beſtie que vendiderit illud refferre deterioramentum debear ipſius beſtie emptori ſecũdum extimum factum per infraſcriptos, vel maiorem partem eorum in cõcordia fuerint, & ſi non fuerint in concordia, compellantur per Poteſtatem, quod debeant eſſe concordes antequam recedant coram Poteſtate vel Iudicibus ſi vero venditor noluerit ſtare laudamento & extimo predicto, teneatur reddere pretium ipſius beſtie emptori quod acceperit, & recipere ſuum porchum, vel porcham gramegnoſe vendant extra beccharias ſupraſcriptas contentas, & becchariorum inſtrumenta conſtitutas pro gramegnoſis. Et qui contrafecerit det pro banno ſoldos decem pro qualibet vice qua vendiderit.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, quod ſi aliquis emerit porchum ab aliquo homine, & ipſum ſcriuerit eſſe gramegnoſum, & non fuerit inuentus gramegnoſus in veritate det pro banno ſoldos xx. pro qualibet vice, & aliquis non faciat alicui inſignia alicuius beſtie, niſi fuerit maſculus, & aliquis non debeat emere aliquam beſtiam ab aliquo beccario occaſione ingenij vendendi alias carnes ſub ipſis inſignis que non fuerunt de maſculo, & qui contrafecerit in aliquo predictoꝝ det pro banno ſoldos. xx. pro qualibet vice, & virga porchi & caſtroni debeat ſemp̄ eſſe & remanere tã in porcho quã in caſtrono, & virga caſtroni in caſtrono & quilibet poſsit accuſare & habere vt ſupra.

¶ De carnibus recentibus niſi ad iuſtam penſam non vendendis ⁊ de modo vendendo.

ITem ſtatutũ, & ordinatum eſt, ꝙ aliqua perſona que vendit ſeu vendere voluerit aliquas carnes recentes in Alex. vel Bergolio, non vendat, nec vendere poſsit niſi ad iuſtam libram marchi & qui contrafecerit puniat̃ quilibet & qualibet vice in ſoldis xx. terdoñ ſaluo ꝙ quilibet poſsit vendere

beſtie & alie bone carnes & cuilibet liceat vendere & emere beſtias q̃drupedes ſine pẽſa viuas, & ꝙ quilibet de Alexã. vel aliunde poſsit & ei liceat vendere carnes recentes in Alex. & diſtrictu vbicunq;, & in quo loco voluerit ſine pena & banno, & ſine contradictione alicuius & cuiuſcunq; perſone, non obſtantibus aliquibus ſtatutis vel ordinamentis ſeu decretis reformationibus vel ꝓuiſionibus cõis vel populi Alex. in cõtrariũ loquentibus dũmodo dictas carnes vendant ad libram, & ad iuſtam penſam & modo infraſcripto videlicet libram carnium caſtronũ a feſto paſce reſurrectiõis dñi vſq; ad calẽdas auguſti dẽarios ſex & dimidiũ Impr̃. librã carniũ terrucie denarios qnq; Impr̃. libram aliarum carnium ouium que non ſunt terrucie denarios quatuor & dimidium Impr̃. libram carnium porchi maſculi denarios ſex Impr̃. librã carnium porche caſtrate dẽarios quinq; Impr̃, libram carnium bouium pulcrarum denarios q̃tuor Imp. libram aliarum carnium bouium non Ita pulcrorum denarios tres & dimidiũ Impr̃. libram carnium vache denarios tres Impr̃. libram carnium caprarum denarios tres & dimidium Impr̃. libram carnium tauroni & bichi denarios quattuor Imperiali. libram carnium verri denarios quatuor & dimidium & non plus a p̄dictis vero Kal. auguſti vltra vſq; ad feſtum paſce reſurrectionis dñi, vendere teneantur & debeant libram quarũlibet carnium ſupradictaꝝ minus quam ſupradictum eſt Papienſem vnũ pro qualibet libra, & dictas carnes vendant & vendere debeant ſine aliquibus addicionibus ſeu iunctis de pedibus capitibus, collis ſeu aliquibus ſeu inteſtinis & quod aliqua perſona non poſsit nec debeat inflare aliquam beſtiam ſub pena & banno ſoldoꝝ. xx. terdoñ, pro qualibet beſtia & qualibet vice & quilibet qui fecerit vel venerit contra predicta ſeu aliquod predictorum puniatur in ſoldis quinq; terdoñ pro quolibet & qualibet libra, & qualibet vice, & quilibet poſsit accuſare & eis & cuilibet eorum credatur ſuo ſacramento & ſi aliquis beccharius vel alius conſuetus vendere carnes recentes recuſauerit ſeu voluerit vendere carnes vt ſupra poſtquam ei vel eis fuerit dictum vel denunciatum ex parte dñi Poteſtatis vel eius familie & ſteterit per dies quindecem poſt ipſam denunciationem quod nolet ſeu noluerit vendere vt ſupra tunc ipſo iure ſit in banno ita quod non audiantur de Iure in cauſa ciuili nec poſsint exercere officium beccarij vſq; ad annum vnum, Et ſi exercuerit ſeu vendiderit carnes poſt predicta infra ipſum annum puniatur pro qualibet vice in libris decem, & poteſtas teneatur denunciare vel denunciari facere, ſeu precipere vel precipi facere conſulibus beccariorum quod faciant & obſeruent id quod in preſenti capitulo continetur, & facta dicta denũciatione ſeu precepto ipſis conſulibus intelligatur facta eſſe & factum cuilibet vendẽti ſeu vendere volenti, & facienti carnes recentes, Que omnia & ſingula p̄dicta & infraſcripta dñus poteſtas & eius familia teneat & debeat attendere & obſeruare, & attẽdi

& obſeruari facere preciſe & ſine tenore. Nullo ſtatuto ordinamento generali, vel ſpeciali, de quo expreſſam oporteat fieri mentionem lectis, vel nō lectis. Que omnia hic expreſſa & ſpecificata intelligantur, & nulla prouiſione, reformatione, ſeu denuntiatione populi, vel cōis obſtante, & ſpecialiter ſtatutum quod loquitur de prerogatiua populi, & prouiſionibus faciendis, & ſi quid in contrarium factum eſt, vel fieret ipſo iure non valeat, & iſtud in ſuo robore perſeueret, & ſi Poteſtas vel eius familia predicta non obſeruauerit de ſuo ſalario, vel de ſuo proprio, perdat libras centum que ipſo iure perueniant in cōe, & poſſit a quolibet ſindicari, & ſi aliqua perſona diceret, vel allegaret coram Dominis Poteſtate, & eius familia, Capitaneo, vel eius familia, Ancianis, & quatuor Rectoribus in ſeruitio, & in fauorem becchariorum, vel aliorum, qui conſueti ſunt vendere carnes recentes in Alex. aliquid quod eſſet contrarium huic ſtatuto in toto vel in parte ipſo iure incidat in banno librarum vigintiquinq; de quo banno fiat condemnatio per poteſtatem, nulla ei data deffenſione, nec aliquis audeat, vel preſumat preponere, vel arongare, ſeu ſcribere in aliquo conſilio publico vel priuato populi vel cōmunis arengo amaſſamēto vel aliquid quod ſit contra preſens ſtatutum in toto vel in parte. Et qui contrafecerit puniatur preponens in libris decem, arengans in libris vigintiquinq;, & ſcribens in libris decem. Et nihilominus vltra dictas penas excludatur ab omni officio & baylia cōmunis Alex. vſq; ad annum vnum, & ſuper hoc elligantur guardie per ipſum poteſtatem, qui debeant accuſare oēs contrafacientes quibus credatur cum iuramento, & habeant tertiam partem banni.

¶ Qō aliquis beccarrius ſeu quilibet alius exercens artem beccarie a calendis Iunij in antea nō debeat vendere carnes porchinas.

Item ſtatutum, & ordinatum eſt, quod aliquis beccharius, ſeu quilibet alius qui exerceat artem beccharie non audeat, ſeu poſſit, vel debeat vendere carnes porchinas a kalendis Iunij, in antea vſq; ad ſanctum Michaelem alicui reuenderolio, ſeu reuenditrici, vel tabernario vltra libras quatuor in die, & quod aliquis tabernarius reuenderolius, ſeu reuenderolia carnium non audeat, vel poſſit emere carnes porchinas, a dictis Kalen. Iunij vſq; ad ſanctum Michaelem, vltra dictas quatuor libras in die ſub pena becchario qui vendidit ſoldos quinq;, pro qualibet libra, & qui emerit totidem, & dicti beccharij teneantur & debeant dictas carnes porchinas dare & vendere omnibus petentibus, & emere volentibus, preterquam dictis tabernarijs, & reuenderolijs niſi vt ſupra, & predicta dñs Vicarius teneatur inquiri facere, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

¶ De mutura grani accipienda a molinarijs vt infra.

Item ſtatutum, & ordinatum eſt, quod molinarij, ſiue aſinarij teneantur, & debeant accipere ſuam muturam grani ſibi dati, & cuiuſlibet alterius blaue ad penſum, quam habere debent de grano, ſiue blaua, quam portabunt de barono dantis blauam ad molendum, ſcilicet de quolibet modio grani, ſeu blaue minam vnam. Ita quod modius remaneat integer ad portandum, & tantum minus pro rata, & quilibet molinarius, ſiue aſinarius. Et qui contrafecerit ſiue dictum blauam noluerit accipere puniatur pro quolibet, & qualibet vice in ſoldis viginti. Ita quod granum ſeu blauam quā accipiet, & portabit teneatur, & debeat accipere ad penſum, & reddere ad idem penſum, & in eadem quantitate ponderis, vt in proximo precedenti capitulo continetur & quod nullus molinarius nō poſſit mollere granum poſt linoſam niſi antequam molat granum moluerit poſt dictam linoſam de ſuo vel alia blaua, ſua ad minus ſeſtarios quatuor ſub pena pro qualibet vice ſoldorum .xx. terdon. & quilibet poſſit accuſare, & teneatur priuatus, & credatur eius Sacramento, & habeat medietatem banni, & publice, & ſpecialiter cridetur in ripa tanagri.

¶ De grano ⁊ blaua reddendo a molinario ad menſuram ſi non accipit penſatum.

Item ſtatutum, & ordinatum eſt, quod quelibet perſona que dederit, ſeu dare voluerit granum, vel aliam blauam ad molendinum, ſine penſo molinarijs, ſiue aſinarijs teneatur & debeat eum, & eam recipere & portare ad molandinum, & reddere & reddi facere eidem pro quolibet ſeſtario grani, & blaue ſeſtarium culmum farine detracta mutura. Que mutura accipiatur de ipſo grano, ſiue blaua portato, ſiue portata & non de barono. Saluo quod per commune Alexandriæ molatur, ſeu moli faciat, & fiat modios duos grani, & cognito quid eſſe poterit, tunc ad idem modum reddantur farine.

¶ De molinario ⁊ aſinario ſuo detinendo.

Item ſtatutum, & ordinatum eſt, quod domini, & domine grani, & blaue, ſeu farine, & quilibet eorum, & quilibet de ſua familia, & quilibet eorum nuntius poſſit molinarium ſiue aſinarium, & aſinos ad ſuam voluntatem retinere auctoritate ſua donec integre ad penſum vel ad menſuram reſtituerit ad voluntatem domini, ſeu domine vel nuntij ſui, & ſi molinarius in aliquo cōtrafaceret, vel veniret puniatur pro quolibet & qualibet vice in ſoldis viginti.

¶ De credendo Domino ⁊ Domine qui ⁊ que granum dederit ad molendum ⁊ eius nuntio.

Item ſtatutum, & ordinatum eſt, quod in omnibus ſupredictis, & occaſione predictorum credatur, & plena fides adhibeatur Domino vel Dñe, & cuilibet nuntio ſuo, prout dixerit tam de grano, ſeu blaua dato, & data ad molandinum quam de farina reddita & reddenda, & de omnibus fraudibus cōmiſſis in aliquo de predictis occaſione predictorum capitulorum.

¶ Quod omnia iſta capitula debeant eſſe in fauorem dantis granum ⁊ blauam.

Item ſtatutum eſt, quod predicta omnia & ſingula capitula intelligantur eſſe facta, & ſint in fauorem dantium granum, & blauam ad molandinum, & ſaluis omnibꝰ alijs ſtatutis factis, tam per commune, quam per conſilium ſuper molinarijs, & molandinis, & in penis contentis in eis.

¶ Quod domini molandinorum bonam ſecuritatem faciant pro omnibus ſuis molinarijs.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, quod Domini molandinorum teneantur bonam & idoneam ſatiſdationem preſtare pro omnibus ſuis molinarijs, camolis, & farinarijs, & quibuslibet alijs operantibus in molandinis de ſaluanda, & cuſtodienda blaua que portabitur ad ipſa molandina per quācunq; perſonam

pro quolibet panello ſoldos duos, & perdat panellos, & poteſtas teneat eos facere iurare, ſic attendere & obſeruare intra menſem poſtq̄ venerit, & teneat pōtas ꝑdicta omni menſe inqri facere p vnū ex ſuis iudicibus vel militibus & quilibet teneat eos accuſare & poſſit, & accuſator habeat medietatē bāni, & q̄ nulli olearij, ſeu faciētes oleū vel fieri facientes panellū de linoſa poſſint habere ſocietatē in Alex. vel diſtrictu, nec ſe cōgregare & ordinamēta cōdere, & ſi qua fecerint, vel faciēt nō valeāt, & ſint caſſa & ꝓ nō factis habeantur ſub pena & banno pro quolibet & qualibet vice librarum .x. & qlibȝ poſsit accuſare & habeat medietatem banni, Non obſtante aliq̄ prouiſione vel reformatione, & ꝙ predicti olearij & quilibet ipſoꝝ teneant & debeant vendere panillos & oleum pro infraſcriptis precijs & quantitatibus videlicet, quod vendam & vendere poſsint panellos de menſib⁹, madij, iunij iulij, auguſti, & ſeptembris quēlibȝ panellū denarijs ſex & non plus, & libra olei denarios ſex & dimidiū, de alijs vero menſib⁹ vendant panellū denarijs quinq; imperialiter, & librā olei denarijs ſeproni imperialiter & ad predictā formā vendere teneantur ſiue vēdantur ad minutū, ſiue ad quartronū vel ad medium quartronū & oleum ad galeā, vel ad mediā galeam vel quacūq; & ſub pēa & banno ꝓ quolibet & qualibet vice qua cōtra fieret in aliquo ꝑdictoꝝ caſuū ſoldoꝝ xx, terdon & credat accuſatori cum vno teſte.

¶ De facientibus pannos.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ omnes illi qui voluerint facere pānos in ciuitate Alex. & diſtrictu, non debeant ponere nec poni facere, ſeu concedere poni in aliquo panno, qui fiet in ciuitate Alexa. & diſtrictu pilū de boue, vel vacha, nec de aſinis, nec de camello nec de lana marza, nec de butra de folla, nec de lana nec de beſſacijs nec pilū d raxino & qui cōtrafecerit in aliquo de predictis ſoluat pro banno qualibet vice ſoldos .xx. & pannus debeat comburi in platea maiori.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliquis qui faciat pannum in Alexā· vel diſtrictu non debeat laborare, nec laborari facere de predictis lanis vel pilis, & qui contrafecerit amittat pro banno ſoldos decem pro quolibet & qualibet vice, & pilus & lana comburat in platea vt ſupra.

¶ De eiſdem.

ITem quod quilibet pecten de virgato de duabus lineijs debeat eſſe de decem centenarijs, & nullus pānus debeat fieri in eſto pectine ſiue virga, & omnes alij pectines iſ quibus fiant panni debeant eſſe de duodecim centēarijs ad minus pecten calabriatos & qui contrafecerit in aliquo predictoꝝ amittat pro banno ſoldos viginti pro qualibet vice.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, quod nullus debeat immiſcere in vēdendo ſiue vēditura pānoꝝ filum de ſtopa nec de lino, nec de caneua cum ſtamo & nullus tinctor vel tintrix debeat tingere vel tingi facere de ſupradictis lanis nec de dictis pillis, & qui contrafecerit ſoluat quilibet & qualibet vice ſoldos .xx. & quilibet poſsit & debeat accuſare, & habeat medietatem banni.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, quod duo homines illorum qui faciunt pannos ſiue fieri faciant elligantur, qui debeant iurare & accuſare, & inquirere omnes contra predicta facientes ſi vero fuerint ſupraſcripti accuſatores i fraudem & culpabiles reperti amittat quilibet ſoldos ſexaginta, Et de conſortio expellantur & poteſtas teneatur facere iurare omnes factores pannorum vel qui fieri facient & tinctores, & omnia & ſingula ſupraſcripta capitula attendere & obſeruare vt ſupra, Que capitula omnia pannorum faciendorum poſita fuerint in ſtatutis voluntate illorum qui faciunt pannos in Alexā. & ipſa capitula ſcripta emēdatorib⁹ tranſmiſſerūt, & elligant cōſules illius ſocietatis.

¶ De Fabris.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nullus Faber Alexā, ſiue ciuis, ſiue non audeat, vel preſumat per ſe, vel per deſcentum laborare vel laborari facere in ciuitate Alex. vel iuriſdictione ſub aliquo ingenio aurum deterius aurotatum, nec argentatum deterius argento terdon, groſſorum, & quod nullus aurum ſub ponat nec poni faciat ſub aliquo ingenio trauellos lotoni, in aliquo opere argenteo ſiue auro, & quod nullus alius ciuis vtriuſq; ſexus, & marzarij, & campſores per ſe, nec per alium aliquem de familia non vendat nec vendi faciat, nec permittat ſub aliquo ingenio aliquod aurum vel argentum deterius, nec in quo ſint predicti trauelli. Et qui contrafecerit ſoluat pro banno libras tres pro qualibet vice qua contrafactum fuerit per aliquem predictorum, & dānum leſo reſtituatur, & teneantur omnes predicti fabri, & eorum deſcenti non laborare nec laborari facere, nec ponere, nec poni facere in caſtellis auriclorum, ſub lapidibus aliquid aliud quam giſſum, & teneatur & debeat vendere opus argenti ad illud marchum argenti ſeu penſum, quod emerit, ſcilicet ad marchum argenti. Et qui cō trafecerit amittat quilibet ſoldos centum pro banno qualibet vice, & poteſtas ſuper hoc debeat ponere duos inquiſitores, vnus quorum ſit faber, & alius campſor, qui debeant ſupereſſe predictis & inquirere omni menſe predictos fabros, merzanarios, & cāpſores, & ſi inuenerint aliquem contra predicta feciſſe illum teneatur accuſare infra ſecundum diem poſtquam illum inuenerint, & ſi inquiſitores contrafecerint ſoluant duplum, & quilibet poſsit accuſare, & hoc totum ſine tenore, & hoc capitulum factū fuit, & appoſitum voluntate Fabrorum, & aliorum infraſcriptorum, qui illud emendatoribus tranſmiſſerunt.

¶ De merzarijs.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ conſules merzariorum teneantur & debeant ſemper eſſe omni die quo fiet mercatum ſeu nundine prohijcere ſortes, & facere prohijci, ſeu concedere, ſeu concedi facere loca ſiue ſtalia inter ipſos de ſotietate merzariorum in platea maiori, vbi conſueta ſunt tenere tendas, & vendere merces ſuas, & ſecundū quod ſors dederit cuilibet, & ibi debeat tenere & tendere, & non alibi ſine tenore, & qui contrafecerit ſoluat pro banno ſoldos .xx. pro qualibet vice.

¶ De barberijs.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliquis barberius non debeat radere in feſto Apoſtoli, niſi per aduentum hominum venientium de foris vel cauſa egritudinis, vel alia neceſsitate, vel niſi feſtum eſſet in die ſabbati in quo quilibet poſsit radere libere licite ſine pena & banno. Non obſtante aliquo ſtatuto facto vel faciendo ſine tenore.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, quod quilibet homo debeat dare Barberio ſeſtarium vnum frumenti pro ſuo feudo, vel denarium vnum terdon. pro qualibet vice quod aliquem raderet, & plus ſi ei dare placuerit, & quod quilibet barberius poſsit ire cum lumine, vel igne poſt ſonum tertie campane per ciuitatem pro ſuo officio exercendo impune, & non aliter.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ nemo barberius in Alex. debeat radere aliquē hominē in die Dominico nec in feſtis apoſtoloꝝ nec in feſtis beate virginis. Et ſi aliqs cōtrafecerit ſit in bāno ſoldoꝝ .xx. in denarijs numeratis qualibet vice, & ad hoc elligant barberius, & Iacobus barberius in Alex. qui poſsint eos accuſare.

¶ De textoribus.

Item ſtatutum eſt, ꝙ Poteſtas faciat facere textoribus ſacramentū de bene ſaluādo & gubernādo filiū & alia ꝙ & q̃ datū & data fuerit ꝑ dn̄os & dn̄as q̄ faciēt fieri tellas, & ꝙ nō facient furtū neq; fraudem per ipſos neq; per ſuā familiā, neq; ꝑ ſubmiſſam perſonā, ſed de ipſo filo eis dato, & penſato, & conſignato facient tellas bona fide bene textas. Et de predictis & ſuprafcriptis attendendis & obſeruandis omnes conſules textorum pro ſe & pro omnibus & ſingulis tam maſculis quam feminis tam dn̄is quam deſcentis operātibus dictam artem faciam cōi bonam & Idoneam ſecuritatem ſemel in quolibet regimine ciuitatis pro qua ſecuritate det notario vſq; in ſoldos decē terdō. tantum & pro tota ſocietate, & ſi quis contrafecerit ſoluat bannum arbitrio poteſtatis, & de eo ꝙ comiſſerunt, & in fraudem reperti fuerint, facere mendam dn̄o vel dn̄e infra quartum diem poſtq̄ per dn̄m vel dn̄am denunciatum fuerit poteſtati ſeu conſuli, & credatur dn̄o vel dn̄e in ſuo verbo vſq; in ſoldos. v. de quātitate damni, & in ſuo ſacramento vſq; in ſoldos. x. & quilibet, & quelibet textor, & textrix poſſit & debeat & teneatur facere tellas ſtrictas & largas ad voluntatem illarum perſonarum que volent & petierint fieri dictas tellas ſecundum ꝙ fuerit in concordia cum ipſis perſonis, ſeu perſona cuius fuerint ipſe telle, & quelibet petia ſit lōga duodecim aunarum, & ſit lata per vnum raſſum, & & non minus, & hoc denunciatum fuerit conſulibus teſtorum, & pro factura cuiuſlibet petie telle. Sed minus capere poſſit & debeat. Si conuenerit cū ipſa perſona que faciet fieri dictam tellam, & pro factura cuiuslibet pene telle large accipiat plus tātum pro rata ſolutionis que dabitur ꝓ factura pene telle ſtricte in qua ſolutione habeatur ratio telle ſubtilis & telle groſſe, & telle de lino, & telle de ſtopa, ſecundum ꝙ eſſe conſueuit, & ſi textor vel textrix contrafecerit ſoluat pro banno ſoldos. xx. pro qualibet vice, & hoc ſine tenore.

¶ De eiſdem.

Item ſtatutum eſt preciſe & ſine tenore, ꝙ Poteſtas teneatur & debeat monere conſules textorum, & eos facere iurare, ꝙ ipſi infra. xv. dies poſtquam amoniti fuerint a dicto poteſtate ſiue iudice ſuo, ꝙ facient facere omnibus textoribus, & textricibus ſacramentum de bene ſaluando & gubernando filum, & alia que dabuntur eis per dn̄os & dn̄as qui vel que facient, vel fieri facient tellas bona fide & bene, & ꝙ nō facient furtum neq; fraudem per ipſos, neq; per ſuam familiam, neq; per ſubmiſſam perſonam, ſed de ipſo filo eis dato penſato, & cōſignato facient tellas bona fide textas & amplas, & ſi contrafecerint aufferatur a quolibet ſoldi. x. pro qualibet vice qua contrafecerint & facient fieri mendam infra octo dies dn̄o vel dn̄e de eo ꝙ aliquis vel aliquo de ſocietate textorū cōmiſiſſent vel fraudem feciſſent occaſione predicta vel ſui ſalarij ſiue miſterij, & predicta teneantur predicti conſules attendere & obſeruare.

¶ De Sartoribus.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ aliquis Sartor, ſeu aliquis exercens officiū ſartorie ſeu faciens ypas ſiue iuponos pannos, fuſtanium, ſeu veſtes non debeat incidere pannos fuſtanios, nec veſtes aliquas alicui perſone de Alex. vel diſtrictu niſi prius facta conuentione de quantitate pretij ſoluendi pro factura dictarum veſtium, nec poſſint habere aliquod filum, nec loca fili aliquid, nec aliquid pro botonis, vel filo ſed pretium faciant de factura computatis omnibus antequam ponant forfices in predictis, ſub pena cuilibet contrafacienti ſoldorum ſexaginta terdon. & quilibet poſſit accuſare, & teneatur priuatus ſi voluerit & predicta locum habeant tam in maſculis quam feminis, & tam in magiſtris quam in diſcipulis. Et quod dictum eſt in veſtibus locum habeat in omnibus alijs ſpectantibus ad eorum officium, & conſules teneantur ſemel omni anno ſatiſdare de predicto ſtatuto ſeruando, & pro dicta tota ſocietate, & ſi non habent tunc teneatur quilibet pro ſe ſatiſdare vt ſupra.

¶ De portatoribus vini.

Item ſtatutum eſt, ꝙ portatores vini, non debeant portare niſi minā vnā vini inſimul, & ſi quis inuentus fuerit portare plus amittat pro quolibet & qualibet vice ſoldos. x. in denarijs numeratis, & quilibet poſſit accuſare & habeat medietatē banni, & teneantur predicti portatores emendare vinum dn̄o ſi ſpanderem vinum, & quilibet qui voluerit eſſe portator vini, & vti illo officio teneatur iurare de faciendo illud officium bene & legaliter tam ꝓ emptore q̃ venditore, & facere ſecuritatē coram Iudice Poteſtatis de ſoldis. lx. pro quolibet de faciendo illud officium vt ſupra, & teneat̃ habere ciberum vnū ſuū proprium xaimatū & menſuratum, & ſi quis contrafecerit ſoluat quilibet & qualibet vice ſoldos. x. & non poſſit nec debeat accipere pro deſcareatura & inuaſellatura ſiue trauerſatura, ſiue pro careatura de ſeſtario vini niſi tantum denarios tres terdon. cōputata leuatura vrgetis preciſe & ſine tenore.

¶ Sacramentum molandinarioꝛum ⁊ farinarioꝛum.

Item ſtatutū eſt, ꝙ Poteſtas faciat iurare, molandinarios, & farinarios, ꝙ bona fide, & ſine fraude cuſtodient granum & blauam ꝙ & quam vt portabunt ad molandinum, & ſi minus q̃ portauerint conſignauerint dn̄o vel dn̄e, vel eorum nuntio cuius erit granum vel blaua detracta mutura, ſcilicet mina vna pro quolibet modio vel minus inde conſignauerit det pro banno ſoldos quinq;, & a quartrono ſupra ſoldos. xx. ſi querella inde facta fuerit, & tantum per ſacramentum ſequelle Poteſtatis eius cuius fuerit granum, vel blaua, vel eius nuntij cuius fuerit manifeſtum credatur, & ſi frater fuerit de penitentia credatur in ſuo verbo de quantitate farine ſeu grani quod quāue conſignauerit ſecundum legem teneatur emendare vel eius nuntio, & credatur cuilibet in ſuo Sacramento ſequelle de quantitate farine, ſiue grani quam dixerit ſe dediſſe molandinario vel farinario ſi minus ſibi conſignatum fuiſſet in farina, & ſi molandinarius requiſitus fuerit a dn̄o vel a dn̄a, cuius fuerit granum vel farina, vel ab aliquo eius nuntio, quod ipſe debeat menſurare farinam quam rediderit, & eam menſurare noluerit, & ſi eam menſurauerit, & minus inuenta fuerit quam fuerit granum ſibi datum ſecundum ꝙ in capitulo continetur dn̄s vel dn̄a vel eius nuntius cuius fuerit granum poſſit & debeat ſi voluerit retinere aſinum vel aſinam ipſius molandinarij vel eius qui reddiderit farinam vſq; ad plenam & integram ſatisfationem eius ꝙ minus inuenta fuerit farina, & quouſq; farina fuerit inuenta. ¶ Item faciat eoſiurare, ꝙ non exonerabunt granū vel farinā vſq; ad plenā & integram ſatisfationem niſi ad molandinū vel ad domū illius cuius fuerit farina vel ibi vbi dn̄s grani vel farine voluerit, vel eius nuntius, vel ad domū vbi granū penſat̃ ꝓ cōi, & ſi qnis contrafecerit, ſoluat quilibet, & qualibet vice ſoldos. lx & pro quolibet ſeſtario raſo grani reddatur culmū de farina in voluntate dn̄i vel dn̄e vel eius nuntij cuius fuerit granum, & ſi pro molādinario ſteterit ꝙ nō menſuret̃ farina vel eam menſurari videre noluerit. Nihilominus emēdet ¶ Et Molendinarius granum mūdare teneatur ad domū dn̄i vel dn̄e, niſi dn̄s vel dn̄a noluerit in banno ſoldorum x. pro qualibet vice & de qualibet debeant accipere muturam per ſe, & ſigillatim ſcilicet de frumenti, & de ſiccale ſiccalem, de blaua blauam. Et ſi contrafecerit in fraudem repertus fuerit publicetur in contione & remoueatur ab officio. Ita quod nullo tempore ſit molādinarius nec farinarius, nec poſſit aliquod officium exercere quod ſpectet ad molendinum. Er quod ſtatuimus de molinario intelligamus de farinario, & intelligimus de penis & bannis. ¶ Item ꝙ non debeant dare ad comedendum frumentum neq; blauam aliquam aſinis vel aſinabus ad molandinum, nec in via, & hoc capitulum attendatur ſine tenore, & ſi aliquod capitulum contradiceret ſit caſſum, & nullius valoris, & illud in ſuo robore perſeueret, & teneat̃ dominus molandini, de predictis penis & bannis, & mendis, ſi Molinarius vel farinarius auffugerit, vel ſoluendo non fuerit, & fiat cognitio & executio de predictis ſine aliqua

& debeat penſari & menſurari granum & farina in arbitrio dñi grani vel farine, & teneatur farinarius vel molinarius qui ducunt granum vel farinam ad molandinū donec fecerit ad molandinū. Et qui contrafecerit amittat ſoldos.v.terdon.pro qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem bāni, & credatur accuſatori ſub ſacramento ſequelle poteſtatis, & quilibet dñs vel dña poſſit vel debeat accuſare predictum molinarium ſi fecerit contra predicta vel aliquod predictorum, & ei credatur & hoc totum ſine tenore, & faciant dicti molinarij ydoneam cautionem de predictis infra.xv.dies poſtq̄ iurauerit regimen Alex. & hoc capitulū legatur bis in anno in cōtioe videlicet in principio ſui regiminis & in fine, & credat dño & dñe grani, ſi iuramēto ſuo dixerit granum ſuū eſſe cambiatum teneatur dictus molinarius reſtituere ipſi domino & dñe damnū ꝙ iurauerit ſe habere ꝓ dicto grano ſibi cambiato, & ꝙ dñs & dña dicti grani impune poſſit capere, & detinere aſinum ꝓ toto grano, & ꝓ parte dicti grani ꝙ predictus dñs & dña dixerit ipſum retinuiſſe, & credatur ipſi dño vel dñe de ipſo grano in ſuo ſimplici verbo de vno ſeſtario vel minus. De pluri autem quātacunq; ſit quantitas credat ſi iurauerit vt ſup̄, & penſet ſemper ꝙ granum portabitur ad molandinum, & farina que inde portabitur ad penſum, ꝙ iuſte & legaliter xamet. Ita ꝙ ſm ipſum penſum appareat manifeſte ſedecena pars que recipienda eſt pro mutura, & ea ſola recipiat & non plus, & teneant molinarij reddere farinā ad dictum pēſum, & ad menſuram vt ſupra, ſub predictis penis & bannis, ꝙ penſum teneatur poteſtas facere xamari, vt ſupra infra.xv.dies poſt apturam capitulorum conſilio, capitanei, & ancianorum populi, & predicta omnia & ſingula in iſto capitulo comprehenſa teneatur Poteſtas attendere & attendi facere & obſeruari preciſe & ſine tenore. Quod ſtatutum attendatur hac conditione adiecta ꝙ ſi quis dicere nollet fraudem cōmiſiſſe in reportāda debita quantitate grani moti, liceat domino ſeu domine petere cum iuramento infra menſem vnum a die grani reportati, & dicere ꝙ habet a familiaribus ſuis, ꝙ ſit ſe habet veritas, & tunc credatur.

¶ De non defferendo granum a domo dñi niſi prius mondauerit ipſemet.

ITem ꝙ nullus molinarius refferet granum ſiue blauam a domino vel domina niſi prius ipſum vel ipſam mondauerit in banno ſoldorum.v. Et ſi molinarius duceret granum vel blauam, quod vel quam debet ducere ad molandinum cauſa molendi ad domum illius cuius fuerit molendinum, vel ad domum alterius, ille ad domum cuius duxerit granum det pro banno ſoldos.x.pro qualibet vice, & molinarius totidem, & ſuper hoc elligantur quatuor guardie, & quilibet poſſit accuſare contrafacientes, & credatur ei ſacramento ſequelle, & habeat medietatē banni ſine tenore.

¶ De molinarijs ⁊ de aqua bealis.

ITem ſi aliquis molinarius de tanagro de extra ciuitatem molet granum vel blauam alicuius perſone que teneatur molere ad molendina cōmunis ſit in bāno qualibet vice ſoldorum viginti, quos Poteſtas ei aufferre teneatur, & ſuper hoc elligantur guardie ad voluntatem cōmunis quibus credatur, & hoc ſine tenore, & teneantur cuilibet aufferre, & qualibet vice ſoldos viginti. qui accuſatus fuerit per guardias, & ꝙ aliquis de aqua bealis cucurreret vel lapſa erit per domum ſuam vel hortum, vel ſedimē, vel predium ſiue pratum, & ſuper hoc elligantur guardie vt ſupra, & quod Poteſtas teneatur attendere, & attendi & obſeruari facere omnia & ſingula ſupraſcripta. Et hoc capitulum, & omnia que continentur in eo habeant locum, tunc demum quando beale, ſeu aqua bealis.

¶ Sacramentum molinariorum, ⁊ farinariorum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Poteſtas teneatur facere

¶ Sacramentum Fornariorum,

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Poteſtas teneatur, & debeat facere iurare infra menſem vnū poſtq̄ iurauerit regimē Alex oēs Fornarios, & fornarias, & etiam manipaſtos, qui ſtecerint ad feudum cum fornario, ſaluare cuſtodire, & gubernare panem, paſtam, farinam, & forniliam bona fide, & ſine fraude eius cuius fuerit, & quilibet fornarius teneatur, coquere & coqui facere quemlibet ſeſtarium farine per denarios ſeptem papienſiū omnibus ſuis expēſis, & teneat portare vel portari facere paſtam a domo dñi vel dñe ad furnū ſuum, vel panarias ad domum dñi vel dñe, vel vbi magis placuerit dño vel dñe, a furno panem coctum ad domum dñi vel dñe. Et ſi quis fornarius nolet coquere vel coqui facere panem ſm ſolutionem predictam ipa die vel ſequenti, qua inde requiſitus fuerit. Poteſtas teneatur ei aufferre pro qualibet vice ſoldos.xx. Et ſi dñs vel dña voluerit ei dare forniliā teneatur coquere ſiue coqui facere coctam panis integram, habendo pro ipſa cocta denarios duodecim, & minus ꝓ rata cocte panis tantum in electione dñi vel dñe ſine tenore. Hoc addito, ꝙ ipſi fornarij per ſe vel per alios nō poſſint nec debeant accipere ab aliqua paſtam ſiue fornaticos modo aliquo vel ingenio, nec aliqua perſona eis dare paſtam poſſit vel fornaticos, Et quilibet tam fornarius q̄ alia perſona qui & que contrafecerit, puniatur pro qualibet vice in ſoldis viginti. & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & fornarij oēs teneant omnia & ſingula ſeruare, & de predictis ſeruandis ydoneam cautionē facere infra predictū tempus, Et hoc capſum legatur bis in anno in contione, ſemel in principio. & ſemel in medio, Et preconizetur infra predictum tempus per ciuitatem ꝙ nulla perſona debeat dare ipſis fornarijs, nec ipſi accipere paſtam nec maiorem ſolutionem, & predicta locū habeāt in Alex. & caſalibus, & in villis q̄ de corpore ciuitatis ſunt Additum eſt huic ſtatuto ꝙ ſi fornarij guaſtauerint ſeu deſteuxerint panem alicuius perſone male coquendo vel minus coquendo teneantur illum emendare dño vel dñe.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ fornarij non poſſint nec debeant accipere pro fornilia, nec ꝓ coctura panis, niſi ad rationem de denarijs quatuor pap. ꝓ ſeſtario farine, & cū fornelia denarium vnū pro ſextario farine, & ſi contrafecerit amittat ꝓ quolibet, & qualibet vice ſoldos.xx.in denarijs numeratis medietas cuius banni ſit accuſatoris, & alia medietas ſit cōis, & hoc ſine tenore.

¶ De eiſdem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi fornarij Alex. nolent coquere panem ſub predicta forma illis quibus conſueti ſunt coquere, amittant pro quolibet & qualibet vice ſoldos.xx. & credatur accuſatori in ſuo verbo medietas cuius ſit accuſatoris, & alia medietas ſit cōis, & hoc ſine tenore.

¶ Sacramentum illorum qui faciunt panem, ad vendendum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Poteſtas faciat iurare oēs illos & illas q faciūt & facient panem ad vendendū molere ad molandina cōis, q̄ ſunt in ciuitate, & qui & que cōtrafeceret det ꝓ bāno ſoldos.x. ꝓ vna quaq; vice, & ad hoc elligant guardie publice tot quot videbunt poteſtati expedire, & ꝙ in die veneris non vendent panem ante hoſtium maioris eccleſie, nec in via vſq; ad merzarias nec ſubter porticum maioris eccleſie, & ꝙ nulla pancola, vel reuenderolia debeat filare ſtando in platea ad vendendum panem, vel fructus, nec herbas in aliqua parte. Et qui contrafecerit ſoluat ꝓ banno pro qualibet vice ſoldos.v. & inſuper perdat panem fructus & herbas, & liceat cuilibet capere ſua auctoritate, & ſuper hoc elligantur guardie.

¶ De Inquirendo omnes fornarios ⁊ pancolas.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Poteſtas Alex. preciſe & ſine tenore teneatur & debeat omni edomada bis ad minus facere inquiri per vnum de ſuis iudicibus cum duobus, vel quatuor ex ciuibus Alex. qui non ſunt oficiales cōis Alex. & quos ſecum duxerit vna vice, non poſsit ſecum ducere poſtea vſq; ad menſem vnum, & illi qui iuerint cum Iudice vel milite Poteſtatis habeant medietatem panis male penſati omnes Fornarios, & pancolas, & facientes panem ad vendendum, & panem facere penſari in ſua preſentia, & eorum penſas inquirere, & omnes penſas aliorum qui vendunt aliquid ad pēſum & ſi inuenerint panem male penſatum amittat panem, & tantum pro banno quantū valuerit penis in denarijs numeratis pro qualibet vice, & hoc capitulum teneatur poteſtas legi facere in quolibet mēſe, in contione publica in conſilio generali ſine tenore. Idem obſeruetur & intelligatur, & eadem pena locum habeat in omnibus illis quibus fuerint inuenta falſa pondera ſiue falſe balantie vel penſe vel mēſure quos omnes vnus ex iudicibus vel militibus poteſtatis Alex. teneatur inquirere ſemel in menſe vt ſupra, ad aſazium vetus quod eſt in campanile maioris eccleſie, & detur pēſum omnibus fornarijs ad aſazium vetus, quod eſt in campanile maioris eccleſie ad pretium quod granum vendetur, ſecundum ꝙ ipſum granum adaſcendet, vel deſcendet, & venditores grani vel ſpelte, vel leguminum non trahant raſuram niſi vna manu in banno ſoldorum. x. quilibet & qualibet vice, & quilibet poſsit accuſare, & ꝙ aliquis fornarius ſiue pancola, vel aliquis alius non poſsit nec debeat facere panem duplerium ad vendendum. Sed tantum denariatum, niſi licentia, & voluntate conſilij generalis, & qui contrafecerit puniatur in omnibus, & per omnia vt ſupra. Et teneatur Poteſtas & eius Iudices vel milites ire ſi eis ſeu alicui ipſorum fuerit denunciatum ad locum in quo dictū fuerit ei fieri panem male penſatum vel contra formam ſtatutorum, & ordinamentorum. Et quod dn̄s Poteſtas, & Capitaneus populi & quilibet Rector Alex. & eorum familie poſsint compellere fornarios, & pancolas ad vendendum, & tenendum ſemp panem ad ſuficientiam, & illos punire & condemnare in ſoldis. x. vſq; in quadraginta inſpecta qualitate temporis & perſonarum.

¶ Quod pancoles non filent in platea.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ pancole, & reuenderolie fructuum, vel herbarum non debeāt filare in platea

vadit a ponte rupto vſq; ad pontem marmorollum, & de via que vadit a dicto ponte rupto vſq; ad pontem ſuſpenſorum, & de via que vadit a dicto ponte rupto vſq; ad coſtam riuarie, & de via que vadit a ponte nouo per valem vſq; ad pontem landrum, & de via que vadit a dicto ponte nouo per pratum balerium vſq; ad circam rondaneti, & de via que vadit a dicto ponte nouo, que dicitur via planitie vſq; in circam, & de via que vadit a ſancto Chriſtophoro verſus Lu. que dicitur via mezana vſq; in circham & de via que vadit a dicto ſancto Chriſtophoro que dicitur via raiate vſq; ad campū qui fuit quondam Oberti ſubandi remondentur, & reficiantur vbi ſunt, & fiant, vbi non ſunt foſſata ampla per quatuor pedes pertice, & profunda per tres pedes pertice, & amplientur vbi non fuerint ampla per dictos quatuor pedes verſus agros, & nō verſus viam, & terra que extrahetur de dictis foſſatis proijciatur in vias, & non in agris, & fiant predicta per homines porte Bergolij, & illos qui habebunt terras & poſſeſsiones in territorio Bergolij quamuis non habitent in Bergolio, & predicta fiant, & compleantur a kal. Ianuarij vſq; ad Kal. Quod capitulum ſit preciſum & ſine tenore & teneantur Poteſtas Iudices & milites attendere, & obſeruare & fieri facere, nec poſsint nec debeant abſolui, nec licentiam petere nec habere, nec ipſi prorogato per conſilium vel vel arengum, nec aliquo alio modo. Et quotiens laborabitur per commune Bergolij in p̄dictis foſſatis teneatur poteſtas ire vel mittere vnū ex ſuis iudicibus vel militibus, qui faciat laborare homines in dictis foſſatis.

¶ De non deripando viam que eſt in agris Bergolij.

ITem ſtatutum prouiſum, & ordinatum eſt, ꝙ aliquis non debeat derochare circā vel implere, que eſt in agris Bergolij, vel ſapellum facere in dicta circa. Pontem tamen facere poſsit ſupra dictam circam, vbi fuerit neceſſarium. Et qui contrafecerit pro qualibet pertica que derocharetur, vel impleretur de dicta circa, ſoluant pro banno libras decem, & pro quolibet ſapello, & qualibet vice ſoldos. lx. in denarijs numeratis cōi Alex. & quilibet poſsit accuſare & habeat medietatem banni, & teneatur poteſtas de tribus in tribus menſibus ſui regiminis dictam circam inquirere ab vno capite vſq; ad aliud & vbi fuerit derupta vel derochata faciant reffici & retefficari a die q̄ inuenerint vſq; ad octo dies illis qui habebunt terras, niſi fuerit derupta, vel derochata, vel expenſis illorum, & hoc capitulum ſit preciſum.

¶ De clusa facienda de ſubter ponte nouo in riuo grando.

ITem ſtatutum prouiſum, & ordinatum eſt, ꝙ Poteſtas teneatur & debeat expenſis cōis Alex. pluſam vnam de vno bono muro, de lateribus, & lapidibus cum calcina facere fieri de ſubter ponte nouo in riuo grando, niſi alias fuerit facta pluſa ad retinendum aquam dicti riui, vt veniat & venire poſsit in foſſatum porte Bergolij, & predicta fieri faciant, & compleantur per totum menſem Madij proximi venturi, & hoc capitulum ſit preciſum & ſine tenore. Nec poteſtas poſsit nec debeat abſolui, nec licentia ei concedi, vel dictum tempus prorogari per conſilium populi, vel cōis, vel arengum, vel aliquo alio modo.

¶ De ampliando riuum que eſt a ponte borghexanorū.

ITem ſtatutum prouiſum, & ordinatum eſt, ꝙ Poteſtas teneatur, & debeat facere reffici & ampliari, ita quod ſit amplum per trabuchum vnum Riuum, quod eſt a ponte borghexanorum vſq; in riuum publaſchi, per conſortes dicti Riui ab vtraq; parte dicti riui, & fieri faciat predicta a Kal. Ianuarij vſq; ad Kal. Iunij ꝓximi venturi.

¶ De diſcernenda via vna noua a ponteto de vedero vſq; ad podium de Natis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ Poteſtas venturus Iudices, & milites eius teneantur ſub ſacramento ſuo diſcerni facere viam vnam nouam a ponteto de vedero vſq; ad podiū de natis amplam per perticam vnam & dimidiam, & facere fieri pontem vnum de lapidibus, ſiue de maonibus, & de calcina ſuper foſſatum, quod eſt inter rauſcium ſquarzaficum, & Alexandrum carlum. Que via & pons fiat & ematur expenſis omnium hominum, & perſonarum habentium terras, prata, vineas, & alias poſſeſsiones, a predicto ponteto ſuperius verſus Lu. & verſus ſanctum Saluatorem ad voluntatem Alexandri carli, & Petri pertuſati maſſariorum predicti pontis & vie. Qui maſſarij debeant ponere omnes homines & perſonas habentes poſſeſsiones in vno ſcripto a predicto ponteto ſuperius, & dare poteſtati, iudicibus, vel militibus ſuis. Qui poteſtas, iudices, vel milites ſui faciant iurare quemlibet eorum de veritate dicenda quot ſeſtaria, vel modia poſſeſsionum habent quilibet eorum a predicto pōteto ſuperius verſus lu. & verſus ſanctum Saluatorem ſub pena ſoldorum ſexaginta, pro quolibet, qui non diceret veritatem, & facere poni in vno ſcripto predictas poſſeſsiones, & maſſarij ad illud ſcriptum faciant taliam modij pro modio, & ſoldorum quinq; pro modio & poteſtas teneatur excuti facere militi ſuo, vel iudici predictam taliam, & dare predictos denarios predicte talie maſſarijs predicte vie, & pontis qui debeant fieri facere pōtem predictum, & ſatiſfacere omnibus illis quibus & quorū erant terre predicte vie noue.

Secundam ꝙ extimate fuerint ſiue eſſent per duos bonos homines, & legales ellectos per Poteſtatem, & Ancianos populi Alex. qui tunc erunt, & predicta omnia debeāt cōpleri facere dictus poteſtas, iudices, & milites eis per totum menſem Madij proximi venturi ad voluntatem predictorum maſſariorum, & illud capitulum per predictum poteſtatem venturi, & eius familiam preciſe & ſine tenore.

¶ De faciendo tres bicbocas in poderio Bergolij.

ITem ſtatutum eſt, quod poteſtas teneatur, & debeat facere fieri tres bichocas in poderio Bergolij pro guardia ipſius poderij facienda vbi videbitur cōi & hominibus Bergolij, & fiant predicte bicoche vbi videbitur maſſarius.

¶ Pontificales litere contra hereticos.

CLEMENS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Poteſtatibus, ſiue Rectoribus, Conſulibus, Capitaneis, & Ancianis conſilijs, & Cōmunitatibus ciuitatum, aliorūq; locorum per Italiam conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem ad exturpandam de medio populi Chriſtiani heretice prauitatis zizaniam. Que abundantur ſolito ſuccreuerunt ſuper ſeminante illa licētius hijs diebus homine inimico tanto ſtudioſius iuxta cōmiſſam nobis ſolicitudinem inſudare proponimus quanto pernitioſius negligeremus eadem in necem catholici ſeminis peruaganti, vt autem aduerſus huiuſmodi nequitie operarios conſurgant eccleſie itemq; firmiter, ac orthodoxe filij zelatores. Conſtitutiones quaſdam felicis recordationis Innocētius Papa quartus predeceſſor noſter ad extirpationem heretice peſtis edidit, & in capitularibus voſtris tam ipſe, quā felicis memorie Alexander noſter papa predeceſſor conſcribi, ac a vobis exacta diligentia obſeruari mandauerunt. Que ſeriatim inferius continentur. Ideo vniuerſitati vr̄e per apoſtolica ſcripta mandamus. Quatenus ſinguli conſtitutiones eaſdem cum quibuſdam additionibus, modificationibus & declarationibus per dictum Alexandrum predeceſſorem, & etiā per nos factas conſcribi in vr̄is capitularib⁹ facientes nullis inde temporibus abolendas ſecundum eas contra omnē hereſim, ſe aduerſus hanc ſanctam eccleſiam extollentem ſine omiſſione aliqua procedatis. Alioqn̄ filijs dilectis predicatorum & minorū ordinibus fratribus inquiſitoribus heretice prauitatis, & eorum ſingulis per Italiam ſedis apoſtolice & impoſteris deputandis. Damus noſtris literis in mandatis vt infra deſignatos et ſimiles vr̄um ad id per excomunicationem in perſonas, & interdictum in terra appellatione remota compellant. Conſtitutiones autem ſunt hec. Statuimus vt poteſtas, capitaneus, ſeu rector, ſeu conſules, ſeu quiuis, qui ciuitatibus preſunt vel loco alij ad pn̄s, aut pro tempore fuerint in futurum in Italiam iurent preciſe & ſine tenore, aliquo attendere inuiolabiliter & obſeruare, & facer̄ ab omnibus obſeruari toto tempore ſui regiminis tam in ciuitate vel loco ſui regiminis, quam in terra ſue dioceſis ſubiectis, & omnes & ſingulas infraſcriptas conſtitutiones, & ſuper his preciſe ſeruandis recipiet a quibuslibet ſibi in poteſtaria vel regimine ſuccedentibus iuramenta. Que qui preſtare voluerit pro poteſtate, capitaneo, ſeu conſule vel rectore habeatur, & que vt poteſtas, capitaneus, conſul, vel rector fecerit nullam penitus habeant firmitatem. Nec vllus teneatur & debeat ſequi eos etiam ſi de ſequella preſtanda eis exhibuerit iuramentum. Quod ſi poteſtas vel aliquis predictorum conſtitutiones ipſas & ſingula in eis cōtenta ſeruare noluerit vel neglexerit preter notam periurij, & perpetue iacturam infamie ducentarum Marcharum penam incurrāt que irremiſſibiliter exigantur ab eo, & in vtilitatem cōmunis cui preeſt integre conuertantur. Nihilominus vt periurus & infamis, & tāquam hereticorum fautor de fide ſuſpectus officio & honore ſui regiminis ſpolietur, & vlterius poteſtas, capitaneus, conſul ſeu rector habeatur in aliquo, aut de cetero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum nullatenus aſſumatur. Idem quoq; poteſtas, capitaneus, conſul, rector, vel quiuis alij ad regimen cuiuslibet ciuitatis vel loci aſſumpti in principio ſui regiminis in

publica contione more ſolito congregata bannā ciuitatis, vel loci ſupponant tanq; pro maleficio, omnes hereticos vtriuſq; ſexus quocunq; nomine cenſeantur, & teneantur bannum huiuſmodi a ſuis predeceſſoribus poſitum confirmare. Precipiant autē quod nullus hereticus vel heretica habitent, vel morentur, vel de cetero ſubſiſtant in ciuitate, ſeu aliquo loco Iuriſdictionis aut diſtrictus eiuſdem, & quicunq; ipſum vel ipſam inuenerit libere capiat, & capere poſſit impune, & omnes res mobiles ipſius vel ipſorum penes eos inuentas, eis liceat aufferre, que ſint aufferentium pleno iure. Niſi aufferentes huiuſmodi ſint ad hoc officium ſpecialiter deputati. Ita ꝙ poteſtas, capitaneus, cōſules, ſeu rectores vel quiuis alij huiuſmodi infra octo dies poſt introitum ſui regiminis duodecim viros ꝓbos, & catholicos, & duos notarios, & duos ſeruitores, vel tot quot fuerint neceſſarij inſtituere teneantur. Quos Dioceſanus ſi preſens extiterit, & intereſſe voluerit, duo fratres predicatorum, & minorum ordinum. Si conuentus eorūdem ordinum ibi fuerint deputati, ſeu inquiſitores ad hoc, a ſuis prioribus & guardianis, vel inquiſitori heretice prauitatis duxerint elligendos. Inſtitituti autem huiuſmodi, & ellecti poſſint & debeant hereticos vel hereticas capere, & eorum bona illis aufferre & facer̄ aufferri per alios & procurare hoc tam in ciuitate vel alio loco quam in dicta eius Iuriſditione atq; diſtrictu plenarie adimpleri, & eos ducere, & duci facere in poteſtatem Dioceſani vel eius Vicarij, ſeu inquiſitorum vel inquiſitoris. Teneantur autē poteſtas capitaneus, conſules, ſeu rectos, vel ad huiuſmodi regimen deputatis quilibet in expenſis cōmunis cui preeſt facere duci eoſdem hereticos, ita captos quocunq; Dioceſanus, vel eius vicarius, ſeu inquiſitores, vel inquiſitor predicti in Iuriſditione, vel in diſtrictu Dioceſani Epi, ſeu ciuitatis vel loci voluerit illos duci. Officialibus vero predictis plena fides de his omnibus adhibeatur, que ad eorum officium pertinere noſcuntur, ſine aliquo alio ſpecialiter predicto iuramēto vbi duo vel tres, ſeu plures preſentes fuerint exeiſdem. Porro cum officiales huiuſmodi elliguntur iurent hec omnia exequi fideliter, ac pro poſſe, ac ſuper hijs meram ſemper dicere veritatem, quibus ab omnibus in hijs que ad officium eorum pertinent plenius patetur, & tam dicti duodecim quam ſeruitores & notarij pretaxati ſimul vel diuiſim plenariam precipiendi, ſub penis & bannis taxatis, & expenſis in conſtitutionibus infraſcriptis que ad officium pertinent habeant poteſtatem. Poſſunt autem officiales predicti caſtri cōmunitatis burgi, ſeu ville precipere ſub pena & banno vſq; ad ducentas marchas argenti, & vltra ad arbitrium poteſtatis, ſeu rectoris ciuitatis vel loci in cuius diſtrictu vel iuriſditione fuerint. Quod poteſtati, ſeu rectori, vel dioceſano, aut eius vicario, ſeu inquiſitoribus, aut inquiſitori hereticum preſentent infra prefigendum eis terminum competentem. Omnes hereticos vel hereticas, quos & quas ſibi dicti officiales duxerint aſſignandos. Et Poteſtas, ſeu rector a non ſeruantibus preceptum penam vel bannum huiuſmodi exigere, teneatur poteſtas autem, vel capitaneus, conſules, ſeu rector, vel alij huiuſmodi quocunq; vocabulo cenſeantur, teneantur firma & rata habere precepta omnia que occaſione ſui officij fecerint duo ex ipſis ſeu plures, & penas exigere non ſeruantium, que ſi dictis officialibus aliquo tempore, aliquod damnum contigerit in perſonis vel rebus pro ſuis officijs exequendis a cōi ciuitatis vel loci reſtitutionem plenariam ſeruent indemnes. Nec ipſi officiales vel heredes eorum poſſint aliquo tempore conueniri de his que fecerint vel pertinent ad eorum officium, niſi ſcḋm ꝙ eiſdem Dioceſano, & inquiſitoribus vel inquiſitori videbit̄ expedire ipſorū autē officiū duret tantūmodo per ſex menſes. Quibus cōpletis poteſtas, vel quicunq; ipſius ciuitatis vel loci regimē preſuerint. Teneantur totidem ſubrogare officiales ſecundum formam preſcriptam. Qui predictum officium ſecundum formam eandem in alijs ſex menſibus ſequentibus exequant ſane ipſis officialibus dentur de camera cōmunis predicti quando exiuerint ciuitatem, aut locum pro officio exequendo vnquā pro qualibet die duo ſoldi ꝓuen̄. Senatus vel Imperialium in pecunia numerata. Quos poteſtas, capitaneus, & conſules, vel rector, aut alius huiuſmodi teneantur eis dare vel dari facere infra diem tertium poſtquā redierint ad eandem ciuitatem vel locum, & inſuper hanc tertiam partem bonorum he reticorum & receptorum eorum que occupauerint, & mulctarum ad qua fuerint condemnati, ſecundum ꝙ inferius continetur, & hoc ſalario ſint contenti. ſed ad nullum aliud ꝙ illud officium impediat vel impedire poſſit vllo modo officium vel etiā exercitium cōpellantur. Nullum etiā ſtatutū conditum, vel cōdendum eorū officium vllo modo valeat impedire, & ſi quis horū officialium ꝓpter ineptitudinem, vel inertiam, ſeu occupationem aliquā vel exceſſum Dioceſano, & fratribus ſupradictis iuſſus fuerit admonendus ipſum ad mandatū vel dictum eorum teneantur amonere, Poteſtas, Capitaneus, vel quiuis alius huiuſmodi, & alium ſecundum formā preſcriptam ſubſtinere loco eius. Quod ſi quis eorum contra fidem, & ſinceritatem officij ſui in fauorē hereſim deprehenſus fuerit exceſsiſſe preter notam infamie perpetue, quam tanq̃ fautor hereticorum incurrat per poteſtatem, capitaneos, conſules, vel rectorem, vel aliū ſimilem ad dioceſanum, & dictorum fratrum inquiſitorum, ſeu inquiſitoris arbitrium puniatur. Poteſtas vero militem ſuum vel iudicem, vel alium aſſeſſorem. Dioceſanus vel eius vicarius, inquiſitores, vel inquiſitor auctē ſedis apoſtolice deputati, ſeu dicti officiales preſciuerint cum ipſis officialibus mittere teneat, & cum ipſis eorum officiū fideliter exercere. Quilibet etiam ſi preſens eſſet vel requiſitus fuerit teneatur tam in ciuitate quā in iuriſditione & diſtrictu quolibet dare ipſis officialibus, & eorum ſocijs conſilium & iuuamen quando voluerint hereticum capere vel ſpoliare, aut inquirere ſeu domum, vel locum, aut aditum aliquem intrare pro hereticis capiendis, ſub librarum .xxv. peruenienti, vel imperialium pena vel banno vniuerſitati, aut caſtri vel burgi ſub pena librarum quinquaginta. Ville vero .xxv. prouenienti, vel imperialium pro qualibet vice ſoluenda in pecunia numerata. Quicūq; autem hereticum vel hereticam captum vel captam aufferre de manibus capientium, vel capientis auſus fuerit vel deffendere ne capiatur, ſeu prohibere aliquos intrare domum aliquam vel curtem ſeu locum aliquem ne capiatur, & inquirant ibi iuxta legem Padue promulgatā per quondam. Acem olim Romanoꝝ Imperatorem publicatis bonis omnibus in perpetuum relegetur, & domus illa, a qua prohibiti fuerint, ſine ſpe reedificandi funditus deſtruatur. Niſi forte Dioceſanus vel in eius abſentia ipſius vicario vna cum inquiſitoribus p̄ntia de facili, ſeu inquiſitore hereticorum, vel ſoli ipſi dioceſano, quando inquiſitorum, vel inquiſitoris preſentia de facili haberi non poterit legitime conſtiterit prefate domus dn̄m in hoc caſu penitus innocentem, & prorſus inculpabilem extitiſſe, ac etiam eum non eſſe credentem, vel receptorem, vel deffenſorem, ſiue fautorem hereticorum, ſeu hereticarum ſuſpectum, & bona que ibi reperta fuerint fiant capientium vel inquirentium, ac ſi heretici fuiſſent ibidem inuenti, niſi forte predictas, vt dictū eſt legitime cōſtiterit per teſtes fidedignos, & omni exceptione maiores ipſa bona eſſe aliarum perſonarum quā dn̄i domus eiuſdem, & tunc propter prohibitionem hanc, vel impeditionem ſpecialem, burgus, vel caſtrum cōponat cōi in cuius diſtrictu eſt libras ducentas, & villa libras centum. & vicinia tam burgi, quā caſtri, & ciuitatis libras quinquaginta prouenienti, ſiue Imperialium in pecunia numerata, niſi infra quintum diem ipſos deffenſores, vel fautores hereticorum poteſtati, vel rectori, captos duxerint perſonaliter preſentatos, vel niſi forſam per legitimas probationes dioceſano vel in eius abſentia ipſius vicario vna cum inquiſitoribus, ſeu inquiſitori hereticorum, vel ſoli dioceſano quando inquiſitorum aut inquiſitoris preſentia de facili haberi non poterit plene ac euidenter conſtiterit, ꝙ ipſum vel ipſos capere nullatenus potuiſſent, & eos ad captionem, & preſentationem huiuſmodi faciendas ſufficientem, & congruam adhibuiſſe ſolicitudinem, & cautellam. Teneantur inſuper, poteſtas, capitaneus, conſules, ſeu rector, vel alij huiuſmodi hereticos omnes, & hereticas qui capti amodo fuerint cuſtodire, facere ſub expenſis cōmunis ciuitatis vel loci cui preſunt per viros catholicos. ad hoc electos ad Dioceſanum ſi preſens fuerit, & fratribus ſupradictis, vel inquiſitoribus, ſeu inquiſitori in aliquo ſpeciali carcere tuto & ſecuro in quo ipſi ſoli teneantur ſeorſum a latronibus & bannitis donec de ipſis fuerit diffinitum, ſi quando aliqui, vel alique non heretici pro captis hereticis ipſis non contradicentibus fuerint aſsignati,

vel ſe forſan aſsignauerint predicti ſuppoſiti perpetuo carceri mancipentur, & heretici nihilominus reddi & aſsignari cogantur, & qui hunc dolum fecerit iuxta legem predictam bonis omnibus publicatis in perpetuum relegentur. Teneantur inſuper poteſtas, capitaneus conſules, vel rector ſeu quiuis alius huiuſmodi cum bono & ſecuro comitata omnes hereticos quocunq; nomine cenſeantur infra dies. xv. poſtquam capti fuerint dioceſano vel eius ſpeciali vicario, ſeu hereticorum inquiſitoribus vel inquiſitori preſentare pro examinatione de ipſis, & eorum hereſi facionda. Damnatos vero de hereſi per dioceſanum vel eius vicarium ſeu inquiſitores vel inquiſitorē predictos, Poteſtas, Capitaneus, & alij eorum ſupradicti vel eius & eorum nuntius eos animaduerſione debita puniendos ſibi relictos ſtatim recipere teneantur. Teneantur preterea poteſtas, capitaneus, cōſules, aut rector, vel alij huiuſmodi omnes hereticos quos captos habuerint cogere citra membri diminutionem & mortis periculum tanq̄ vere latrones & homicidas animarum, & fures Sacramentorum Dei & fidei Chriſtiane errores ſuos expreſſe fateri, & accuſare alios hereticos quos ſciunt & bona eorum, & credētes & receptatores & deffenſores eorum, ſicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium accuſare eorum complices, & fateri maleficia que fecerint. Domus autem in qua repertus fuerit hereticus ſine vlla ſpe reedificandi funditus deſtruatur. Niſi dominus domus eas ibidem procurauerit reparari. Et ſi Dominus illius domus habuerit cum ea domo appendices cum vna eademq; domus appendices interdum diuerſis, & coherentibus manſionibus diſtinguantur omnes ille domus appendices, ſiue in domo illa, ſiue in eius appendicibus hereticos vel heretica deprehenſus fuerit ſimiliter deſtruatur, & bona que ibi fuerint inuenta in domo illa ipſiuſq; appēdicibus forte legitime per teſtes fidedignos, & omni exceptione maiores ipſa bona eſſe aliarum perſonarum quā domini domorum earundem conſtiterit publicentur & fiant aufferentium, niſi aufferentes fuerint in huiuſmodi officio conſtituti, & inſuper dominus domus illius preter notam infamie perpetue quam incurrat, cōponat cōe ciuitatis vel loci quinquaginta libras prouen̄. vel imperialium in pecunia numerata, quam ſi non ſoluerint in perpetuo carcere detrudantur, Que autem de domorum & appenditiorum deſtructione bonorum publicatione, ac penarum impoſitione facienda dn̄s domorum earundem promiſſa ſunt volumus obſerueri. Niſi forte dioceſano vel in eius abſentia ipſius vicario vna cum inquiſitoribus, ſeu inquiſitore hereticorum, vel ſoli ipſi dioceſano quando inquiſitorum vel inquiſitoris p̄ntia de facili haberi non poterit, legitime conſtiterit prefatarum domorum dn̄os in hoc caſu penitus innocentes, & prorſus inculpabiles extitiſſe, ac etiam eos non eſſe credentes vel receptatores, aut deffenſores hereticorum ſeu hereticarum labe ſuſpectos, quos nec in domibus, vel appēdicibus, nec in bonis eiuſdē queſtionis modo punire volumus, ſicut dictum eſt apparuerint Innocentes. Burgus autem ille, ſeu caſtrum in quo heretici capti fuerint vel inuenti componat cōmune ciuitatis vel loci in cuius diſtrictu eſt centum quinquaginta, & vicinia tam burgi quam caſtri, & ciuitatis libras vigintiquinq; prouen. vel imperialium in pecunia numerata niſi infra quintum diem receptatores ipſorum captos preſentauerint poteſtati, ſiue cuiuis alij preſidenti eiuſdem regimini ciuitatis, niſi forſan per legitimas probationes dioceſano, vel in eius abſentia vicario, vna cum inquiſitoribus ſeu inquiſitore hereticorum, vel ſoli ipſi dioceſano, quando inquiſitorum, vel inquiſitoris preſentia de facili non poterit haberi, plene ac euidenter conſtiterit, quod ipſos capere nullatenus potuiſſent, & ad captionem & preſentationem huiuſmodi faciendas ſufficientem, & congruam adhibuiſſe ſolicitudinem, & cautellam. Quicunq; vero deprehenſus fuerit dare alicui heretico cōſilium vel auxilium vel fauorem preter aliam penam ſuperius & inferius pretaxatam ex tunc ipſo iure in perpetuum ſit factus infamis, nec ad publica officia, ſeu cōſilia, vel ad elligendos aliquos huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur, ſit etiam inteſtabilis, nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hereditatis ſucceſsionem accedat. Nullus preterea ei ſuper quocunq; negotio, ſed ipſe alij reſpondere cogatur. Quod ſi forte iudex extiterit enim ſententia nullam aliam obtineant firmitatem, nec cauſe aliq̃ue ad eius audientiam preferantur. Si fuerit aduocatus eius patrocinium nullatenus admittatur, ſi tabellio inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti credentes quoq; heredibus hereticorum tanquam heretici puniantur teſtamenta eorum qui heretici deceſſerint nullius eſſe momenti volumus. Teneantur inſuper poteſtas, ſiue capitaneus, ſeu rector conſules vel quiuis alius preſidens regimini ciuitatis vel loci, nomina virorum omnium qui de hereſi fuerint infamati & banniti in quatuor libellis vnius tenoris facere anotari. Quorum vnum cōmune ciuitatis vel loci habeat, & alium Dioceſanus, & tertium fratres predicatores, & quartum fratres minores, & ipſorum nomina omni anno in contione publica ſolemniter faciat recitari, teneatur quoq; poteſtas, ſeu rector, vel quicunq; regimini ſupradicto prefuerit filios, & nepotes hereticorum & receptatorum, deffenſorum, & fautorum eorum diligenter inueſtigare, eoſq; ad aliquod officium ſeu conſilium nullatenus admittere in futurum. teneatur preterea poteſtas, ſeu rector, vel quiuis alius huiuſmodi regimini preſidens vnum de aſſeſſoribus ſuis quem ellegerit dioceſanus ſi fuerit preſens, & inquiſitores, ſeu inquiſitor predicti auctoritate ſedis apoſtolice deputati, mittere cum eis quandocunq; voluerint in iuriſditione ciuitatis vel loci, ac eius diſtrictu. Qui aſſeſſor ſecundum quod predictis inquiſitoribus ſeu inquiſitori viſum fuerit ibi tres aut plures boni teſtimonij viros, vel totam viciniam ſi eis videbitur iurare compellat. Quod ſi quos ibidem hereticos ſciuerint vel bona eorum, vel aliquos occulta conuenticula celebrātes ſeu a cōmuni conuerſatione fidelium vita & moribus diſſidentes, vel credentes, aut deffenſores ſeu receptatores vel fautores hereticorum, eos dictis inquiſitoribus, ſeu inquiſitori ſtudeant indicare. Ipſi autem poteſtas, conſules, ſiue rector, ſeu quiuis alius regimini preſidens purgare teneatur ab heretica feditate ciuitatem vel locum cui prefuerit, totamq; terram, vel diſtrictum ſiue iuriſditionem ſecundum legem per quondam Romanorum Imperatorem tunc in deuotione Romane eccleſie perſiſtentem Padue promulgatam contra hereticam prauitatem, & earum tenores facere in ſuis capitularibus annotari. Nullis inde temporibus abolendis. Teneatur inſuper poteſtas, ſeu quiuis rector alius ciuitatis vel loci quocunq; vocabulo nuncupentur in deſtructione domorum & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis vel occupatis conſignandis, & diuidendis de quibus ſuperius de infra viginti dies poſtquam accuſatio ſeu denuntiatio facta fuerit, & hec omnia exequi cum effectu, & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menſes exigere & diuidere illas ſicut inferius cōtinetur, & eos qui ſoluere non poterunt banno maleficij ſupponere, & donec ſoluant in carcere detinere. Alioquin pro his omnibus & ſingulis ſindicentur ſicut inferius continetur inſuper teneantur vnum de aſſeſſoribus ſuis quēcunq; dioceſanus vel eius vicarius, & dicti inquiſitores ſeu inquiſitor hereticorum voluerint ad hec peragenda fideliter aſſignare, & mutare pro tempore ſi eis viſum fuerit opportunum. Omnes autem condemnationes vel pene que occaſiōe hereſis facte fuerint, neq; per contionem, neq; per conſilium, neq; ad vocem populi vllo modo aut ingenio aliquo tempore valeat relaxari. teneatur poteſtas, capitaneus, conſules, ſeu quiuis alius rector omnia bona hereticorum, & receptatorum eorum que per dictos officiales fuerint occupata ſeu inuēta, & condemnationes pro his exactas. Nec non & lignamina, lapides, & tegulas domorum & turrium, que occaſione hereſis deſtruentur, & bona tam immobilia, que eadem occaſione confiſcabuntur diuidere tali modo. Vna pars deueniat in cōmune ciuitatis ſeu loci. Secunda in fauorem & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipſa peregerunt. Tertia ponatur in aliquo tuto loco, ſecundum quod dictis Dioceſano, & inquiſitoribus, vel inquiſitori videbitur reſeruanda, & expendenda per conſilium eorundem in fauorem fidei & ad hereticos extirpandos. Non obſtante huiuſmodi ſtatuta aliquo condito vel condendo. Teneatur preterea poteſtas, vel rector ciuitatis ſeu loci alterius vendere bona fide cum conſilio & conſenſu inquiſitorum vel inquiſitoris bona que confiſcantur occaſione heretice prauitatis infra tres menſes poſt confiſcationem huiuſmodi, quod ſi non fecerit premiſſas penas eo ipſo incurrat.

Nihilominus inquiſitores vel inquiſitor libere illa vendere valeant, requiſito conſilio Dioceſani, vel eius vicarij, ſi preſens non fuerit, & duorum fratrum predicatorum, & totidem minorum ordinum, quos prior, & Guardianus ſi conuentus ibidem fuerint eorundem ordinum ad hoc duxerint elligendos, & emptores huiuſmodi bonorum ea libere, ac licite habeant & poſſideant, & ipſorum bonorum Dominium per emptores huiuſmodi transferatur ad ipſos. Si quis autem de cetero aliquod iſtorum ſtatutorum, ſeu conſtitutionum attemptauerit delere, diminuere vel mutare ſine auctoritate ſedis Apoſtolice ſpeciali. Poteſtas, Capitaneus, ſeu Conſul, vel quiuis alius Rector qui pro tempore fuerit in villa ciuitate vel loco, teneatur eum tanquam deffenſorem hereticorum publicum & fautorem ſecundum formam preſcriptam perpetuo publice infamare atq; punire in libris quinquaginta prouen. vel Imperialium in pecunia numerata, quam ſi exigere non poterit eum maleficij banno ſupponat. De quo exire non valeat, niſi ſoluerit duplum dicte pecunie quantitatem teneatur ſane Poteſtas, Capitaneus, ſeu quiuis alius Rector infra duodecim dies ſui regiminis ſindicare precedentem proximum Poteſtatem, Capitaneum, Conſulem, vel Rectorem, etiam eius aſſeſſores per tres viros Catholicos, & fideles quos infra tres dies ſui regiminis ſupradicti elligant vna cum Dioceſano fratres predicatores & minores, a ſuis prioribus & guardianis pariter aſſignati, ſeu inquiſitores, vel inquiſitor heretice prauitatis de omnibus his que in ſtatutis illis ſeu conſtitutionibus, & legibus ante dictis contra hereticos, & eorum complices editis continentur, & punire ipſos ſi exciderint in omnibus & ſingulis, que commiſerint, & cogere eos reſtituere de propria facultate. Non obſtante ſi per aliquam licentiam Conſilij, vel alterius cuiuslibet, a ſindicatione fuerint abſoluti iurabunt autem predicti tres viri bona fide ſindicare prefatos de omnibus ſupradictis. Ceterum teneatur poteſtas ſiue Capitaneus, Conſul, aut quiuis alius Rector ciuitatis, vel loci delere ſeu abradere penitus de ſtatutis & capitularibus communis quodcunq; ſtatutum condendum quod inueniatur contradicere illis conſtitutionibus, ſeu ſtatutis, & legibus memoratis ſiue quomodolibet obuiare, & in principio, & in medio ſui regiminis hec ſtatuta, ſeu conſtitutiones, & leges ipſas in publica contione ſolemniter facere recitari, & etiam in alijs locis extra ciuitatem ſuam vel locum ſicut Dioceſano, ſeu inquiſitoribus, ſeu inquiſitori videbitur expedire. Porro hec omnia ſtatuta ſeu conſtitutiones & leges prefate, & ſi que alie contra hereticos & eorum complices tempore aliquo auctoritate ſedis Apoſtolice conderentur in quatuor voluminibus vnius tenoris debeant contineri. Quorum vnum ſit apud Dioceſanum, ſecundum in ſtatuto communis cuiuslibet ciuitatis ſeu loci. Tertium apud fratres predicatores. Quartum apud fratres minores, cum omni ſinceritate ſeruentur, ne poſſint in aliquo per falſarios violari. Data Peruſij nono Nouembris Pontificatus noſtri Anno primo.

¶ De pluſa gamalerij deuerſus garlaſcam aptanda.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod poteſtas teneatur preciſe, & ſine tenore infra quindecim dies de inueniendo modum & viam de aptando & aptari facere & firmare ripam pluſe Gamalerij deuerſus garlaſcam ad melius & vtilius quod fieri poterit pro communi, Ita quod dictum firmamentum ſeu laborerium compleant integre per totum menſem Martij vel vſq; ad medium Aprilem proximum venientem, ſecundū quod prouiſum fuerit faciendum ſub pena librarum ducentarum terdon. de ſuo ſalario, & quod non poſſit inde aliquo modo abſolui per conſilium, vel arenghum, nec per prouiſionem Capitanei Antianorum populi, nec quatuor Rectorum lige iuſtitie, nec aliquo alio modo, quin dictum laborerium compleatur omni modo pro quo laborerio faciendo, & manutentione dicte pluſe molandina de marchello, & de caſtello que nunc ſunt & fient & molandinum ſancti Andree ſicut. Et eſſe debeant obligata poſt terminum illorum qui non habent molandina illa obligata, & quod aliter, nec aliquo modo poſsint in futurum alicui obligari, quin ſemper illa molondina, & redditus ipſorum ſint ſemper, & eſſe debeant pro ipſo laborerio, & pro deffenſione, & manutentione ipſius pluſe obligata die lune .xxv. Februarij in pleno & generali conſilio predictum capitulum lectum & approbatum fuit.

¶ De aperienda via que vadit ad Albarum.

Item ſtatutum eſt, quod via que vadit ad albarum, & ſubianum aperiatur arbitrio Domini Iacobo abaone. & Manfredi vache, expenſis illorum qui habent facere in dicta via, & qui habent ire & redire per ipſam viam, videlicet incipiendo ad ruptam Ianuenſium eundo vſq; ad pontem de borrellis, & predictum laborerium fiat per totum menſem Madij proximi, Ita quod terra, que extrahetur de ipſis foſſatis proijciatur in ipſa via, & poteſtas teneatur predicta fieri facere ad requiſitionem predictorum maſſariorum.

¶ D non eundo habitando nec morando in terris inimicorum, communis Alexandriæ nec loqui cum eiſdem.

Item ſtatutum eſt preciſe & ſine tenore, quod aliqua perſona ciuitatis Alexan. vel diſtrictus non vadat, nec ire preſumat in terra Marchionis montisferati, vel eius filij, ſeu que detinentur per eos vel eorum nomine, nec in aliquam terram que faciat, vel faciet guerram communi Alexan. nec tractare, nec colloquium habere, cum aliquibus de predictis terris, vel inimicis, ſeu guerram facientibus communi Alexan. Nec receptare aliquos nuntios vel ſpias litteras, vel ambaxatas que eſſent in damnis, communis Alexandriæ, & hoc ſine licentia communis. Et ſi quis contrafecerit puniatur, & condemnetur arbitrio Poteſtatis inſpecta qualitate perſonarum facti, & negotij.

¶ De abolendo de libris ſtatutorum communis Alexan. omnia ſtatuta nõiantia marchionem montis ferrati.

Item ſtatutum eſt, quod Poteſtas ſuiq; Iudices, & Milites teneantur, & debeant preciſe & ſine tenore vinculo Sacramenti. & vltra ſub pena librarum quinquaginta terdonen. de ſuo ſalario diminuenda, & computanda caſſari facere, & abolere de libro ſtatutorum communis Alexan. vbiq; & vndecũq; inueniet, ſeu reperietur aliquod ſtatutum dicens, ſeu loquens in aliquo Dominum Marchionem Montisferrati, vel eius heredes, ſeu alium de ipſius agnatione. Illuſtriſsim. Dominum Regem Carolum ipſius heredes. Dominum Nicolinum baſtardum, Capitaneum Populi Alendriæ. & ipſa capitula caſſare, & caſſari facere, ac pro caſsis haberi de volumine ſtatutorum cõmunis Alexandriæ, vbicunq; & vndecunq; ſint. Ita quod ipſe Poteſtas ſuaq; familia, vel alij quicunq; Rectores, qui pro temporibus fuerint non teneantur in aliquo. Sed prorſus omnibus, & ſingulis ipſe, & ſequentes Poteſtates, ſiue Familie, & Rectores ſint penitus abſoluti, iſto capitulo in omnibus & ſingulis ſemper perpetuo durante in ſuo robore.

¶ De non tenendo letamen iuxta murum palatij communis.

Item ſtatutum eſt, quod Poteſtas Alexan. nec aliquis alius debeat ponere, nec tenere letamen rumentum, vel aliquod impedimentum iuxta murum palatij communis, nec brolieti, nec in brolieto, nec iuxta portam palatij ſiue brolieti, nec in via que eſt ante pontis a plathea maiori, ſiue a Carraria illorum de loreto vſq; ad beccariam, & a beccaria vſq; ad palatium de baratis, vſq; ad puteum Et abinde per viam que vadit in malocantono. Et deinde de fructibus, & hoc ſub pena ſoldorum ſexaginta. Et hec omnia poteſtas teneatur facere inquiri

ſemel quolibet menſe. Et ſi poteſtas hoc facere neglexerit, vel predicta tenere premiſſerit, aut predicta poni fecerit, amittat de ſuo ſalario vel de ſuo proprio libras. xxv. & hec omnia teneatur poteſtas attendere preciſe & ſine tenore.

¶ D inquiſitione facienda contra illos qui tenent equos pro communi.

Item ſtatutum eſt preciſe & ſine tenore, quod Poteſtas teneatur, & debeat facere, & fieri facere, quam melius & ſubtilius poterit fieri inquiſitionem contra illos, qui conſignauerunt, & tenere debent equos, pro communi Alexand. Si ipſi habuerunt, & tenuerunt illos equos cõſignauerunt communi Alexan. continue ſemper ab illa die citra quo conſignauerunt. Et ſi aliquos vel aliqui inuenientur non tenuiſſe, vel habuiſſe, vel non habere, vel tenere equos vt ſupra conſignatos, vt ſupra ſecundum quod debent, Teneatur ipſe poteſtas, & debeat eos, & quemlibet ipſorum excutere in denarijs numeratis infra menſem totam illam ayam, & totum id, quod habuerunt per ſe, vel per alium, occaſione dictorum equorum, quos conſignauerunt pro toto illo tempore quo ipſos equos non habuerint, vel tenuerint, & facere ad implere, teneatur dictus poteſtas, & eius familia cum effectu infra vnum menſem, poſtqnam iurauerit, & intrauerit regimen ciuitatis Alexan. ſub pena librarum quinquaginta terdon. de ſuo ſalario, vel de ſuo proprio.

¶ Quod aliquis miles non portet baculum in caualcatis.

Item ſtatutum eſt, quod aliquis miles non portet nec teneat in aliquo exercitu, vel caualcata aliquem baculum vel bachetam in manu ſub pena & banno ſoldorum quinq; in denarijs numeratis, pro qualibet vice.

¶ De elligendis guardijs occaſione exercituum.

Item ſtatutum eſt, quod Poteſtas teneatur elligere, & elligi facere guidas, & guardiaſchetas tam militum quam peditum ante quam exeat de ciuitate cauſa eundi, in exercitum.

¶ Quod poteſtas teneatur ſtando in exercitibus requirere duos vel plures de qualibet rugata ⁊ ſcire ab eis qui non ſunt in dicto exercitu.

Item ſtatutum eſt, quod poteſtas teneatur & debeat ſtando in exercitibus, requirere duos vel plures ad ſuam voluntatem de qualibet rugata Alexã. & facere iurare de veritate dicenda, & ſcire ab eis ſi qui ſunt ex illa rugata qui non ſint in ipſo exercitu, & imponere predictis requiſitis penam & bannum ad ſuam voluntatem vt melius poſsit reperire illos qui non fuerint in exercitu.

¶ De habendo per ſe noia omnium de parentellis.

Item ſtatutum eſt, quod Poteſtas teneatur & debeat habere per ſe omnes homines, ſiue nomina omnium & ſingulorum de parentellis ciuitatis Alexan. & ad hoc faciendum teneatur requirere & habere duos de melioribus, & legalioribus de qualibet parentella, & ipſos compellere ſub pena arbitrio ſuo imponenda, & aufferenda iurare de manifeſtando & dando in ſcriptis omnes & ſingulos de parentella predicta qui ſunt a decem annis ſupra vſq; in ſeptuaginta, & quod in exercitibus, & caualcatis prius ipſi inquirant ſi fuerint in exercitu, & qui non fuerint in exercitu prius condemnentur, & ab eis condemnationes exigantur antequam ab alijs qui non ſunt de parentellis.

¶ De manifeſtandis illis de villis qui ſunt ab annis xviij ſupra vſq;.

Item ſtatutum eſt, quod Poteſtas teneatur, & debeat habere quatuor pro qualibet villa, loco, & caſali, & quod ei videbitur, & ipſos compellere ad iurandum arbitrio aufferenda de manifeſtandis omnibus & ſingulis dandis dictorum locorum villarum, & caſalium, qui ſunt a decemocto annis ſupra vſq; in Et ſi ipſi qui iurauerint inuenirentur culpabiles ſeu in fraude aliqua manifeſtando, & in ſcriptis dando vel aliquem celauerint poſsit & debeat ipſos & quemlibet eorum punire in libris. XXV. & plus & minus voluntatem dicti domini poteſtati.

❡ Quod quilibet teneatur ſe facere poni in ventinis.

ITem ſtatutum eſt, quod quilibet teneatur & debeat ſe ponere & poni facere in ventinis ſi fuerit de ciuitate vſq; ad dies. quinq;, & ſi fuerit de villis, & caſalibus vſq; ad dies octo, & qui ſe non poſuerit & poni non fecerit & qui fraudem in hoc comiſſerit cadat ab omni honore & officio & baylia vſq; ad annos tres, nec audiatur de iure in cauſis ciuilibus vſq; ad predictum tempus.

❡ Quod qui non iuerit in exercitus cadat ab omni officio.

ITem ſtatutum eſt, quod quilibet teneatur ire in exercitus, & caualcatis faciendis, & faciendas per commune Alexan. & ibi ſtare, & qui non fuerit & ſteterit cadat ipſo iure ab omni officio & honore & baylia per tempus trium annorum, & vltra cadat in penis & bannis ſtatutis & ordinatis in capitulis communis Alexan. Ita quod ipſe pene & banna excutiantur & ſoluantur in pecunia numerata. Nulla compenſatione inde recipienda.

❡ Quod creditores communis teneantur facere poni ad campanile omnes contractus quos habent cum commune.

ITem ſtatutum eſt preciſe & ſine tenore, quod quelibet perſona que habet habuerit vel haberet, ſeu faceret vel fecerit contractum vel debitum vſurarium cum commune Alexan. teneatur & debeat illam cartam debitum vel contractum poni facere ad campanile dicti communis penes notarios campanilis & quantitatem debiti ſcilicet ſortem per ſe, & ad quot denarios mutuantur. Milleſimum inditionem & diem & nomen Notarij. Et ſi aliter factum fuerit, illa carta mutuum, vel contractus non valeat, nec teneat ipſo iure in fauorem dictorum mutuantium, ſed in fauorem communis valeat. Nec inde commune Alexan. teneatur de predictis contractibus mutuis vel debitis, & que fierent, niſi preſens capitulum obſeruaretur in totum. Quod capitulum legatur ſemper, & quando aliquis contractus carta vel debitum fieri debuerit cum commune Alexan. in conſilio generali antequam ipſe contractus fiat. Idem fiat & obſeruetur de omnibus, & in omnibus contractibus venditionum factarum, & que fient per commune de redditibus & rebus communis, & ſi aliter contractus, ſeu venditio facta, ſeu factus fuerit non valeat contractus ipſo iure in fauorem ipſorum contrahentium cum commune, ſed in fauorem communis valeat & teneat, & poteſtas teneatur facere preconizari per vias & carrubia ciuitatis & per villas, loca, & caſalia diſtrictus Alex. & etiam in conſilio maiori. Quod quilibet qui emit de redditibus vel rebus communis debeat depoſuiſſe penes notarios campanilis, vel ad campanile inſtrumenta ſuarum emptionum ad terminum octo dierum ordinatum per ipſum poteſtatem, & ipſa inſtrumenta notarij campanilis, teneantur & debeant exemplari in vno libro, & qui non depoſuerit ad terminum ſupraſcriptum amittat pro banno libras quinquaginta & nihilominus ille contractus illius qui non depoſuerit ſit caſſus, & nullius valoris ipſo iure in fauorem cōtrahentium, ſed in fauorem communis valeat, & teneat, & redditus, & res vēdite perueniant in cōe & hec oīa preciſe & ſine tenore, & legatur in quolibet cōſilio ante quam aliqua vēditio fiat.

❡ In nomine domini noſtri Ieſu Xp̄i Amen.

AD Honorem Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, & beate atq; glorioſe virginis Marie, ac beatorum apoſtolorū Petri & Pauli, & omniū ſanctorum & ſanctarū & totius celeſtis curie, & ad hoc vt ciuitas Alex. cōſeruet in bono & pacifico ſtatu.

Capitulum talie laborerij eccleſie ſancti Petri ciuitatis Alexā.

ITem cum in ſtatutis antiquis poſitis ad campanile tempore antiquitas, quo eccleſia beati Petri fundata fuit, & in ipſo opere laborabat ſtatutum quaſi infraſcripti tenoris in quodam libro antiquo ſtatutorum inuentum fuit, ſtatutum eſt, ꝙ quelibet perſona ciuitatis Alex. & diſtrictus que eſt vel fuerit in extimo librarum mille. Teneatur, & debeat ſoluere in denarijs numeratis maſſario ſiue maſſarijs laborerij eccleſie ſupradicte vel alij ſeu alijs officialibus qui elligerentur pro cōi Alex. omni anno expendendis in dicto laborerio ſoldos ſex terdon. Illa vero perſona que eſt vel fuerit in extimo, a libris mille vſq; ad quingentas ſoluere teneatur predicto maſſario ſoldos V. terdon. Alia vero que eſt vel fuerit in extimo a quingentis vſq; ad quadringentas ſoluere teneatur vt ſupra ſoldos quatuor. Alia autem que eſt vel fuerit in extimo a quadrigentis vſq; ad trecentas ſoluere teneatur vt ſupra ſoldos tres. Alia vero que eſt vel fuerit in extimo a trecentis libris vſq; ad ducentas libras ſoluere teneatur vt ſupra ſoldos duos. alia vero que eſt vel fuerit in extimo a ducentis libris vſq; ad centum ſoluere, teneatur vt ſoldum vnum & denarios ſex. Alia vero que eſt vel fuerit a centum libris vſq; ad quinquaginta in extimo, & ab inde infra ſoldum vnum. Bubulci vero ac ſcuteferi pediſſoce & alij manupaſti ſtantes ad feudum, vel ad mercedem. Et quelibet alia perſona que nō ſit in extimo ſtans in Alex. ſoluere teneatur vt ſupra eo modo quo ſupra denarios ſex. Quos omnes & ſingulos denarios cum effectu exigere teneatur quilibet poteſtas ab introitu ſui regiminis infra tres menſes in denarijs numeratis ſub pena librarum centum de ſuo ſalario in quibus ipſo iure condemnatus intelligatur expendendis in laborerio ſupradicto. Non obſtante aliquo ſtatuto generali vel ſpeciali vel aliqua prouiſione populi vel cōmunis Alexan. Et ſi quod ſtatutum reperiretur quod huic in aliquo contradiceret ſit caſſum irritum, & nullius valoris, & illud in ſuo robore perſeueret, & ſit vltimum & derogatorium omnibus alijs ſtatutis, ac in vltima parte libri ſtatutorum ponendum, de quo vel de aliqua parte ſui aliquis poteſtas Capitaneus Antiani, vel Rectores non poſsint petere abſolutionem, & ſi petita vel data fuerit non valeat ipſo iure. Imo niſi obſeruauerit cum effectu tanquam periurus in penam incidat nominatam.

❡ De pedagio vini villarum & lignorum.

HEC SVNT STATVTA ET ordinamenta facta ſuper pedagio vini villarum & lignis.

PRimo ſtatutum & ordinatum eſt, quod quelibet perſona vndecunq; ſit, que duxerit vel duci fecerit de extra Iuriſdictionem Alexan. vel diſtrictum Alexan. vinum in ciuitate vel villas, vel caſalia dicte ciuitatis, & Iuriſditionis ſue, teneatur & debeat dare communi Alexan. vel habenti cauſam a dicto communi pro pedagio ſoldos quatuor terdon pro quolibet ſeſtario vini, computato veteri pedagio, & veteri maltota de extra Iuriſditionem Alexan. & diſtrictum. Intelligantur omnia loca habentia pacem, & guerram pro communi Alexan. ſiue ipſe vue, ſeu vinum ducatur alicuius, vel alia de cauſa. Non obſtante capitulo quod loquitur, quod quilibet poſsit ducere, & duci facere vinum pro ſuo vſu vel familie ſue ſine pedagio & quacunq; alio.

¶ Quod quelibet perſona que duxerit vuas in Alexan. teneatur ſoluere pedagium.

ITem ſtatutum eſt, quod quecūq; perſona que duxerit ſeu duci fecerit vuas de extra diſtrictum Alex. & iuriſditionem vt ſupra in precedenti capitulo continetur. Teneatur & debeat ſoluere pro pedagio ſi duxerit ſuper plauſtro ſoldos trigintaduos terdoñ. & ſi ſuper barotia ſoldos viginti terdon. & ſi ſuper beſtia ſoldos quinq; terdon. & ſi cum naui ſoldos quatuor pro quolibet ſeſtario vini extimati per pedagerios, ꝙ exire poterit de ipſis vuis.

¶ De pedagio totius vini venientis in Alexan. vel extra exeuntis ſoluendo vt infra.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, quod quelibet perſona que duxerie vinum, ſeu duci fecerit de diſtrictu ſiue poderio, & iuriſditione Alexan. in ciuitate Alexan. vel villas, ſeu caſalia dicte ciuitatis & iuriſditionis ſue, tam pro ſuo vſu quam pro alia cauſa, teneatur, & debeat ſoluere pro pedagio, pro quolibet ſeſtario vini denarios quindecim Papienſium, & nihil vltra computate maltota, Et hoc non obſtante aliquo ſtatuto facto vel faciendo & ſpecialiter illo ſtatuto, ꝙ loquitur ꝙ quilibet poſſit ducere, & duci facere vinum pro ſuo vſu, ad certum tempus.

¶ De ſoluendo pedagio vini ad voluntatem colligentis.

ITem ſtatutum eſt, quod quilibet ducens vel duci faciens vinum vel vuas in Alexā. de villis vel caſalibus Alexan. teneatur ſoluere pedagium ad voluntatem colligentis. Et qui contrafecerit ſoluat & ſoluere teneatur pedagium quadruplatum, & Dominus Poteſtas ſine libello, & ſine litis conteſtatione & ſine ſtrepitu iudicij, teneatur ipſm ducentem vel duci facientem perſonaliter detinere, & bona ſua capere vſq; ad plenam ſatiſfationem & ſolutionem dicti quadrupli ad omnem voluntatem dicti colligentis, & quilibet pedagerius & nuntij ſui libere, & impune ad eorum omnimodam voluntatem poſſint & eis liceat detinere, & detineri facere beſtias plauſtra naues & vinum, & vuas vſq; ad plenam ſolutionem totius pedagij & quadrupli ſi non ſolueret. Et quod pedageria credatur ſi dixerit quod ducens ſeu duci faciens ſoluere noluerit.

¶ De non extrahendo ligna vel fenum de extra ciuitatem Alex.

ITem ſtatutum eſt, quod nullus audeat vel preſumat extrahere ligna vel fenum de diſtrictu Alexan. vndecunq; ſit. Et qui contrafecerit amittat plauſtrum beſtias & barotias cum quibus ligna vel fenum ducentur, & quilibet poſſit capere & detinere, & accuſare cōtrafacientes, & habeat medietatem banni, & rerum ablatarum, & alia medietas perueniat in commune.

¶ De banno reducentum vinum vel vuas, ex quibus, vel ex quo non eſſet pedagium perſolutum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliqua perſona reponeret, ſeu reduceret vinum vel vuas de quibus non eſſet ſolutum pedagium ꝙ ſolui deberet puniatur qualibet vice in ſoldis centum, ſaluis alijs penis contentis in alijs ſtatutis.

¶ De pedagio lignorum, ⁊ lignaminis ſoluendo vt infra.

ITem ſtatutum eſt, quod quecunq; perſona que duxerit ligna, ſeu lignamen in ciuitate Alexandriæ cauſa vendendi vel cauſa comburendi, ad fornaces, teneatur ſoluere pedagia conſueta ſolui. Et que ſoluuntur de lignis que ducuntur in Alexandria, ad venendum.

¶ De non comittendo fraudem aliquam in ſolutione pedagij.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ quelibet perſona vndecunq; ſit que cōmitteret aliquam fraudem in dictis pedagijs, vel vino vel vuis. Amittat vinum, vuas, beſtias, plauſtra, barotias & naues, cum quibus, & ſuper quibus vinum vel vue ducerentur, & libras. x. pro quolibet & qualibet vice. Quod bannum, & que res perueniant in cōmune, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & rerum amiſſarum, & inter alia intelligatur fraus cōmiſſa ſi diceretur a ducente vel duci faciente vinum, vel vuas fuiſſe natum vel natas de aliqua parte diſtrictus Alex. & hoc non eſſet verum.

¶ Statuta facta ſuper manutentione bealis cōmunis.

HEC Sunt ſtatuta, & quedam ordinamenta facta per infraſcriptos auctoritate conſilij generalis tempore poteſtatie nobilis viri dn̄i Muruelli de vidalta poteſtatis Alex. Milleſimo Ducenteſimo nonageſimo ſeptimo Inditioue decima pro deffenſione, & conſeruatione bealis cōis.

¶ De aliquibus arboribus, ſeu lignaminibus non ducendis per beale communis.

STatum eſt per Dominos Poteſtatem, Capitaneum, & Ancianos, & quatuor Rectores ſocietatis iuſtitie ciuitatis Alexā. nemine diſcrepante, auctoritate & baylia eis data a conſilio generali ciuitatis Alex. ꝙ quelibet perſona vndecunq; ſit non audeat nec ducat, nec duci faciat aliquas trabes, arbores, ſeu ligna per betale cōmunis, a bucha bealis vſq; ad ciuitatem. Et qui contrafecerit amittat pro quolibet, & qualibet vice libras vigintiquinq;, & omne bannum ſeu leſio que daretur vel faciet in aliqua parte in ripis bealis, vel in roſto, vel in carraria reſtituantur in totnm per ducentes vel duci facientes ligna, trabes, vel arbores per predictum betale, & credatur, & reputetur per ducentes vel duci facientes damnum datum in dictis ripis, roſta, & carraria ſi ibi datum ſeu factum fuerit aliquod damnum ſeu leſio.

¶ Quod Poteſtas, ⁊ Iudices ſui teneantur inquirere arbores, ſeu trabes ducentes per beale.

ITem ſtatutum eſt, quod poteſtas vel ſui iudices, vel alter ex eis inquirat ſuo officio qui fuerunt illi, qui duxerunt vel duci fecerunt trabes ſeu arbores per betale cōmunis ab vno anno citra, & quod illos omnes, quos inuenerint duxiſſe ſeu duci feciſſe cōpellat, & compellere poſſit ad ſuam puram & liberam voluntatem omni exceptione & deffenſione remota rupta facta in ripa betalis reſtituere, & reficere eorum proprijs expenſis, & penam imponere & exigere ad ſuam voluntatem. Non obſtantibus aliquibus ſtatutis ſeu reformationibus loquentibus in contrarium

¶ Qđ oēs fructus terrā ⁊ poſſeſſionū quos quondā frater remutius ipſius laborerij maſſarius ꝑueniant in laborerīū maioris eccleſie ſancti petri.

AD Honorem Dei, & Beate virginis Marie, ac beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & vt in laborerio maioris eccleſie poſſit procedi & laborari. Statutum, & ordinatum eſt, quod poteſtas preciſe & ſine tenore, teneatur facere cum effectu, ꝙ omnes terras & poſſeſſiones cum fructibus perceptis ex eis pertinentes ad laborerium maioris eccleſie quas tenebat quondam frater remutius maſſarius quondam ipſius laboreri pleno iure perueniant in laborerium ſupradictum. Ita quod commune Alexā. vel maſſarius dicti laborarij noīe dicti laborerij dictas terras habeant teneant & qete poſſideant ſine contradictione alicuius ꝑſone. Que omnia & ſingula ſupraſcripta poteſtas preciſe & ſine tenore teneatur mandare executioni infra menſem vnū, poſtq̄ iurauerit regimen Alex. ſine eo ꝙ dictum ſtatututum ei denuntiatur, vel allegeť ſub pena librarum ducentorū terdon. In quibus ſi dictum ſtatutum nō obſeruauerit cū effectu ipſo iure condemnatus intelligať & ſit, Ita ꝙ clauarius dictos denarios computare debeat, in ſolutione ſalarij ipſius poteſtatis, & ſi clauarius hoc non faceret ipſo iure ſit condemnatus in libris quinquaginta terdon. ſoluendis cõi Alexan. in denarijs numeratis ſine aliqua compenſatione, quod ſtatutum ſit preciſum vltimum & derogatorium omnibus alijs ſtatutis prouiſionibus & refformationibus factis, vel que fieri poſſent in cõtrarium. Nec de iſto poſsit peti licentia vel abſolutio, & ſi data eſſet non valeat ipſo iure. Imo poteſtas incidat in penam predictam, tanquam de ſtatuto facto in fauorem eccleſie, & per hoc ius eſt acquiſitũ eccleſie ſuprſaſcripte & laborerio ſupraſcripto, nec poſſit abſolui, remoueri, & prorogari, nec contra ipſum vel aliquam partem ſui prouiſio fieri, & ſi aliquis arangaret contra ſit penitus ipſo iure condemnatus in libris qninquaginta terdon. & qui eſſet de partito contra in libris. xxv. & qui poneret ad partitum in libris centum.

¶ Qd̃ poteſtas teneatur facere ſolui omnia legata dicte eccleſie ſancti Petri.

EOdem modo, & forma, & ſub eiſdem penis teneatur poteſtas facere cum effectu infra dies quindecim poſtq̃ denuntiatum fuerit, ꝙ oĩa legata, & relicta laborerio ſupradicto ſoluantur maſſarijs laborerij eccleſie infraſcripte.

¶ De eodem ſilicet infra menſem facere laborari.

ITem quod pro reuerentia Dei, & beate Marie, & beati Petri, teneatur infra menſem poſt introitum ſui regiminis facere laborari ad maiorem eccleſiam continue Ita quod vota ſiue truyna vere crucis compleatur pro tempore ſui regiminis, & quod talia que imponi debet ſecundum formam ſtatutorum, & impoſita que nõ fuit ſoluta imponatur & ſoluatur.

¶ Qd̃ Inſtrumentum factum per commune Alexã. Iacobo. Nicolino & Antonio filijs quondam Ruffini de xamo attendatur.

IN Palatio nouo cõmunis Alex. in pleno & generali conſilio dicte ciuitatis ibidem ſono campane, voceq; preconum more ſolito congregato. Prouidus vir Dominus Albertanus de albertanis Iudex & Vicarius Magnifici viri dñi Marchi vicecomitis poteſtatis Alex. &c. Anciani Populi, & quatuor ſapientes ſocietatis Iuſtitie, totum conſilium predictum, & conſiliarii vniuerſi in dicto conſilio aſsiſtentes, decreuerunt, prouiderunt, firmauerunt, ſtatuerunt, & ordinauerunt quod Dominus Poteſtas, ſeu Vicarius Alex. qui nunc eſt, vel pro temporibus fuerit, & tota eius familia teneantur, & debeant preciſe & ſine tenore attendere, & obſeruare, & attendi & obſeruari facere in totum, & cum effectu inſtrumentum & contractum factum per cõmune Alexã. Iacobo nicolino. & Antonino filijs quondam Ruffini de xamo. Inſtrumentum & contractum factum per commune Alexand. Iacobo de pirris, & fratribus, & Inſtrumentum & contractum factum, Nicolino de boſcho filio Franciſchi de boſcho ꝑ dictum cõe ꝓ exceptionibus predictorũ, & oĩa & ſingula que in dictis inſtrumentis, & contractibus, & in quolibet eorum plenius continetur.

¶ In nomine Dñi nři Ieſu Xpi, Amen. ſtatuta ſalis.

HEC SVNT STATVTA ET
ordinamenta facta ſuper ſaleria, & gabella ſalis.

¶ Qd̃ omnes perſone Alex. & diſtrictus debeant emere & capere ſalem ad gabellam cõis.

STatutum & ordinatum eſt, quod omnes & ſinguli tam maſculi q̃ femine qui habitant in Alex. in caſalibus, & villis Alex. teneant & debeãt capere & emere totũ ſalẽ qui neceſſe fuerit eis pro eorum vſu in Alexan. ad gabellam cõmunis Alex. & non alibi modo aliquo vel ingenio, & qui contrafecerit ſoluat pro bãno ꝓ quolibet & q̃libet vice libras decem terdon. & quilibet ſit accuſator. Quarum medietas ſit accuſatoris, & teneatur priuatus, & alia medietas perueniat in cõe Alex. ſi gabella fuerit in cõmuni. & ſi vendeť medietas p̄dicte medietatis perueniat in emptoribus p̄dicte gabelle.

¶ De non deſcareando ſalem ab aliquo qui duxerit niſi ad gabellam communis.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, quod non liceat alicui ducenti ſalem intrare in aliquo hoſpitio vel domo cum dicto ſale, neq; deſcareare ipſum ſalem, vel beſtias, vel ducentes ipſum ſalem. niſi ad domum gabelle cõmunis Alex. vel niſi cauſa albergandi in ſero ſine fraude, ſi extra ciuitatem Alex. fuerit, & ſi quis contrafecerit, ſoluat pro quolibet & qualibet vice ſoldos centum terdon. & amittat ſalem & beſtias quarum medietas ſit accuſatoris & teneatur priuatus, & alia medietas perueniat in cõe, ſi gabella fuerit in cõi, & ſi venderetur medietas predicte medietatis perueniat in emptoribus dicte gabelle.

¶ De hoſpitando vel reducendo aliquas perſonas ducentes ſalem niſi in ſero extra ciuitatem.

ITem ſtatutum eſt, quod nulli liceat, nec debeat tenere nec recipere in aliqua ſua domo, vel aliena aliquem, vel aliquos ducentem vel ducẽtes ſalem, verſus Alex. niſi eſſet in ſero cauſa hoſpitandi extra ciuitatem ſine fraude. Et ſi quis contrafecerit ſoluat pro banno pro quolibet, & qualibet vice libras decem, quarum medietas ſit accuſatoris, & alia medietas perueniat in cõmune, & teneatur priuatus dictus accuſator, ſi gabella fuerit in cõmune. Et ſi vendetur medietas predicte medietatis perueniat in emptoribus predicte gabelle, & ſi fuerit eccleſiaſtica perſona, que contrafecerit, & dictum bannum ſoluere recuſauerit a protectione Alex. & cõis Alex. & impune & libere poſſit offendi in rebus ſuis.

¶ De non intrando in tra ciuitatem portanti ſalem in aliqua domo vel hoſpicio.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, quod non liceat portandi ſalem, poſtquam fuerit in ciuitate intrare in aliquo hoſpitio, vel alique domo in ciuitate Alexan. Nec ipſum ſalem, vel beſtias diſcareare, niſi ed domum gabelle cõmunis Alex. & niſi ſcriptus fuerit, vel extimatus per gabellatorem cõmunis Alexan. & niſi fuerit de voluntate gabellatoris. Et ſi quis contrafecerit ſoluat pro banno libras decem, & amittat beſtias, & ſalem, & ſi duceretur ſuper plauſtrum, barotiam vel nauim, amittat plauſtrum, barotiam, & nauim ſuper quibus portaretur dictus ſal. Quarum rerum medietas ſit accuſatoris, & teneatur priuatus ſi gabella fuerit in commune, & alia medietas perueniat commune, & ſi vendetur, medietas predicta medietatis perueniat in emptoribus dicte gabelle.

¶ Quod nullus de Alexan. debeat reducere aliquam ducentem ſalem.

ITem ſtatutnm, & ordinatum eſt, quod nullus ciuitatis Alexandriæ infra foſſata ciuitatis Alexan. debeat in aliqua ſua domo, vel aliena, albergare, vel tenere aliquẽ Ducentem ſalem cum ipſo ſale, vel ipſum ſalem recipere. Et ſi quis contrafecerit ſoluat pro banno pro quolibet, & qualibet vice, libras decem, quarum medietas ſit accuſatoris, & teneatur priuatus, & alia medietas perueniat in commune, ſi gabella fuerit in commune. Et ſi vẽdetur medietas predicte medietatis perueniat in emptoribus predicte gabelle, niſi de voluntate & parabola fuerit gabellatoris.

¶ Qḋ nullus de Alexã. vel diſtrictus, non poſsit vendere nec emere ſalem aliquo modo niſi ad gabellam.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi quis vendiderit vel emerit ſalem publice, vel priuatim in aliquo loco vel villa diſtrictus Alex. Poteſtas, Conſules, Maſſarij, vel Rectores, ſeu quocunq; alio noĩe appellentur, & hoĩes dicti loci vel ville teneanť, & debeant illum venditorem vel emptorem accuſare maſſarijs qui ſunt vel fuerint ſuper ſale cõis intra tertiã diẽ, poſtq̃ dictus ſal venditus vel emptus fuerit. Et ſi quis cõtrafecerit ſoluant Poteſtas, Conſules, Maſſarij, vel Rectores, ſeu quocunq; alio noĩe appellentur pro bãno ꝓ quolibet & qualibet vice ſoldos. lx. & cõe & homines ipſius loci vel ville libras. x. & ſuperinde Gabellerij poſsint habere cuſtodes priuatos, qui accuſent, & accuſare poſsint cõtrafacientes, Quarum librarũ decem medietas ſit accuſatoris, & alia medietas perueniat in cõe, ſi gabella fuerit in cõe, & ſi vendeť medietas predicte medietatis perueniat in emptoribus predicte gabelle.

¶ De capiendis ducentibus ſalem contra ſtatuta communis.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ cuilibet liceat capere & detinere, & in fortiam, & virtutem dñi Poteſtatis, & cõis Alex. Ducere oẽs & ſingulos deportantes aut ducentes vel duci facientes, ſalem contra ſtatuta, & ordinamenta facta per cõe Alex. ſup ſale, contra quemlibet, & quoslibet ducentes aut portantes ſalem, & ille vel illi qui aliquem vel aliquos ducentem vel ducentes ſalem ceperit vel detinuerit teneatur illum, vel illos, & ipſum ſalem, beſtias, plauſtra, barotias, & nauim ſuper quibus portaretur vel duceretur, cõſignare in fortiã & virtute dñi poteſtatis, & cõis Alex. infra tertiã diẽ, Et ſi quis cõtrafecerit ſoluat ꝓ banno pro qualibet vice ſoldos centum.

¶ De dando auxilium volentibus capere ſalem, ⁊ ducentes contra ſtatuta cõis.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ omnes & ſinguli Conſules, Poteſtas, Rectores, & homines cuiuslibet, loci, caſtri, burgi, & ville diſtrictus Alex. teneantur & debeant toto poſſe dare, & preſtare auxilium, fauorem, & iuuamen cuilibet, & quibuslibet volenti & volentibus capere vel detinere quemlibet & quoslibet ducentes vel portantes ſalem contra ſtatuta & ordinamenta cõis Alex. Et ſi quis contrafecerit vel ita non obſeruauerit ſoluat pro banno qualibet vice, quilibet conſul, poteſtas, aut rector illius loci, vel ville ſoldos. lx. & cõe ſui loci vel ville ſoldos centum. Quorũ medietas ſit accuſatoris, & teneať priuatus & alia medietas perueniat in cõe, ſi gabella fuerit in cõe, & ſi vendeť medietas predicte medietatis perueniat in emptoribus predicte gabelle.

¶ De pedagio ⁊ menſuratura ſalis ſoluendo ⁊ ſoluenda.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ quilibet qui duxerit ſalem ad gabellam cõmunis Alex. teneatur & debeat dare & ſoluere pro pedagio cuiuslibet mine ſalis ianuenſe denarios decemocto imperialium, & denarios tres terdon. pro qualibet beſtia ſalis pro menſuratura ſi dictum ſalem vendiderit ad gabellam cõmunis Alexã. Si vero dictum ſalem vendere noluerit, Sed eum ducere voluerit extra Alexan. teneatur, & debeat ſoluere pro qualibet mina ſalis Ianuenſe denarios. xxxiij. imperialiũ, & nihil vltra.

¶ De ſolutione ab emptoribus ſalis capienda.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, quod liceat cuilibet Gebellatori, & poſsit capere, a quolibet emptore ſalis ad gabellam communis Alexan. Denarios tres terdonen. pro qualibet mina Ianuenſi, & quilibet emptor teneatur dictos tres denarios dare. & ſoluere predicto gabellatori ad ſuam voluntatem. Eo ſaluo, ꝙ aliquis non teneatur dare pro menſuratura aliquid de ſextario vno ſalis, nec a ſeſtario infra.

¶ De non comittendo fraudem in ſolutione pedagij vel gabellature ſalis.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt ꝙ ſi quis fraudem cõmiſſerit eo quod non ſoluerit pedagium & gabellaturam vel menſuraturam ſalis officialibus ad hoc ſpecialiter deputatis amittat pro pena & bãno. ſoldos centum, & inſuper amittat beſtias plauſtrũ barotiam, & Nauim ſuper quibus portaretur & duceretur ſal pro quolibet & qualibet vice qua contrafecerit, & quilibet poſsit accuſare, & capere tales contrafacientes, & habeat meditatem banni, & predictarum rerum.

¶ De non vendendo ſeſtarium ſalis alicui habitanti in Alex. vel diſtrictu niſi ſoldis ſexdecim terdoninorum.

ITem ſtatutum & ordinatũ eſt, ꝙ ad gabellam cõis Alex. ſeſtariũ ſalis nõ poſsit, nec debeat vendi alicui ciui Alex. vel habitanti in Alex. vel diſtrictu vltra ſoldos. xvj. terdon. ꝓ quolibet ſeſtario, & quelibet alia mẽſura a ſeſtario infra vſq; ad quartaronũ ꝓ rata ſeſtarij, & medietas ſalis q̃ eſt ſextadecima pars ſeſtarij denarios. xij. & ſit ꝓ rata vſq; ad numatã ſalis, & ſi quis officialis gabelle vltra vel plus ſalem vendiderit q̃ ſupra dictum eſt, amittat qualibet vice qua contrafaceret ſoldos. xx. & quilibet poſsit accuſare, & teneatur priuatus, & habeat medietatem banni.

¶ De beſtijs in Alexã. ⁊ diſtrictu abſq; pena tenendis.

ITem ſtatutum eſt, & ordinatũ, vt cõe Alex. maius lucrũ cõſequať, & habeat de gabella ſalis, q̃ conſuetũ eſt, ꝙ liceat cuilibet habitanti in Alex. & diſtrictu habere, & tenere in Ale. & diſtrictu beſtias quaſcũq; voluerit ſine pena, & ſine cõtradictione alicuius ſtatuti dũmodo q tenebunt & habebunt dictas beſtias faciant bonã & idoneã ſecuritatẽ in quolibet regimine habitante intra foſſata ciuitatis Alex. ꝙ nõ extrahẽt nec extrahi facient, nec ducent, nec duci facient modo aliquo vel ingenio blauam, nec aliquod victuale vetitũ per ſtatuta cõis Alex. de Alex. vel diſtrictu extra poderiũ Ale. nec fraudẽ cõmittent in pedagijs ſoluendis, Nec facient cõtra formã ſtatutorum cõis Alex. cũ ipſis beſtijs, nec de ipſ beſtijs. dũmõ dictas beſtias fecerit ſignari ſigno cõis Ale. & hoc nõ obſtãte aliquo ſtatuto gñali vel ſpeciali vel ꝓuiſione factis vel faciendis in cõtrariũ pñti ſtatuto que ſint ex nunc caſſa irrita, & nullius valoris.

¶ Qḋ poteſtas teneatur denuntiare omnibus villis ⁊ locis Alexã. infra menſem, quod in ſcriptis accipiant ſtatuta ſalis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ dñs Poteſtas teneať & debeat omnibus villis, & locis ciuitatis Alex. vt nõ veniãt cõtra predicta ſtatuta denuntiare, & ꝙ accipiant oĩa predicta, & infraſcripta ſtatuta & ordinamenta in ſcriptis infra menſem vnũ poſtq̃ iurauerit regimen ciuitatis Alex.

¶ Qḋ omnes ville ⁊ loca Alexã. debeant capere ⁊ vti ſale gabelle.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ oẽs ville, & loca ciuitatis Alex. & diſtrictus, & oẽs habitãtes in ipſis villis & locis teneanť accipere, & accipi facere ſalem, & ducere ſalẽ ad gabellam cõis Alex. & ꝙ ſale ipſius gabelle vti, ſub penis cõtentis in ſtatutis gabelle queadmodũ alij ciues habitantes in ciuitate Alex. Eo ſaluo ꝙ cõe & hoĩes caxinaꝝ, & cõe & hoĩes Aquis, & epiſcopatus non teneanť in aliquo ad predicta.

¶ De dando iuuamen, nuntio vel maſſario vel notario maſſariorum ſalis pro ſale inquirendo.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ ſi qs, vel ſi qui nũtij, vel notarius maſſariorũ q ſunt ſup ſale cõis Alex. iuerint vel iuerit ad domũ alicuius ciuitatis Alexã, vel diſtrictus cauſa inquirendi ſalem, teneať quilibet homo ciuitatis Alex. vel diſtrictus illũ vel illos detinere & capere in illa domo ad volũtatem dicti nuntij, vel notarij. Et eis vel ei omnia o'tia dicte domus, & vaxillorum aperire, & aperiri facere ad oẽm voluntatẽ dicti notarij, vel nuntiorum. Et ſi quis contrafecerit, vel ita non obſeruauerit ſoluat pro banno qualibet vice libras decem.

De non tenendo vel habendo nec vtendo aliquo ſale niſi de illo quod extrahetur de gabella.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ aliqua perſona nõ teneat, nec habeat ſalẽ in domo ſua, curia vel porticu aliquo modo, vel vti aliquo ſale in ciuitate Alex. vel diſtrictu niſi de illa ſale ꝙ exiuerit de gabella cõis Alex. in pena & bãno ſoldorũ. lx. ꝓ qualibet vice, & plus & minus ad arbitrium dñi Poteſtatis, & illorũ qui tenuerint gabellam, inſpecta qualitate facti.

Quod quelibet perſona ducens ſalem in Alexan. debeat tenere & venire rectis vijs & publicis.

ITem ſtatutũ, & ordinatũ eſt, ꝙ quãdocunq; aliqs duxerit vel duci fecerit ſalẽ in poderium Alex. poſtq̃ fuerit in poderio Alex. teneat & debeat cum ipſo ſale venire, & ipſum ſalẽ ducere per rectas viuas, & per vias publicas venientes verſus Alex. & nõ ꝑ alias vias vſq; ad gabellam cõis Alex. Et ſi qs cõtrafecerit amittat ſalem, & beſtias plauſtrum, barociam & nauim ſuper quibus portaret, vel duceret ſal, & vltra amittat ꝓ banno ſoldos. lx. & ſoldos cẽtum ꝓ plauſtro, & pro naui libras. x. & liceat quibuſcũq; tales contrafacientes capere & detinere cum beſtijs, plauſtris, barotijs, & nauibus, & teneatur ipſos captos cũ predictis conſignare dño poteſtati cõis Alex. & gabellerijs ipſa die vel ſequenti poſtq̃ cepiſſent vel detinuiſſent, & ſi nõ cõſignauerit vt amittat quilibet capiens libras. xxv. Et nihilominus teneatur conſignare predictas res captas. Medietas cuius banni, & predictarum rerum, ſit capientis, & alia medietas ſit cõis, ſi gabella fuerit in cõe. & ſi gabella nõ fuerit in cõe, emptores gabelle habeant medietatẽ predicte medietatis, & alia medietas ſit cõis.

Quod nemo ducens ſalem in Alexan. poſsit impediri vel detineri pro aliquo cambio.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ſi qs duxerit ſalem ad gabellã cõis Alex. vel venerit in Alex. cauſa emendi vel vendendi ſalẽ, nõ poſsit impediri, detineri, vel ſequeſtrari occaſione aliquorũ laudum, vel cambiorũ conceſſorũ alicui diſtrict. vel diſtrictu. Sed libere non obſtantibus predictis poſsit de diſtrictu Alex. recedere in perſona vel rebus. Non obſtãte aliquo ſtatuto facto vel faciendo, & ſpecialiter ſtatuto q loquit de cambijs.

Qd quilibet de Alex. & diſtrictu teneatur capere ſalem ad ſaleriam cõis.

ITem ſtatutum eſt, ad euitandum fraudes que quottidie committuntur per homines diſtrictus Alex. & vt cõe maius lucrum conſequatur de gabella ſalis vltra alia penas, ſtatutum, & ordinatum eſt, quod quelibet perſona ciuitatis Alex. iuriſditionis, & diſtrictus teneatur, & debeat capere ſalem vel capi facere ad ſaleriam cõis conſtitutam & ſecundum quantitatem & ordinata per ſtatuta cõis vt ſupra infra tempora infraſcripta videlicet medietas totius ſalis quem capere debent per totum menſem Nouembris, & aliam medietatem per totum menſem Madi, ſub pena vt in alijs ſtatutis, & ordinamentis cõis Alex. continetur, & communia locorum & villarum dicte ciuitatis, & Iuriſditionis teneãtur capi facere hominibus ipſorum locorum & villarum ſalem eis neceſſarium & ordinatum vt ſupra per dicta tempora, & ſi non ceperint cõia locorũ, & villarũ, teneant dictũ ſalem nõ captũ accipere & inter ipſos homines, & perſonas diſtribuere & dare ſub pena cuilibet cõi a ducentis hominibus ſupra librarũ ducentarũ & a ducentis infra librarũ centũ q̃ penã quodlibet cõe cõtrafaciẽtes ſoluere teneatur,

cuius pene medietas perueniat in cõe Alex. & alia medietas in emptores gabelle ſalis. Et nihilominus ſolutis dictis penis dictum ſalem ſoluere teneatur.

De fraudibus euitandis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliquis locus, villa, vel caſale iuriſditionis Alex. vel diſtrictus exceptis exceptatis non audeat vel preſumat habere eſſe vel tenere in loco, villa, vel caſali ſuo aliquam ſaleriam ſiue gabellam ſalis, & ſi quis habuerit vel tenuerit, vel habere ſeu tenere permiſſerit, vel in loco villa, vel caſali vendiderit, vel emerit cõe illius loci poteſtatis, conſul, maſſarius, vel rector quocunq; nomine appelletur teneant & debeant denuntiare & accuſare omnes tenentes, habentes, vel facientes ſaleriã, ſeu gabellam, & omnes ementes vel vendentes ibi ſalem rectoris Alex. & officialibus gabelle infra tertiam diem poſtq̃ ibi dictum vel emptũ fuerit ſub pena poteſtati vel maſſarijs librarum. x. & cõi librarum quinquaginta. Quarum penarum medietas ſit cõis Alex. & alia medietas ſit emptoris gabelle, & quilibet tenens ſaleriam vel gabellam ſalis. vel vendens ſeu emens ſal in aliqua villa, vel loco preterq̃ ad gabellam ſalis cõis puniatur in libris. xxv. & quilibet poſsit accuſare omnes tenentes vel habentes vel vendẽtes ſalem & ementes, & accuſator teneatur priuatus, & habeat tertiam partem banni & due partes perueniant in cõe & emptorem dicte gabelle.

De deſcribendo omnia capita domorũ & omnes manſiones & grangias Alexan. & diſtrictus.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ omnia capita domorũ, & eorum familie que habitant in ciuitate Alex. caſalibus, & villis Alex. & omnes manſiones ecclesie & grangie q̃ ſunt in Alex. & poderio Alex. denotentur & ſcribant, & ponantur in ſcriptis, videlicet in quatuor libris. Ita ꝙ ſit vnus liber ꝓ quolibet quarterio, & quodlibet caput & quilibet habitans in Alex. vel diſtrictu cum eius familia ſcribat in illo quarterio, & rugata in quo habitat ſiue habitabit, & quodlibet caput & quilibet habitans in Alex. & diſtrictu teneatur & debeat totũ ſalem neceſſarium ei, & ſuis familijs capere & emere ad gabellam cõis Alex. & vti tantũmodo de ſale gabelle cõis, & non alio ſale, & facere ſe ſcribi in dictis libris notarijs deputatis ad illud officium, & qui cõtrafecerit amittat quodlibet caput domus, & quilibet habitator ſoldos. lx. ꝓ qualibet vice. & ſi fuerit grangia, manſio vel eccleſia libras. x. pro qualibet. Et ſi aliqua grangia, manſio eccleſia, vel perſona religioſa non obſeruauerit, vel obſeruare recuſauerit predicta eximatur & tollat de protectione cõis Alex. & vſq; nũc exemptus ſit. Ita quod quilibet poſſit libere & impune res ſuas capere.

De notarijs ad gabellam elligendis tot quot neceſſarij videbuntur.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, quod elligantur, tot notarij quot videbuntur neceſſarij ad gabellam communis ad ſcribendum ſalem, que emetur, & vendetur ad dictam gabellam.

De ſale & quãtitate ſalis emenda ad gabellã p homines Alex. & diſtrictus.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ quodlibet caput domus habitans in Alex. in villis, locis & caſalibus Alex. vel diſtrictus. & quilibet prelatus cuiuslibet eccleſie mãſionis, & grangie, teneatur & debeat capere & emere omni anno ad gabellam cõis Alex. ꝓ ſe & quolibet d familia ſua, mediũ quartronũ ſalis, & nõ minus, & vltra ſi ſalabit porcũ, vel porcã minã vnaã ſalis ad minus, ꝓ quolibet porco vl' porca & ꝓ quolibet trẽtenario ouiũ & caprarũ ſeſtariũ vnũ ſalis, & ꝓ rata a trẽtenario infra, & teneat quodlibet caput domus prelatus & quilibet alius, ſe facere ſcribi in libris gabelle ſicut & qualiter dictum ſalem emerit, & qui non repertus fuerit ſcriptus ſe emiſſe & cepiſſe illam quantitetem ſalis ſuperius denotatam ſoluat pro pena & banno ſoldas ſexaginta. & nihilomi nus teneatur accipere & emere ſalem vt ſupra dictum eſt cuius banni medietas ſit cõis & alia medietas ſit emptoris ſi gabella vendita fuerit. Quem ſalem teneantur emere & capere ad dictam gabellam a die ordinamenti facti & confirmati vſq; ad menſes vndecim.

¶ Qõ poteſtas capitaneus ac eius Iudices teneantur recipere denũtiationes factas contra contrauenientes ordinamentis ſalis.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ poteſtas & omnes iudices, capitaneus & ipſius iudex teneantur & debeant recipere denuntiationes & accuſationes eis vel alicui ipſorum factas de aliquo vel aliquibus, qui feciſſent vel veniſſent, vel facerent ſeu venirẽt contra ſtatuta & ordinamenta facta ſuper ſale, & gabella, & pedagio ſalis, & ſuper ipſis denuntiationibus, & contra ipſos qui denuntiati fuerint feciſſe contra predicta ſtatuta, & ordinamenta proceſſum, & inquiſitionem facere, & eos & quemlibet ipſorum condemnare ſecundum quod repertum fuerit ipſos deliquiſſe, & feciſſe contra formã ſtatutorum predicte gabelle, & ſecundum quod continetur in ipſis ſtatutis, & ipſas condemnationes exigere in denarijs numeratis, ſiue aliqua compenſatione. Non obſtante aliquo ſtatuto quod predictis in aliquo obuiaret. Medietas quarum condemnationum perueniat in denũciatorem, vel accuſatorem, & alia medietas perueniat in cõe Alex. ſi gabella fuerit in cõe, & ſi fuerit vendita medietas illius medietatis perueniat in emptoribus predicte gabelle.

¶ Qõ poteſtas capitaneus ⁊ eius Iudices teneanť compellere quos dexerint officiales gabelle.

ITem ſtatutum, & ordinatũ eſt, ꝙ poteſtas & eius iudices, capitaneus populi, & eius iudex teneantur & debeant ſemper ad requiſitionem illorum qui preerũt officio gabelle ſalis, ſeu illorũ quibus conceſſum eſt, vel fuerit per cõe Alex. habere ius colligẽdi & emendi ſalem gabelle cõis Alex. compellere omnes & ſingulos quos dixerint, & in ſcriptis dederint eis vel alicui ipſorum eſſe deuiationes, & fraudationes ſtrate & pedagij ſalis, & aliarum mercium, & facere contra ſtatuta gabelle ſalis ad faciendum bonã & idoneam ſecuritatem, & ab eis recipere teneatur & debeat, de libris quinquaginta ꝑ quolibet que ſecuritas ſit de habitantibus in Alex. ꝙ nõ deuiabunt neq; fraudem committent in deuiando, ſeu extrahendo vel ducendo ſalem ſeu aliquas alias merces, de q̄bus ſolui debeat pedagium in Alex. ſub predicta pena. Quam penam predicti dñi poteſtas, capitaneus populi, & eius iudices, a contrafacientibus, vel a ſecuritatibus eorum exigeri teneatur in denarijs numeratis infra dies decem poſtquam eos condemnauerint, & quam condemnationem facere teneatur infra menſem vnum a die denuntiationis facte.

¶ Qõ poteſtas capitaneus ⁊ eius familie teneantur ⁊ debeant omnia ſupraſcripta attendere.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ poteſtas & eius familia, capitaneus, populi, & eius familia teneantur, & debeant preciſe & ſine tenone, attendere & obſeruare, & attendi, & obſeruari facere in toto & cum effectu omnia & ſingula ſtatuta, & ordinamenta facta predicta, & omnia & ſingula que continentur in eis ſimpliciter ſicut litera iacet, & ſonat ſine aliqua interpretatione, ſeu exceptione, vel ſubauditione. Et ſi quis contrafecerit, ſeu dicere vel allegare vellet contra predicta vel aliquod predictorum non audire, nec eius allegationis admittere. Pena ſit dño poteſtati pro ſe, & quolibet de familia pro qualibet vice, qua contrafecerit vel veniret contra predicta ſeu quod predicta omnia & ſingula non obſeruaueret in totum librarum centum de ſuo ſalario, & totidem Domino capitaneo pro ſe & quolibet de ſua familia vt ſupra. Que pena perueniat in commune Alexan, & computentur in ſolutione ſuorum ſalariorum.

Idem intelligatur in omnibus & ſingulis ſupraſcriptis & infraſcriptis capitulis contitentis in libris ſeu voluminibus ſtatutorum cõis Alex.

¶ Quod aliqua perſona Alexan. vel diſtrictus non poſſit comedere cum poteſtate vel eius familia.

ITem ſtatutum eſt, quod aliqua perſona de Ale. vel diſtrictus non poſſit, nec debeat comedere, nec bibere cum aliquo qui fuerit poteſtas Alex. nec cum aliquo de ſua familia ſtando in ciuitate Alex. ad ſindicatum amittat pro quolibet & qualibet vice ſoldos lx. in denarijs numeratis ſine aliqua compenſatione, & poteſtas Alex. teneatur preciſe & ſine tenore inquirere & inquiri facere contrafacientes ad melius & ſubtilius quã poterit per ſe & ſuam familiam, & ei ſiue eis dictum bannum aufferre in denarijs numeratis, ſine aliqua compenſatione infra octo dies, poſtquam eis notum, & denunciatum fuerit, & nihilominus quilibet poſſit ipſos accuſare, & credatur accuſatori Sacramẽto ſequelle Poteſtatis, & habeat medietatẽ banni, & teneatur priuatus ꝑpetuo.

¶ De non aufferendo ab aliquo de Alexan. aliquos denarios aliquibus qui hr̃e debeant a cõi.

ITem ſtatutum eſt, quod nullus homo de Alexan. vel diſtrictus debeat, nec poſſit aliquo modo, nec ſub aliquo ingenio ꝗ dici vel excogitari poſſit emere, nec eñi facere, nec gratis vel conceſſione aufferre aliquos denarios ab aliquo, qui eos habere debeat a cõmuni Alexan. vel in cõmuni. Et qui contrafecerit amittat pro quolibet, & qualibet vice ſoldos centum in denarijs numeratis, & ipſos denarios emptores, & precium ipſorum denariorum amittat & perueniant in cõmuni. Saluo quod cuilibet ſit licitum emere pro compenſandis ſuis bannis, & condemnationibus, & alijs debitis tantum que poſſent compenſari.

¶ Qõ nullum ius fiat alicui non babitanti in Alex. vel diſtrictus donec coram poteſtate vel conſulibus ſe ſuppoſuerit rationi.

ITem ſtatutum eſt, quod nullus ius fiat in agendo vel deffendendo per Dominum Poteſtatem, vel eius Iudices, nec Iudices ſeu conſules Iuſtitie alicui non habitanti in Alex & diſtrictu. Et qui nõ teneantur facere nec debeant rationem alicui ciui Alex. coram dictis Dominis Poteſtate & eum Iudicibus, & Conſulibus, ſiue iudicibus iuſtitie donec ſe ſuppoſuerit in omnibus facere rationem coram poteſtate Alex. & eius iudicibus, & conſulibus ſeu iudicibus iuſtitie Alex. cuilibet ciui Alex. conquerenti, ſeu conquerentibus de eo, & donec fideiuſſerit ſoluere omnia banna que ei ſiue eis darentur corã dictis poteſtate, & iudicibus aliqua de cauſa. Quod capitulum dominus poteſtas Alex. & eius iudices, & conſules ſiue iudices iuſtitie teneantur attendere, & obſeruare & ſequi cum effectu preciſe & ſine tenore, & intelligatur ſicut littera iacet & ſonat.

¶ De inqurendis omnibus poſitis ad confines.

ITem ſtatutum eſt, quod Poteſtas per ſe & familiam ſuam teneatur & debeat inquiri facere ſemel in omni edomada, & plus ſi ei placuerit omnes illos quibus dati ſunt confines, quod debeant ſtare in domibus ſuis occaſione guerrarum, ſiue inimiciarum, quas habent cum aliquibus, videlicet in illis quatuor diebus edomade quibus aſſignati ſunt confines, quod debeant ſtare in domibus vbi habitant, & ſubter ſuis porticubus, & plateis, & ipſarum domorum preciſe & ſine tenore, & ſi non inuenerint eos ſtare in cõfinibus debeant eos punire, ſecundum ſecuritates quas fecerint & hoc capitulum locũ habeat in ciuitate, & bergolio, & iuriſditione, quando videbitur dño poteſtati, & ſpecialiter ſtatuto, quod loquitur de bannis, & condemnationibus excutiendis, & omnibus alijs, & reformationibus cõmunis vel populi factis, vel faciendis ſuper ſoldis Baſſignanie, Caxinarum, Aquis Terdone, Mediolani, & Parme, & omnibus alijs tam ſta tutis quam reformationibus factis & faciendis in contrarium a quibus omnibus domini Poteſtas, Capitaneus, Anciani, & quatuor ſint abſoluti de p̄dictis & quolibet predictorum quantum eſt in eo quod eſſet contra predicta, vel aliquod predictorum. Et ſi quod ſtatutum, vel reformatio eſſet quod obuiaret predictis, Domini Poteſtas, & Capitaneus de predictis nõ teneať. Sed teneatur ſolũmodo ad cõſeruationẽ p̄dictorũ.

¶ De ſtrata ſiue via planitie aptanda.

ITem ſtatutum eſt, quod poteſtas Alex. & Iudices, & milites ſui teneantur preciſe & ſine tenore quotiens requiſitus fuerit per maſſarios infraſcriptos, vel per aliquem ipſorum non ſolum pro melioramento vie, ſed etiam pro cõi vtilitate facere aptari, ꝙ homines qui habent facere per viam ſiue ſtratam planitie, & per homines qui habent facere in rondaneto dictam ſtratam ſiue viam, & eam facere leuari ab vtraq; parte ipſius vie, a pontenouo quantũcunq; longa fuerit ipſa via vſq; ad circam Bergolij. Ita ꝙ terra extrahetur de foſſatis proijciatur tota in via, & non alibi. Quos maſſarios dñs poteſtas teneatur preciſe & ſine tenore, vt ſupra facere requiri poſtq̃ iurauerit regimẽ ſuum infra menſem vnum proximum ad faciendum predicta. Ita ꝙ cum modo dictũ laborerium compleatur, & fiat infra tempus, & quando eis videbitur quod homines qui habent facere in dictis vijs, & citabuntur per nuntios. Dominus Poteſtas teneatur & debeat omni modo facere & complere omnia & ſingula ſupradicta ſub pena & banno ſoldorum. xx. terdon. Quod bannum dictus poteſtas teneatur & debeat omni modo excutere ab eis qui non obſeruauerint oĩa & ſingula predicta, & fiat dictum laborerium in arbitrio maſſariorum infraſcriptorum.

¶ Quod duo ex Antianis, ⁊ duo ex quatuor rectoribus per dñum capitaneum elligantur qui eſſe debeant cum Iudice incendioꝝ ad videñ damna facta hominibus ſotietatis lige.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, quod cum contineatur in ſtatuto ꝙ loquitur de reſtitutione & menda facienda illis hominibus qui deſunt de ſocietate lige iuſtitie, ꝙ Dominus Poteſtas cõis, dñs Capitaneus populi, & Antiani populi, & quatuor Rectores ſocietatis Iuſtitie predicte infra tres dies, poſtquam denuntiatum fuerit eis damnũ datum, ſeu guaſtum, vel incendium factum alicui de ſocierate predicta facere examinari, & videri ipſas condemnationes &c. Statuimus, & ordinamus ad maiorem firmitatẽ quod dicta ſtatuta, ꝙ dominus poteſtas Alex. vel Iudex ſuus qui preerit officio incendiorum, & guaſtorum teneatur & debeat ſemper, & quandocunq; ire voluerit ad videndũ & extimandum aliquod damnum vel guaſtum vel incendium datum vel factum alicui de ſocietate requirere dominum Capitaneum populi Antianos & quatuor, quod elligant & elligere debeant duos ex Antianis, & duos ex quatuor qui tunc erunt in populo, & qui erunt rectores ſocietatis predicte, & qui vadant, & ire debeant cum iudice & familia ipſius domini poteſtatis ad extimandum, & videndum banna & guaſta facta hominibus dicto ſocietatis. Ita quod cum iudice ipſius Domini poteſtatis, & ipſe cum eis dictum damnum videant & extimare debeant per ſe, & cum illis perſonis que videbuntur eis, & ſecundum quod extimata fuerint per predictos fiat reſtitutio, & menda dictis damnificatis, ſecundum quod in ſtatuto dicte ſocietatis continetur. Et ſi alio modo extimarentur, extimatio facta non valeat, nec poſſit nec debeat fieri menda, ſeu reſtitutio, Et ſi pena Dño Poteſtati de ſuo ſalario libraꝝ. xxv. Et Dñs Poteſtas teneatur & debeat compellere illos duos Antianos & illos duos ex quatuor electos ad eundum cum Iudice ſuo, per Dominum Capitaneum Antianos, & quatuor ire cum dicto Iudice ſuo, & ei qui nollet ire, ſeu negligeret ire, inferre penam pro quolibet precepto ſoldorum viginti, & vltra ſecundum, quod ei videretur.

¶ D fatientibus ſeu dicentibus contra ſotietatem Iuſtitie.

ITem ſtatutum eſt, quod Dominus Poteſtas, & Capitaneus poſſit & debeat punire, & condemnare omnes & ſingulos qui facerent, ſeu dicerent contra ſocietatem, & ſtatuta ſocietatis Iuſtitie, & qui derogarent vel detraherent verbis vel factis dicte ſocietati in preſentia ipſius Domini Capitanei vel eius familie, & in preſentia Antianorum populi vel quatuor rectorum dicte ſocietatis ſ̃m modum & formam, & penas que cõtinentur in ſtatutis dicte ſocietatis, & ſecundum ipſa ſtatuta,

¶ De bannito qui fecerit contra ſtatuta ſotietatis predicte.

ITem ſtatutum eſt, quod ſi quis condemnatus vel bannitus fuerit eo quod fecerit vel venerit contra ſtatuta ſocietatis predicte, & condemnationẽ inde factam, vel bannum datum non ſoluerit ad terminum ei aſſignatum, & in fortiam domini poteſtatis vel communis peruenerit. Dominus Poteſtas, Communis, & Capitaneus populi teneãtur & debeant dictum condemnatum vel bannitum ponere, ſeu poni facere in profundum carceris communis, & ibidem detineri facere cõpeditum donec condemnationẽ de eo factam vel bannum ei datum ſoluerit ſecundum quod condemnatus fuerit, vel bannitus. Ita quod de profundo dicti carceris non poſſit vel debeat extrahi, vel moueri per poteſtatem vel eius familiam, vel licentia ipſius per capitaneum, vel eius familiam, vel per cuſtodes carceres, vel per aliquem alium, niſi condemnationem, vel bannum ſoluerit vt ſupra, & ſi per poteſtatem, vel eius familiam, vel licentia ipſius vel alicuius eorum talis condemnatus vel bannitus extraheretur, vel remoueretur de profundo carceris teneatur, & debeat condemnationem, vel bannum illius detenti ſoluere in denarijs numeratis communi Alexan. & ſocietati predicte, & eodem modo intelligatur de domino capitaneo, & eius familia, & per cuſtodes carceris, ſeu per aliquem ex eis tolleretur, ſeu concederetur remoueri de profundo carceris talis condemnatus, vel bannitus amittat quilibet cuſtos libras decem, vel penam qua tenetur de cuſtodia carceratorum facienda pro qualibet vice in denarijs numeratis quam Dominus poteſtas ei aufferre teneatur in denarijs numeratis ſine aliqua compenſatione, & deffenſione, & quilibet de ſocietate predicta poſſit accuſare, & credatur accuſationi eius, & teneatur perpetuo priuatus, & habeat medietatem dictarum penarum.

¶ De non faciendo vel veniendo contra ſtatuta ſocietatis Iuſtitie.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, quod ſi aliquis condemnatus, vel bannitus fuerit eo, quod fecerit vel venerit contra ſtatuta ſocietatis iuſtitie, & repertus fuerit per dominum poteſtatem, vel eius familiam per anzianos populi, vel quatuor rectores. ſocietatis iuſtitie, quod veniat ſeu compareat coram eis, ſeu aliquo eorum cauſa ſoluendi bannum ei datum vel condemnationem de eo factam venire & comparere diſtulerit ea die qua repertus fuerit, tunc Dominus poteſtas, capitaneus debeat domum, ſeu domus predicti quas habet ſeu haberet in Alexan. & diſtrictu dirui facere funditus, Ita quod dos vxoris, ſeu aliquis alius contractus non poſſit deffendere & vltra attendantur omnia ſtatuta contra eum, & pene comente in ſtatutis ſocietatis iuſtitie.

¶ De certis penis perueniendis in ſocietate Iuſtitie in totum ⁊ de alijs in commune perueniendis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ omnes pene que denotantur, & aſſignantur per ſtatuta ſocietatis iuſtitie peruenire debeant in totum in dictam ſocietatem ſine aliqua diminutione perueniant. omnes alie pene que imponuntur ſeu imponerentur occaſione dicti ſocietatis, ſeu ſtatutorum eiuſdem pro dimidia parte pleno iure perueniant in dictam ſocietatem & aliam dimidia in commune Alex.

¶ De confaronerio dicte ſocietatis elligendo.

ITem ſtatutum eſt, quod Confaronerius dicte ſocietatis elligatur, & fiat quotienſcunq; nouus Capitaneus populi elligetur, ſeu in quibuslibet ſex menſibus, qui Confaronerius elligi debeat per Dominum Capitaneum, Antianos populi, & quatuor Rectores ſocietatis iuſtitie.

¶ De recepto dicte ſocietatis ſcribendo ⁊ ſtando penes Notarios campanilis.

ITem quod Clauarius dicte ſocietatis teneatur, & debeat totum illud, quod deinceps receperit, & in eum peruenerit occaſione dicte ſocietatis, & pro ipſa ſocietate ſcribi facere in vno libro qui ſit penes notarios campanilis infra tertiam diem poſtquam receperit, ſeu acquitatus fuerit ſub pena ſoldorum viginti pro qualibet die qua ſteterit vltra dies tres ad faciendum ſcribere illud, quod recepiſſet, ſeu de quo acquitatus fuiſſet.

¶ Quod condemnationes facte, ⁊ que de cetero fient occaſione ſtatutorum lige legiptime habeant.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, quod omnes condemnationes facte, & que de cetero fient per poteſtatem vel eius vicarium occaſione ſtatutorum lige valeant, & teneant, & pro legitimis habeantur. Et quod nulla perſona audeat vel preſumat aliquid dicere vel opponere, vel ſcribere, vel audire, vel allegare, vel firmare contra predictas condemnationes, vel contra aliquam earum. & ſi aliqua perſona diceret vel allegaret, opponeret, ſcriberet vel audiret, vel firmaret aliquid contra predictas condemnationes condemnetur in libris centum terdonen. & plus in arbitrio dominorum poteſtatis, capitanei, ancianorum, & rectorum ſocietatis iuſtitie, & quod ex nunc poteſtas & eius iudices, & tota eius familia ſint abſoluti & pro abſolutis habeantur ab omnibus qui eis, & cuilibet eorum dici vel opponi poſſent tempore occaſione dictarum condemnationum. Et quod omnes denuntiationes, & proteſtationes facte occaſione condemnationum. Iam factarum, & quod omnes que fierent occaſione faciendarum ſint caſſe & irrite & nullius momenti ipſo iure. Et quicquid fieret vel diceretur ſcriba retur, firmaretur vel audiretur contra predicta ipſe iure ſit nullum, & nullius valoris, & predicta locum habeant, & ex nunc roboris firmitatem obtineant. Nullo ſtatuto, vel ſtatutis in contrarium loquente vel loquentibus. Non obſtante, vel obſtantibus a quibus omnibus ſint penitus abſoluti de quibus vel de quo opporteat fieri mentio expreſſa lecto vel non lecto, lectis vel non lectis. Et maxime ſtatuto quod loquitur de ſindicatu poteſtatis & eius familie, & ſtatuto quod loquitur, quod nemo poſsit appellare a ſententijs datis a poteſtate vel eius iudicibus. Et non obſtante additione que additur illi ſtatuto, que incipit. Eo ſaluo quod aliqua perſona collegium vel vniuerſitas &c. Que ſtatuta locum non habeant in condemnationibus factis. Et in hijs que fient occaſione ſtatutorum lige vel alicuius eorum, vel occaſione priuilegij conceſsi per dictam ligam, & ſi contingeret aliquem eſſe obligatum vel hactenus obligare verſus cõmune occaſione alicuius qui ſit condemnatus, vel qui condemnaretur ſecundum formam ſtatutorum ſocietatis iuſtitie. Intelligatur rite, & ſolemniter eſſe obligatum. Non obſtante quod eſſet minor vel filius familias, vel aliqua alia exceptione iuris, vel facti opponenda, vel admittenda, & predicta omnia locum habeant in perſona domini Capitanei eius familie, & in perſonis Antianorum & rectorum ſocietatis iuſtitie preſentiũ, & futurorum ſicut habent in perſona dñi poteſtatis, & eius familie.

HEC SVNT STATVTA ET ordinamenta Populi,

¶ De emendandis damnis ⁊ guaſtis datis vel factis alicui Anciano vel eoꝝ Notario.

PRimo dicti Antiani, & Sapientes ſtatuerunt ordinauerunt, & decreuerunt, quod ſi aliquod damnum ſiue incendium vel guaſtum aliquo modo furtiue vel iniurioſe datum vel factum fuerit alicui qui ſit vel erit Antianus populi Alex. vel eius notarij infra tres annos poſt exitum antianatus ſui vel durante ipſos antionatu poteſtas Alex. & capitaneus populi teneantur modis omnibus preciſe & ſine tenore ipſum damnũ, ſeu incendium facere extimari, & facere emendari de auere cõis Alex. in denarijs numeratis infra menſem vnum poſtquam denuntiatio dicti damni facta fuerit, & teneatur poteſtas Alex. & capitaneus populi, & antiani, hoc ſtatutum facere poni in ſtatutis cõmunis Alex. Ita quod poteſtas Alexan. teneatur ipſum iurare & attendere & attendi facere preciſe & ſine tenore, & ſimpliciter facere iurare emendatores ſtatutorum ciuitatis Alex. ponere iſtud in ſtatutis ciuitatis Alex. in vltima parte libri ſtatutorum predictorum. Ita quod poteſtas hoc quod in iſto ſtatuto continetur, teneatur attendere aliquo ſtatuto, non obſtante generali vel ſpeciali ſuperiori vel inferiori.

¶ Quod fiat vnus liber in quo ſcribantur omnes conceſsiones ⁊ locationes caſtrorum qui ponatur ad campanilie.

ITem ſtatutum eſt, quod dictus dominus Capitaneus, & Antiani teneantur, & debeant facere fieri vnum librum groſſum in quo ſcribantur & notentur omnes conceſsiones & locationes caſtrorum que conceduntur, & locabuntur alicui perſone per commune Alexa. Et ibidem in ipſo libro ſcribantur & notentur nomina caſtellanoꝝ & fideiuſſorum ſuorum, & omnia pacta & conuentiones facte & facta inter commune Alex. ex vna parte, & ipſos caſtellanos ex altera & quid & quantnm habere debebit qlibet caſtellanus, & quando & quomodo ipſe caſtellanus pro ipſa ſua perſona, & quantum pro torrexanis, & quantum pro quolibet ſeruiente, & quot torrexanos, & ſeruientes habere debebit, & quantum recipere debebit pro dicta cuſtodia, & quid & quantum recipiet quilibet caſtellanus pro ipſa cuſtodia, & ad quantum tempus dabitur ad cuſtodiendum quodlibet caſtrum, & ſcribatur annus menſis & dies quo dicta locatio fiet. Que omnia & ſingula ſcribantur & ponantur in dicto libro per notarios campanilis penes quos remaneat dictus liber. Quas conuentiones & pacta dominus capitaueus & antiani teneantur dari facere predictis notarijs campanilis per notarium qui preerit ad faciendum & precipiendum predicta. Qui notarius predictis notarijs campanilis predicta conſignare teneatur & debeat poſtquam predicta fecerit & ſcripſerit infra tertium diem ſub pena & banno ſoldorum viginti pro quolibet die, quo ſteterit ad conſignandum, & ad dandum predicta predictis notarijs, & ipſam penam & bannum, dictꝰ Dominus Capitaneus teneatur & debeat facere exigi in denarijs numeratis, ſine aliqua compenſatione, & hoc ſtatutum facere legi, & publicari debeat dictus Dominus Capitaneus in generali conſilio communis, & populi, & notificare predictis notarijs campanilis, & notario qui preeſt predictis. Et iſtud ſtatutum, & omnia que continentur in eo, facere poni in ſtatutis cõmunis Alexan. Ita quod poteſtas Alex. de hoc teneatur & preciſe & ſine tenore.

¶ Quod omnes venditores, ⁊ menſuratores debeant ipſas menſuras implere.

ITem ſtatutum eſt, quod omnes venditores ad aliquas & quaſlibet menſuras, & mẽſuratores teneantur & debeãt omnes menſuras totas implere & agrauare ad quod ſupra vendent, antequam raſſoriam tiretur ad ipſam menſuram. Et qui contrafecerit amittat quolibet, & qualibet vice ſoldos quinq;, & quilibet poſsit accuſare, exceptis in fructibus & caſtaneis que debent vendi ad menſuram culmam, Quod ponatur in libro ſtatutorum cōis ſuper quo iuret dñs poteſtas.

De non emendo carnes niſi ad iuſtam penſam.

Item ꝙ aliqua perſona de Alex. vel diſtrictu, nō poſsit nec debeat facere emere carnes recentes, vel ſalatas niſi ad iuſtam penſam, nec emere vinū ad minutū, niſi ad puntam iuſtam ianuenſam exceptis volatilibus ſaluaticis agnellis, & capretis. Et qui contrafecerit amittat quilibet & qualibet vice ſoldos. x. & quilibet poſsit accuſare, Et habeat medietatē bāni. & ꝙ Capitaneus, & Anciani teneant ponere & ponifacere hoc capitulum in libro ſtatutoꝝ cōis Alex. Ita ꝙ pñs & futurus pōtas teneat preciſe & ſine tenore inuiolabiliter obſeruare, & credat accuſatori ſacramento ſuo, ſi iurauerit, & p inquiſitionem poteſtatis inquirat, & hoc niſi accuſatus iuſte ſe defenderit, & dñs teneat ꝓ famulo & manipaſto qui contrafecerit ſupradictis, & hoc capitulum publicet in publica contione, & cridatur per terram.

De cuniculo ferrarie aperiendo ⁊ deſuper deſtruendo vt infra.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ cunicula ferrarie aperiatur & deſtruatur de ſup a bucha dicti cuniculi que eſt ante domos quōdā cabealis vbi intrat aqua que venit de verſus porticus vſq; in buccha dicti cuniculi que eſt per medium vie ſancte Marie, de curte ſiue ſtracorū, & poſtea reficiatur, ſicut facta eſt via croſſe, ſiue pellipariorū. Ita ꝙ ſoletur totū de bonis lapidibus, ſiue lateribus a ponte bealis porte Ianuenſe. Ita ꝙ in dicto betali fiat bucca vna de bonis lateribus & lapidibus per q̄ veniat aqua, & venire poſsit dicta aqua ipſius betalis p dictā viā factā & faciendam vt ſup. Que bucca claudi poſsit & debeat quotiens opus fuerit cū bone clauſura, & fiat dictū opus expenſis omnium & ſingulorū qui cōſueuerunt mundare & mundari facere dictum cuniculū & fiat per totū menſem Madij venturi arbitrio, & ſm arbitrium dñi Iacobi fantini, Frācisci de Aſt, Franciſci pellati, dñi Facij trotti, & dñi Ioannis boidi, & Pōtas teneatur dictū opus facere fieri per totum dictum tempus. Non obſtantibus aliquibus exceptionibus, iuribus, vel deffenſionibus, vel alienationibus, oppoſitis vel opponendis, & non obſtantibus aliquibus ſtatutis, vel reformationibus in contrarium loquentibus a quibus omnibus dictus Poteſtas ſit penitus abſolutus, & teneatur cogere dictos maſſarios ad faciendum fieri, & deſtrui dictum opus, & dictum cuniculum, & viam expenſis omnium & ſingulorum qui comprehenduntur & denotantur in dicto capitulo ſub pena librarum centum de ſuo ſalario danda & ſoluenda clauario cōmunis, ſiue compenſanda, & detrahenda de ſuo ſalario. Ita quod clauarius cōmunis teneatur & debeat predictas libras centum ponere in expenſis, & precepto cōmunis, & ſolutione dicti Domini Poteſtatis. Et hoc totum preciſe attendatur & ſine tenore. Et ſi quod ſtatutum vel reformatio cōmunis vel populi eſt vel eſſet que obuiaret huic ſtatuto illud & illam caſſant, & irritant, & nullius valoris quo ad iſtud eſſe volunt. Et iſtud ſemper ſit vltimum, & derogatorium omnibus alijs

Et Bernardi panicie de caxinaſio, Domini Baudrachi guaſchi, & Gamali rape de boramala, Anrici panicie, & Perciualis ferrarij. De rugata ſancti Georgij, Iacobi rauarij & Duranti guaſchi. De rugata Ciliana Domini Gratiolij acharini. & Alexandri celerini. De Paterno domini Iacobi arobe. & Gulliermi balbi. De rugata librarum, Perciualij ſachi, & Ruffini de baudo. De rugata riuarie, Domini Pagani guerci & Ruffini ſquarzafici. De ſupertio, Iacobi pertuſati, & Ruffini lemogij. Que omnia ſupradicta dñs Poteſtas teneatur & debeat facere fieri expenſis vicinorum cuiuslibet cōtrate infra duos menſes ab introitu ſui regiminis ſub pena librarum quinquaginta de ſuo ſalario Et hoc totum preciſe & ſine tenore.

De ponte vno fieri faciendo in rumario vbi dicitur rupta gallorum.

Item ſtatutum & ordinatum eſt preciſe & ſine tenore, ꝙ dñs Poteſtas teneat, & debeat facere fieri pontem vnū in rumario vbi dicitur rupta gallorū, & ianuenſium ſup ſtratā expenſis vicinorū q̄ habent facere a dicta rupta ad arbitriū Ruffini borrelli. & Iacobi abaone, & hec oīa teneat & debeat dñs Pōtas attendere & obſeruare p totum menſem Nouembris ſub pena librarū. xxv. de ſuo ſalario. Et hoc totum preciſe & ſine tenore.

De bealeto quod eſt inter viciniam ſancti ſpiritus ⁊ ſancti dalmatij.

Item ſtatutum eſt, ꝙ bealetum ꝙ labi conſueuit inter viciniā ſancti Spiritus, & ſancti Dalmatij, cuius bucca incipiat p domū canonicorum poſsit & debeat labi incipiendo ꝓpe domum vbi moratur dñs Bartolinus de putheo eundo prope torcular dominorum eccleſie ſancti Petri, & dicte vicine, ſine contradictione alicuius perſone ſecularis eccleſiaſtice poſsit dictum betale facere labi incipiendo bucham dicti betalis apud predictam domum predicti dñi Bertolini, & ꝙ pōtas teneatur preciſe, & ſine tenore conſtringere dictā vicinā ad faciendū, ꝙ dictū betale labi poſsit vt ſupra cū aqua ipſius bealis cedat in magna vtilitate vicinie.

Quod aliquis ciuis Alexan. non debeat vel preſumat clamare ad arma, ſeu rumorem facere in ciuitate Alexan. vel leuare arma ad aliquos rumores.

IN Primis ad hoc, vt rumores, ſeditiones, tumultus, & ſcandala, de cetero in ciuitate Alaxan. nullatenus generentur. Sed ipſa Ciuitas potius conſtruetur illeſa, & vt aufferatur omnibus materia delinquendi Statuerunt, prouiderunt, & ordinauerunt, quod ſi aliquis de Ciuitate Alexan. cridauerit & arma ſeu rumorem fecerit, quod Deus auertat in platea dicte ciuitatis, & platea intelligatur, ſicut determinatum eſt in ſtatuto communis vel in domibus in quibus morabitur Dominus Capitaneus populi dicte ciuitatis, vel prope ipſas domos per duas alias domos magis vicinas dictio domibus habitationibus dicto cōmuni Capitanei ab vtraq; parte ſi fuerit de populo ille qui cridauerit ad arma, ſeu rumorem fecerit in predictis locis puniatur, & condemnetur per dominum Poteſtatem dicte ciuitatis in libris quinquaginta terdon. Si vero fuerit de communi puniatur & condemnetur per Dominum Poteſtatem in libris centum terdonen. Si autem aſſumpſerit, ſeu leuauerit aut portauerit ad dictum Rumorem in aliquo predictorum locorum. Si fuerit de populo puniatur & condemnetur in libris centum terdonen. per dictum Dominum Poteſtatem. Si fuerit de communi in libris ducentis. Si quis autem cridauerit ad arma in Ciuitate Alexan. alibi quam in dictis locis, ſeu rumorem fecerit. Si fuerit de populo dicte ciuitatis puniatur & condemnetur per dictum Dominum Poteſtatem in libris vigintiquinq; terdon. Si autem arma aſſumpſerit, ſeu leuauerit, vel portauerit ad dictum rumorem puniatur & condemnetur in libris quinquaginta terdon. Si autem fuerit de communi qui cridauerit ad Arma, ſeu rumorem fecerit in dicta ciuitate Alexan. alibi quam in dictis locis puniatur & condemnetur in libris quinquaginta terdon. Si autem aſſumpſerit, ſeu leuauerit, vel portauerit arma ad dictum rumorem puniatur & condemnetur in libris centum terdon. Et vltra predictas penas ille qui fecerit contra predicta vel aliquod predictorum in aliquo predictorum caſuum, pingatur in palatio cōmunis Alexan. pro malefactore, & rebelle cōmunis Alex. & abinde in antea non habeat officium, beneficium, nec bayliam pro cōmuni nec pro populo dicte ciuitatis. Et ſi fuerit de populo, vel de ſocietate iuſtitie eyciatur, & cancelletur de dicto populo & ſocietate. Ita quod amplius non recipiatur ad idem. Si vero fuerit de cōmuni ponatur, & mittatur ad confinia per dictū dñm poteſtatē, & per dñm capitaneū, vbi ipſis dñis poteſtati, & capitaneo placuerit longe a ciuitate Ale. per qnquaginta milliaria, & in dictis cōfinibus ordinatis ſtare debeat p vnū annū & tantum plus quantū ipſis dñis poteſtati, & capitaneo placuerit, & ꝙ oēs pene p̄dicte intelligant in quolibet faciēte cōtra p̄dicta vel aliq̄ p̄dictoꝝ locū habere & imponi & exigi, vltra oēs alias penas in ſtatutis & ordinamētis cōis & populi dicte ciuitatis cōtentis.

Quod aliquis non preſumat pulſare ad ſtromitam.

Item ꝙ ſi quis de dicta ciuitate pulſauerit, ſeu pulſari fecerit ad ſtromitam aliq̄ cam
panā cōis vel populi ciuitatis Alex, abſq; licentia dñi poteſtatis, vel dñi capitanei,
vel ancianorum, vel quatuor, Si fuerit de populo vel de ſocietate iuſtitie puniat & cōdem
netur per dictum dñm poteſtatē in libris centum terdon. vltra oēs alias penas in ſtatu-
tis & ordinamentis cōis & populi dicte ciuitatis,

Quod dominus Poteſtas teneatur predictas penas exutere in denarijs numeratis.

Item ſtatutum & ordinatū eſt, ꝙ dñs Poteſtas & eius familia teneaſ, & debeat exige
re p̄dictas cōdemnationes in denarijs numeratis ſoluendis clauario cōis abſq; aliq
copenſatione aliquorum denariorū ſeu ſoldorū, Parme, Mediolani, Caxinarū, Baſ-
ſignanſe, Terdon, deruixij, ſeu aliquorum aliorū denariorum quocunq; noīe cenſeanſ
& ſi predicti cōdemnati, ſeu cōdemnatus occaſionibus ſupradictis, vel aliqua via vene-
rint vel venerit in tertiā dicti dñi poteſtatis, vel cōis Alex. ſtare & detineri debeant in
carceribus dicti cōis & in ferreis, donec ſoluerit integre cōdemnationes de eis factas oc
caſionibus p̄dictis vel aliqua ipſarū, & ꝙ bona ipſorū nō poſsint deffendi per aliquod
inſtrumentū dotis venditionis, permutationis, locationis, obligationis, ſeu alienatio-
nis mutui, ſeu decreti· ſeu cuiuslibet alterius tituli, vel cōtractus quocunq; noīe cēſeaſ
ꝙ allegari ꝓduci opponi, ſeu ꝓbari poſſet, vel alia quacunq; ꝓbatione ratione, vel cau
ſa, & ꝙ dñs Poteſtas pñs & futurus, & eius familia teneatur & debeat attendere, & ob-
ſeruare, & attendi & obſeruari facere oīa & ſingula ſupraſcripta ſtatuta & ordinamen
ta, & cōtenta in eis in quolibet predictorū caſuū ſub pena librarum quinquaginta terd.
de ſuo ſalario & predicta ſtatuta & ordinamenta ponūtur in libro ſtatutorū cōis Alex,
Ita ꝙ ab hodie in antea vim ſtatuti obtineant, & plenum robur.

Quod omnes obligationes facte, ⁊ que fient per maritum ⁊ vxorem debeant valere ⁊ tenere.

In Primis ſtatuerunt & ordinauerunt, ꝙ oēs obligationes, venditiones, donatio-
nes, alienationes, & oēs alij cōtractus facti & facte, & que fient in ciuitate & diſtri-
cta, vel alibi per diſtrictuales Alex. per maritum & vxorē ſimul tam vige dotalium, q̄
etiā aliarū valeant & teneant lege ciuili vel eccleſiaſtica vel ſtatuto, vel conſuetudine
aliqua non obſtante. Et hoc preciſe & ſine tenore.

De ſolando viam cōmunis que eſt a carraria broleti vſq3 ad p̄cberiam fratrum minorum.

Item ſtatutū, & ordinatum eſt, ꝙ quelibet perſona que habet vel habebit tenet, &
poſſidet, tenebit vel poſſidebit domum vel ſedimen, a carraria broleti cōis vſq;
ad tranſendam de lapidibus fratrum minorum intra betale teneatur & debeat de late
ribus vel de lapidibus tantum quantum durabit eius domus vel ſedimen ſolare, ſeu ta-
xellare, vſq; in betale cōis, & hoc vſq; ad Kal. Iunij proxime venturi, & taxellatū ſeu
ſolatum manutenere perpetuo. Et qui non fecerit & obſeruauerit vt ſupra, amittat ꝓ
quolibet & qualibet vice ſoldos centum in denarijs numeratis, ſine aliqua compenſa-
tione, & poteſtas teneatur facere preconizari vt predicta fiant intra dies. xv. Poſtquā
iurauerit regimen ciuitatis Alex. & teneatur & debeat inquirere & inquiri facere per
vnum ex ſuis iudicibus ſemel in quolibet menſe poſt predictum terminum ſi facta fue-
rint, & ſi predicta omnia & ſingula dictus poteſtas non obſeruauerit amittat de ſuo ſa
lario libras viginti quinq;, que perueniant in cōmune, & cōputenſ in ſolutione ſui ſala
rij. De quibus poſsint ſindicari & condemnari per ſindicatores cōis, & illud capitulum
ſit preciſum & vltimum & derogatorium omnibus alijs ſtatutis.

De faciendo tranſendam vnam de lapidibus in rugata caſinaxij horamale ſancti Georgij ⁊ rugata ciliana a ponte tanagri vſq3 ad beccarias, ⁊ a beccarijs vſq3 ad carrubia de brolieto.

Item ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ quelibet ꝑſona eccleſiaſtica vel ſecularis q̄ habet, &
habebit tenet, & poſſidet, ſeu tenebit & poſſidebit domum vel ſedimē vel eccl'iam
vel hortū in quarterio bergolij, in rugata caſinaxie, horamale. Rugata ſancti Georgij
& rugata ciliane teneaſ & debeat vſq; ad Kal. Iunij ꝓxime venturi tm̄ quātū durabit
domus & ſedimē eccl'ia & cimiteriū & hortū ſua vel ſuū facere, & factā ſeu factū habeſ
& tener ꝑpetuo incorruptū, & incorruptā tranſendam vnā, ſeu ſenteriū vnū de bonis
lapidibus cōuenientibꝰ groſsis a muro domus ſeu ſediminis eccl'ie & cimiterij, & horti
ꝑ duos pedes pertice verſus viā ꝑ directū dictarum rugatarum, & per vias trauerſagnas,
Idem in oībus & per oīa intelligant teneant & debeāt facere vt ſup̄ oēs perſone, q̄ hn̄t
& habebunt, tenēt & poſſident, tenebūt & poſſidebunt domos vel ſedime eccl'iam vel
hortū, in quarterio Roberti marenghi, & Gamondij in ſtrata a ponte tanagri vſq; ad
beccarias, & a beccarijs vſq; ad carraroliam de brolieto. Ita ꝙ qui habebit de predictis
penes betale, faciat ſup̄ ripā betalis deverſus viā vt ſup̄, & q nō fecerit & obſeruauerit,
vt ſupra, amittat & ſoluat ꝓ bāno ꝓ quolibet & qualibet vice ſoldos. xx. in denarijs nu
meratis ſine aliqua cōpenſatiōe, & pōtas faciat inquiri ſi predicta fuerint obſeruata per
vnū ex ſuis iudicibus vel militibus ſemel quolibet menſe, & inuenerit nō eſſe obſeruatū
& factū vt ſupra incōtinēti accipiat dignus anteq̄ ſe ſeperet ab eo vbi inuenerit nō eſſe
obſeruatū & factū vt ſup̄ ab illa ꝑſona q̄ nō obſeruauerit, & fecerit vt ſupra nulla de-
fenſione admiſſa de iure vel de facto, & teneaſ pōtas facere crīdari vt p̄dicta fiant infra
octo dies poſtq̄ iurauerit regimē ciuitatis Alex. ſiue fuerit vel denūtiatū vel nō, & qlibet
poſsit ei denuntiare, & ſi pōtas p̄dicta nō obſeruauerit amittat de ſuo ſalario libr. xxv.
que conputenſ in ſolutione ſui ſalarij, & etiam de ipſis poſsit ſindicari & condemnari
per ſindicatores cōis, & iſtud capitulū ſit vltimum, & derogatoriū oībus alijs ſtatutis,
& capitulis in aliquo obuiantibus vel contradicentibus.

De reſſiciendo domum ⁊ molendina de caſtello.

Item ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ pōtas teneaſ & debeat p̄ciſe & ſine tenore facere re-
dificari domū & molandina de caſtello infra menſem vnū poſtq̄ iurauerit regimē
ciuitatis Alex. expenſis cōis, & de p̄dicto ſtatuto nō poſsit abſolui ꝑ cōſilium vel aren-
ghum, nec ꝑ ꝓuiſionem aliq̄ que fieri poſsit in cōtrarium vllo modo, & facere amplia
ri betale ſicut cōſuetum erat eſſe amplum in molandinis de marengho vſq; ad molan
dina de marchello, & de caſtello infra p̄dictum tēpus vnius menſis, & hoc ſub pena, &
bāno ſoldorum centum de ſuo ſalario. Saluo Iure cuiuſq; perſone.

De aptando viam que eſt a malocantono vſq3 ad domum arechi de aſt.

Item ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ apteſ & aptari debeat via ſiue cōtrata, que eſt a ma
locantono ſiue a domo quondam ſcotte vſq; ad cātonum Arechi de Aſt, ab vtraq; par-
te vie ad modum & formā ſicuti facta eſt via marzarie, Ita ꝙ ſoleſ tota de bonis lapidi
bus ſiue lateribus vſq; ad predicta loca. Et ꝙ aptetur & aptari debeat bucca bealis, ſiue
reſſici debeat per q̄ cōſueuit ire ſiue labi aqua betalis vſq; ad pirum dicti Arechi, ſiue ad
cuniculū croſe in quo intrare cōſueuit, que bucca claudi poſsit & debeat quotiens fue-
rit cū bona clauſura, & fiat dictū opus expenſis cōium, & ſingulorū qui habēt domū,
ſiue domos & ſedimē & ſedimina, ſine q facere habēt in dicta cōtrata. Ita ꝙ qlibet tenea
tur & debeat aptare & aptari, & reſſici facere ante domū, ſiue domos, & ſedimē & ſedi
mina, q̄ & quas habēt in dicta cōtrata vſq; ad p̄dicta loca vt ſupra eorum ꝓprijs expē
ſis per totū mēſem Madij ꝓxime venturum arbitrio, & ſm arbitrium Bonifacij de
amico, & Oberti de Aſt, & quod aliquis de dicta contrata non teneat ponat permittat
ſeu acumulet.

¶ De via que eſt in campis pozolaſche reſficienda.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ cum quedam via que eſt in campis pozolaſche, vbi dicitur in Inſula fuerit occupata, & quaſi deſtructa per conſortes ipſius vie. Ita ꝙ per ipſam nõ poteſt iri, neq; rediri ſicut conuenit & oporter, videlicet ꝙ Dñs Põtas teneatur & debeat dictam viam facere abtari reſfici, & ampliari a ptio, ſiue a campo Lasfranchi litti vbi dicitur crexeta vſq; ſmotum Nicolini de conzano, & clerici de albertono, Ita ꝙ dicta via reſficiatur, & amplietur per predictos cõſortes ipſius vie. Ita ꝙ poſsit iri, & ſit larga ſiue ampla per ſpatium decem pedem pertice, & teneatur quilibet facere tantum quantum durat poſſeſsio ipſius ex vtraq; parte ipſius vie pro rata, Et hoc totum fiat in arbitrio dictorum Nicolai de conzano, & Clerici de albertono maſſariorum dicte vie, & hec omnia dictus dñs poteſtas teneatur & debeat facere fieri, & adimpleri cum effectu preciſe & ſine tenore per totum menſem Madij proximi futuri, & conſtringere dictos maſſarios quod dictum opus faciant fieri cum effectu vſq; ad predictum terminum. Et ſi dictus dñs poteſtas predicta nõ fecerit fieri, amittat de ſuo ſalario libras. xxv. terdon.

¶ De renouando foſſatum quod eſt in agris pozolaſche.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ põtas teneatur preciſe & ſine tenore facere aperiri & ſcroſſari foſſatum piſcatoriarum ꝙ eſt in agris pozolaſche, & Bergolij iuxta terram Millani baſsi, ſicut tenet terra dicti Milani, quod foſſatũ ipſe Milanus Ita ꝙ ſit leuatum ſicut eſt aliud foſſatũ dicte piſcatorie, & ſicut erat conſuetũ ab antiquo. Ita ꝙ aqua piſcatorie versus tanagrũ more ſolito ab antiquo aliud foſſatũ dicte piſcatorie ad arbitrium, & voluntatem Thebaudi & Nicolai de conzano, & debeãt ipſum laborerĩũ eſſe cõpletũ per totũ menſem Madij pxime venturi ſub pena librarũ. xxv. ſalarij ipſius dñi Poteſtatis cũ dictũ foſſatum ſit ꝑ magna vtilitate vicinorũ & conſortum dicti foſſati.

¶ De renouãdo bealetum quod labitur per domum percivalij frigidi.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ bealetum, quod incipit a domo dñi Percivalij, quod deurrit, ſeu fluit in bealeto quod eſt deuerſus ſanctum Dalmatium debeat mũdari, ſcroſſari, & renouari per homines & perſonas habentes & tenentes domos & ſedimina ipſi bealeto coherentia ſub pena & bãno ſoldorum. lx. terdon. cuilibet perſone habenti & tenenti domos & ſedimina vt ſupra, & quod bealetum fieri faciendũ ſcroſandum & renouandum ſint maſſarij dñi Bentius coua. & Percivalius frigidus. Qui maſſarij teneantur & debeant accuſare & denuntiare dño poteſtati quamlibet perſonam nolentem & recuſantem dictum opus facere ad poſtulationem dictorum maſſariorum, qui haberet facere ſuper dicto bealeto vt ſupra, & ꝙ dñs poteſtas teneatur, & debeat cõpellere, & conſtringere quamlibet perſonam habẽtem facere ſuper ipſo bealeto ad dictum opus faciendum quandocunq; fuerit requiſitus, & ei denuntiatum fuerit a predictis maſſarijs, & hoc totum preciſe & ſine tenore.

¶ Quod fiat vna porta bona cum volta in pozolaſcha.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, quod Dominus Poteſtas debeat facere vel fieri facere expenſis communis Alexan. infra tres menſes poſt Iuramentum ſui regiminis vnam bonam & Idoneam portam cum duabus maxillis de muro. & cum vna bona volta coperta in pezolaſcha, ad portam pozolaſche, que eſt ſuper ſtratam que vadit in A[illegible] que porta eſt tota diſclauſa, & aperta ſub pena librarum. xxv. terdon. de ſuo ſalario, & hoc capitulum attendatur preciſe & ſine tenore.

¶ Quod nullus qui habeat partem in quadam fortilitia cirimellorum poſſit partem ſuam vendere nec obligare.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ cũ dñi Florius cirimellus. Opitius de boſcho. Anrichus marchiſius. Nicola podius. Franciſcus de guerco, Aycardus cirimellus, Philippinus cirimellus. Anricus longus ſpag. Philippinus de cirimellis. Paganus cirimellus heredes quondã Cremone cerimelli, Franciſcus de boſcho, Antonius de boſcho, & dñs Franciſcus cirimellus, fecerunt & edificauerunt, ſeu fieri & edificari fecerunt quoddam edificium ſiue quandam fortilitiam in campis, ſiue in territorio gamondij cõem ipſorum, ꝙ predicti vel aliquis eorũ non poſsit nec debeat vendere vel obligare, vel modo aliquo alienare partẽ q̃ habet in dicto opere niſi predictis vel alicui ipſorũ. Et ſi vendiderit obligauerit, vel alienauerit alicui alij q̃ predictis non valeat, nec teneat venditio, obligatio, vel alienatio facta in aliquem extraneũ, & cõdemnetur vendens vel alienãs dictam partem in libris & emens nullum ius habeat in ipſa parte empta, nec de ipſa modo aliquo poſsit vti, ſed ſit & perueniat dicta pars empta, & vendita vt ſupra in dictos ſuos conſortes ſuperius nominatos, & hoc totum attendat preciſe & ſine tenore.

¶ Quod via betale que eſt a malocantono vſq; ad cuniculum croſe ſoletur de bonis lapidibus.

ITem ſtatutũ & ordinatum eſt, ꝙ via ſeu betale que eſt a malocantono vſq; ad cuniculum croſſe ſolet de bonis lapidibus per totũ menſem Iunij expenſis vicinorum arbitrio dñorum Bonifacij de amico, & Oberti de aſt. Quod ſtatutum & oĩa & ſingula que continentur in eo dñs Poteſtas teneatur executioni facere mandari ſub pena librarum. xxv. de ſuo ſalario.

¶ Qđ talia facta occaſione laborerij maioris eccleſie debeat duplicari.

AD Honorem Dei & beate Marie virginis, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ſancti Euaxij martiris, & vt Deus conſeruet ciuitatem Alex. in bono & pacifico ſtatu Statuimus & ordinamus, ꝙ talia nunc vltimo ordinata, ſiue donũ maioris eccleſie Alex. que & quid fieri & imponi debet omni anno pro laborerio & fabrica ipſius eccleſie dupliciter, & duplicari & duplicata ſolui debeat occaſione faciendi tiburium dicte eccleſie, & ꝙ dicta talia ordinetur & ſoluatur pro ventinas, & ad modũ ventinarum de hominibus qui tenentur & debent ipſam taliã ſoluere, & ꝙ capita ventinarum ordinẽtur tali modo videlicet, ꝙ ille qui erit caput ventine predicte talie vno anno non poſsit nec debeat eſſe caput ventine ſequẽti, & ꝙ aliquis de populo nõ poſſit nec debeat eſſe caput ventine aliquorum de populo, & quod nullus poſsit eſſe caput ventine, niſi fuerit de illis qui ſint in maiori ſumma ſiue quantitate dicte talie, & ꝙ illi qui fuerint capita conſtituti modo ſupraſcripto compellantur ad ſoluendum dictam taliam eo modo quo compelluntur ſoluere quando fiunt laboreria pro cõi, & ꝙ poteſtas qui pro tempore fuerit, teneatur ad imponendum, ſeu imponi faciendum, & excutiendum ſeu excuti faciendum donum ſeu taliam ſupradictam ſub pena librarum centum de ſuo ſalario computanda & ponenda per clauarium cõis in ſolutione ſui ſalarij, & hoc capitulum ſit preciſum & ſine tenore.

¶ Quod nulla perſona de Bergolio nec aliunde poſſit, nec debeat facere aliquam tabernam in poſſe Bergolij extra portas ſiue foſſata.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt ꝙ nulla perſona de Bergolio, nec aliunde audeat vel preſumat vllo modo facere vel tenere in poſſe Bergolij, & Pozolaſche extra portas ſeu extra foſſata dictarum portarū aliq̄ tabernā, nec vendere vinū, nec aliquas alias numatas ad minutū. Et qui contrafecerit ſit in bāno ꝓ quolibet & qualibet vice, qua reperiret̄ feciſſe cōtra predicta in libris .x. terdon. Et ꝙ iudex ferratie teneat̄, & debeat inquirere & punire oēs & ſingulos cōtrafacientes. Saluo ꝙ ſi fuerit aliquis qui cōſueuerit domū habere extra portas Bergolij, ſeu pozolaſche, & nūc habeat in qua diu habitauerit cū ſua familia, & nunc habitat, ꝙ liceat eis vendere vinū ſuū, & de ſuis numatis ſecundū, ꝙ ſtatuta cōis Alex. ſine eo, ꝙ incurrat in penam ſupraſcriptam, & teneat̄ dn̄s Poteſtas poſt introitū ſui regiminis infra octo dies facere cridari ꝑ bergoliū.

❡ De non tenendo letamen nec paleas in vijs publicis.

ITem ſtatutū eſt, ꝙ nulla perſona cuiuſcunq; cōditionis exiſtat poſſit nec debeat facere, ponere, nec tenere aliquod letamē, nec aliquas paleas cauſa faciendi letamen in vijs publicis cōis inter Bergoliū & pozolaſcham. & ꝗ cōtrafecerit ſit in bāno ꝓ quolibet, & qualibet vice ſoldorū .xx. terdon. & ꝙ iudex ferratie teneat̄ punire, & cōdemnare contrafacientes & bāna excutere. Saluo ꝙ liceat cuilibet ꝑſone de Bergolio ponere, tenere, & extrahere, letamen, & paleas vel aliquid eorū, a die Medij menſis Madij, vſq; ad medium menſem ſine aliqua pena & banno, & teneatur dn̄s Poteſtas facere cridari, vt ſupra in alio capitulo continetur.

❡ Quod maſſarij Bergolij poſſint excutere banna.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ liceat maſſarijs Bergolij, qui nūc ſunt, ſeu ꝓ tēpore fuerint excutere oīa bāna impoſita, & ordinata ꝑ ipſos maſſarios & hoīes bergolij exercendis & cōplendis, & ſi p̄dicti maſſarij ipſa bāna excutere nō poſſent, ꝙ dn̄s vicarius q̄ nūc eſt, vel ꝓ tēpore fuerit, teneat̄ ad requiſitionē ipſorū maſſariorū eis dare de ſua familia ad excutiendum bāna data per ipſos maſſarios.

❡ De faciendo pontem vnū in poſſe Bergolij in ſtrata qua itur valentiā.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt ꝙ fiat pons vnus expenſis cōis per totū mēſem Auguſti ꝓximi venturi in ſtrata publica, qua itur valentiā deuerſus croſſam riuarie aliquantulū vltra pontem ruptū citra viā gazolij, ad arbitrium dn̄orum Angilberti guaſchi, & Rauſcij ſquarzafici qui ſunt maſſarij dicti pontis.

❡ Statuta facta ſuper aquaritijs de roſta.

HEC SVNT STATVTA ET ORDInamenta facta ſuper aquaritijs de roſta.

❡ De xoratoribus ex aſſidibus faciendis.

PRimo ſtatutū, & ordinatū eſt, ꝙ in bucca cuiuslibet xoratoris apud beale fiant, & fieri debeant porte de aſſidibus apte ad aperiendum, & claudendum ſicut fuerit neceſſarium ad aquaritiam, & molandina de roſta, que porte fiant expenſis illorum q̄ emerunt roſtam a cōi ſi tenent̄ & debent ſecundū pacta que ipſi habent cum cōe, & ſi non tenentur facere fiant expenſis illorū q̄ habēt poſſeſſiones in ipſis aquaritijs.

❡ De ampliatione xoratorum facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ xoratores magiſtri debeant eſſe ampli per pedes quatuor pertice ad minus & alti tantum quantum videbitur maſſario qui preerit ipſis maſſaritijs, & quelibet perſona que habet facere ſuper ipſis aquaritijs, & xoratoribus debeat feciſſe & remondaſſe vſq; ad kalendas Aprilis ipſos xoratores tantum quantum extenduntur ſue poſſeſſiones ſuper ipſis xoratoribus, ſub pena & banno ſoldorum .lx. & ſub

pena & banno ſoldorum. xx pro quolibet menſe quo ſteterint vltra predictum terminum ad faciendum, & complendum predicta. Quarum penarum medietas perueniat in cōe, & alia medietas perueniat in predictum maſſarium.

❡ De portis neceſſarijs ad aquaricios ex aſſidibus faciendis.

ITem ſtatutum eſt, quod in ipſis xoratoribus expenſis illorum qui habent facere in ipſis aquaritijs fiant tot porte de aſſidibus quot fuerit neceſſe ad ipſa aquaritia arbitrio ipſius maſſarij.

❡ De pluſa aliqua non facienda in ipſis xoratoribus.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ aliqua perſona non audeat, nec preſumat facere nec fieri facere aliquam pluſam de terra vel de lignis, nec de aliqua alia materia in ipſis xoratoribus, nec in aliquo ipſorum abſq; licētia dicti maſſarij ſub pena & banno librarum .x. pro quolibet & qualibet vice, Medietas cuius banni perueniat in cōmune & alia medietas perueniat in dictum maſſarium.

❡ De modo adaquandi ibi poſſeſſiones ſuas.

ITem quod quelibet perſona que habet facere in ipſis aquaritijs, ſeu que volet aq̄re aliquam ſuam poſſeſſionem de aqua bealis de roſta poſſit aquam capere & ducere trauerſando alienas poſſeſſiones, & hoc cum voluntate & cōſenſu dicti maſſarij, & aliter non, & ꝙ aliqua perſona non poſſit, nec debeat ei vetare nec contradicere predictā aquam ſub pena & banno librarum xxv. pro qualibet perſona, & qualibet vice medietas cuius banni perueniat in cōe & alia medietas perueniat in ip̄m maſſarium.

❡ De xoratoribus faciendis citra ⁊ vltra beale tot quot ibi fuerint apportuni.

ITem ſtatutum eſt, quod citra beale, & vltra poſſint fieri de nouo tot xoratores, quot videbitur predicto maſſario conſilio illorum qui habent facere in roſta, ſiue in molandinis de roſta, & liceat cuilibet cum voluntate & conſenſu dicti maſſarij, & non aliter ducere aquam bealis & capere per ipſos xoratores ad eorum voluntatē tempore debito ſm̄ formam inſtrumenti contractus facti de roſta.

❡ De non capiendo aquā bealis ab aliquo niſi de voluntate dicti maſſarij.

ITem ſtatutum eſt, quod aliqua perſona non poſſit nec debeat capere, nec deuiare aquam bealis de roſta ad aquandum aliquam ſuam poſſeſſionem vel alienam, niſi cum conſenſu & voluntate predicti maſſarij, ſub pena & banno ſoldorum .lx. pro quolibet & qualibet vice. Que pena pro medietate perueniat in cōe Alex. & alia medietas perueniat in predictum maſſarium.

❡ De taliando ſup̄ ripam betalis a ciuitate vſq; ad roſtam omnes ceſſias ⁊ arbores.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ omnes perſone que habent facere ſuper ripam bealis a ciuitate vſq; ad roſtam arbores ſeu ceſſias que pendeant ſuper aquam bealis debeant ipſas arbores & ceſſias taliare, vſq; ad Kal. Madij, & a dicto termino in antea taliatas tenere tali modo, ꝙ non poſſint nocere viam molandinorum de roſta ſub pena & banno librarum centum. Medietas cuius banni perueniat in cōe Alex. & alia medietas in ipſum maſſarium, & vltra dictum terminum quilibet impune poſſit incidere dictas arbores & ceſſias, & exportare.

❡ De aliquibus beſtijs minutis non intrandis in ipſis aquaritis toto anno.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ alique beſtie minute in toto anno non poſſint, nec debeant intrare in ipſis aquaritijs, nec aliquē de predictis xoratoribus ſub pena & ban no pro qualibet beſtia & qualibet vice ſoldos Et dictus maſſarius poſsit accuſare ipſas beſtias, & credatur ei, cuius bãni medietas perueniat in cõe Alex. & alia medietas perueniat in ipſum maſſariũ, & etiã camparius ſiue camparij aquaritiorũ, ſiue pratoꝝ de roſta poſsint & debeant accuſare, & habeant quartã partem accuſationum quas facient, & eis credatur ſicut camparij aliarum rerum.

¶ De camparijs a dño prepoſito humiliatorum elligendis.

ITem ꝙ ad cuſtodiendũ oẽs poſſeſsiones, que ſunt in ipſis aquaritijs elligatur vnus vel plures camparij ꝑ dñm prepoſitũ humiliatorũ ſancti Ioannis de caputio cũ cõſilio illorũ quos ſecũ habere voluerit quibus credatur ſicut alij camparijs, & habeãt ꝓ cuſtodia ipſarum rerum & poſſeſsionum pro quolibet modio tantum quantũ habere debent alij camparij, & quartam partem de accuſationibus quas facient.

¶ De nõ portandis fructib⁹ aliqb⁹ ex ipſis aquaritijs nec portari dimittendis.

ITem ꝙ aliqua perſona que habet facere, ſeu habebit in ipſis aquaritijs, non poſsit, nec debeat portare, nec portari facere, nec portari dimittere aliquid de fructibus, ſiue godijs que exibunt de ipſis aquaritijs, niſi prius ſoluerint maſſario ſoldũ vnũ terd. ꝓ quolibet modio, & camparijs denarijs quatuor terdon ſub pena librarnm. x. ꝓ quolibet, & qualibet vice. Medietas cuius pene perueniat in predictum cõe Ale, & alia medietas perueniat in predictum maſſarium.

¶ Quod contractus dñi Gulielmi dulij attendatur.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ dñi Vicarius, & Antiani populi ciuitatis Alexã. auctoritate & baylia eis demandata, & conceſſa, tam ex forma ſtatutorum cõis, & populi ciuitatis Alex. quam reformationum, & ex vigore contractus, & pacti. Et omni modo & iure quibus melius poſſunt, viſo contractu facto inter dñm Gulliermum dulium ex vna parte, & eoſdem dños Vicarium, & Antianos populi, & quatuor Rectores ſocietatis regalis, & cõe Alex. ex altera. Prouiderunt ſtatuerunt & ordinauerũt Milleſimo, trigenteſimo, trigeſimo ſecundo inditione decimaquinta die lune ſecundo menſis Iunij. ſcripto manu Lanzaroti graſsi notarij literarum cõis Alex. Quod dictus contractus ſicut iacet integraliter obſeruetur, & quod preſens vicarius & futurus, & omnes quos tangit ipſe contractus contentis, & quod contenta in ipſo contractu, & ipſe contractus ſit ſtatutum preciſum & ſine tenore, & pro ſtatuto preciſo & ſine tenore, ſeruari debeat vſq; ad integram ſolutionem in dicto inſtrumento contentam, & quod notarij campanilis nõ poſsint nec debeant aliquas condemnationes, ſeu banna alicui dare in ſolutum, nec liberare ſine licentia, & voluntate dicti Domini Gulliermi, nec cancellare niſi prius integraliter ſatisfactum fuerit dicto Domino Gulliermo pro dicto debito, ſub pena librarum decem terdon. quotienſcũq; contrafactum eſſet per aliquem dictorum notariorum. Et quod Dominus Vicarius teneatur precipere dictis notarijs ad requiſitionem dicti Domini Gulliermi, & predicta obſeruent, & quod Dominus Vicarius preſens & futurus vinculo ſacramenti teneatur & debeat ad petitionem, & requiſitionem dicti Domini Gulliermi exigere omnia banna & condemnationes factas & fiendas tam occaſione ferratie quam aliqua alia occaſione, & ipſas conuerti facere in dictum Dominum Gulliermum vſq; ad plenam & integram ſolutionem dicti ſui inſtrumenti, ſtatuto vel reformatiõe aliqua ſequentibus in contrariũ nõ ob ſtañ.

¶ In nomine domini ac ſancte ⁊ indiuidue trinitatis
patris ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti Amen.

¶ Capitula pertinentia ad monetam.

AD Honorem omnipotens Dei, & beatiſsime virginis Marie matris eius, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, & vt falſarum monetarum curſus a ciuitate Alex. & eius diſtrictu penitus expellatur, & tam fabricantes & fabricari facientes in domo caſtro ſuo quomodolibet retinentes, & falſarum monetarum emptores & receptatores, ac etiam delatores earum ad ciuitatẽ Alex. vel diſtrictum pena debita caſtigentur. Statuimus ꝙ quicunq; fabricauit, ſeu fabricari fecit, ſiue a domo ſua vel caſtro, vel villa fabricatores fabricantes tenuit a duobus annis citra, etiam ſi moneta fuerit iuſti ponderis, tam ille qui fabricauerit ſeu fabricari fecit quam etiam ille in cuius domo vel caſtro fabricata fuit, quia falſum cõmiſsit puniatur in Mille libris. Si vero falſam monetam quis fabricauit ſeu fabricari fecit, ſiue in domo ſua fabricantes fabricatores tenuit vel caſtro, vel villa ſua pena legis puniatur. Qui conſcius vero fuit ꝙ moneta in aliquo loco ciuitatis Alex. vel diſtrictus fabricaretur, ſeu fabricata eſſet temporibus retroactis a duobus annis citra, & infra decẽ dies á die publicationis pñtis ſtatuti numerandos dño Capitaneo non denuntiabit eadem pena puniatur qua puniretur ille qui monetã iuſti ponderis fabricaſſet in ciuitate Alex. vel diſtrictu, hoc eſt in mille libris.

¶ De manifeſtandis fabricatoribus falſe monete.

ITem ſtatuimus, ꝙ quicunq; denuntiauerit, ſeu indicauerit, aut notificauerit aliquẽ qui monetã falſam fabricaret, ſeu fabricari faceret vel etiã fabricantes fabricatores teneret in domo ſua vel caſtro vel villa, & ꝑ eius indicationẽ fabricator, vel fabricari faciens, ſeu receptator inueniat᷑, & in tertiã cõis ꝑueniat habet & habere debeat libras centũ de cõdemnatiõe illius vel malefactoris, & ꝑpetuo teneat᷑ in credentia.

¶ De non portando nec vendendo falſam monetam in ciuitate Alexan.

ITem ſtatuimus, ꝙ quicunq; falſam monetam ad ciuitatem Alexã. & a duobus annis citra adduxit & eam alicui vendidit, ſiue penes aliquem depoſuit numeratam. Quadruplum eius in quo moneta defficiebat ad ſimilitudinem furis manifeſti cõmunis Alex. ſoluere teneatur. Quam ſi ſoluere non poterit quia monete falſatoribus miniſterium prebuit in perſona, aliter caſtigetur ſecundum induſtriam corrigentis. Qui vero monetam falſam ab aliquo vſq; in quãtitate librarum centum ſimul vel abinde ſupra accepit a duobus annis citra ſiue eam emerit, ſiue in depoſitũ perceperit vel quomodocunq; eam penes ſe numeratam tenuit duplum eius ꝙ accepit cõi Alexã. ſoluere teneatur & compellatur. Si autem ipſam monetam falſam non ſolum accepi, ſed etiã expendit, quadruplum cõi Alex. ſoluere teneatur eius quod expenſione inuenietur, & Nihilominus illi vel illis qui monetam receperint ab eodem illud in quo moneta diffecerit, ſine aliqua iuris ſolemnitate vel libelli oblatione ſatisfacere compellatur.

¶ De moneta noua non fabricanda.

ITem quicunq; a die publicationis preſentis ſtatuti in antea monetam nouam fabricabit, ſeu fabricari faciet vel receptabit fabricatores fabricantes, in domo ſua caſtro vel villa ſiue boni ponderis moneta fuerit, ſiue mali tanquam fabricator falſe monete legitima puniatur, & domus & caſtrum villa ſeu locus vbi fabricata fuerit funditus de ſtruatur & communi Alex. publicetur, & publicatum perpetuo permaneat cõi Ita quod reedificari nullo vnquam tempore poſsit, nec modo aliquo reſtaurari. Si autem nõ ſolum fabricabit ſeu fabricari faciet. Sed etiam expendet, quia in pluribus peccat digoum eſt enim vt pena triplici caſtigetur. Volumus quod etiam pena falſantis monetam puniatur & bona ſua omnia ad inſtar criminis leſe maieſtatis cõi Alex. publicentur nulla filijs portione relicta Niſi forte denuntiatione filij patris in publicum crimen deueniret in quo caſu filius ſiue filij bona paterna nõ perdat. ſed ea nõ habeant pleno iure, & ꝙ de filijs diximus de filiabus precipimus obſeruari.

¶ De pena expendentis vel alicui dantis falſam monetam.

Item ꝙ quicunq; a die publicationis preſentis ſtatuti in antea monetam aliquã falſam ab aliqua fabrica monete adduxerit ad ciuitatem Alex. vel diſtrictum, & eam alicui de Alex. vel diſtrictu dederit modo aliquo vel ingenio qui falſam monetam fabricantibus miniſterium prebuit tanquã fabricator falſe monete pena legis legittima puniatur pena etiam ſimili caſtigetur ille qui monetam falſam ab aliqua fabrica de ciuitate Alex. vel diſtrictu receperit, & eam alicui de Alex. vel diſtrictu dederit vllo modo. Et etiã ille qui monetam aliquam tendere auſus erit vel minuere vllo modo.

¶ De moneta aliq̃ que non ſit iuſti ponderis non danda a tabulerio vel campſore.

Item, ꝙ nullus campſor, ſeu qui campſor modo aliquo nuncupatur, ſiue tabulerius aliquam monetã q̃ aliunde habuerit q̃ a faaricatoribus, ſeu delatoribus noĩatis dare debeat alicui, que non ſit iuſti ponderis, & iuſte lige ad q̃ primit⁹ facta fuit. Et qui cõtrafecerit duplum eius ꝙ dederit, cõi Alex. ſoluere teneatur. Et nihilominus ei cui dederit, illud in quo moneta deffecerit ſatiſfacere compellatur. Pena etiam ſimili puniatur qui monetam aliquam nõ iuſti ponderis in ciuitate Alex. vel diſtrictu expẽdere modo aliquo auſus erit a die Kal. Aprilis proxime venturarum in antea. Et nihilominus acceptori illud in quo moneta defecerit reſtituere compellatur. Illam autem monetã eſſe iuſti ponderis penitus iudicamus que ad penſum nunc currentem in ciuitate Alex. boni ponderis reputatur. Precipimus etiam illum intelligi pro campſore, qui monetarum emptionem, venditionem, ac depoſitionem ab hinc retro, conſueuit in ciuitate Alex. exercere.

¶ De facientibus contra predicta ſtatuta accuſandis.

Item ſtatuimus, ꝙ quilibet habens ꝑſonã legitimã ſtandi in iudicio poſſit accuſare, denuntiare, notificare, & indicare facientes contra predicta, vel aliquod predictoꝝ & habeat & habere debeat a cõi quartam partem eius ꝙ occaſione predicta modo aliquo in cõe veniret, & in credentia penitus teneatur.

¶ De ratione facienda conquerentibus de moneta.

Item ſtatuimus ꝙ dñs Poteſtas, & eius Iudices, & quilibet ipſorum teneantur, & debeant cuilibet conquerenti de moneta falſi ponderis facere ſummariam rationem etiam ſine libelli oblatione, & ſine aliqua iuriſſolemnitate, & ſine litis conteſtatione, dũmodo per teſtes vel aliter veritas legitime cõprobetur, & compellere illum vel illos qui falſam monetam dederit ſatiſfacere illi cui dederit omni modo.

¶ De denuntiantibus contra predicta facientes audiendis.

Item ſtatuimus, ꝙ dñs Poteſtas pñs & futurus teneatur & debeat omni loco & tpe audire denuntiantẽ, notificantẽ, accuſantẽ, vel indicãtem aliquẽ vel aliquos faciẽtem, vel facientes cõtra ꝑdicta ſtatuta, vel aliquod de predictis, ſeu qui feciſſent temporibus retroactis a duobus annis citra ſuperius cõprehenſis cũ ſcriptis, & ſine ſcriptis in publico vel ſecreto. & ſuper denuntiatione, notificatione, accuſa & indicatione ꝓcedere, & cõdemnationẽ, vel abſolutionẽ facere infra menſem a die facte denuntiatiõis, notificationis, ſeu indicationis, vel accuſationis etiã numerandũ, & ſi forte dñs põtas predicta nõ fecerit vel facere modo aliquo ommiſſerit perdat de ſuo ſalario quingentas libras terdon. de quibus cõe Ale. ſit ipſo iure abſolutũ. Et nihilominus ꝙ vnus ommiſſit alius infra alium menſem ſub pena predicta ad implere penitus teneatur. Illum autem incurrere penas putamus qui requiſitus primitus ſupraſcripta non impleuit ſtatuta, & illum ſecundo qui prioris negligentiam non expleuit.

¶ Qꝺ poteſtas teneat condemnationes exeutere de predictis ſtatutis.

Item ſtatuimus, ꝙ dñs Poteſtas pñs & futurus teneatur & debeat omnes & ſingulas cõdemnationes quas faciet de predictis ſtatutis, ſeu occaſione ipſorũ, ſiue occaſiõe monete exigere infra menſem a die facte condẽnationis numerandũ. Non obſtante ſtatuta, ꝓuiſione, vel reformatione, ꝙ vel que eſſet ſuper cõpenſationibus faciendis, nec aliquo alio ſtatuto, prouiſione vel reformatione populi vel cõis. Quibus oĩbus per pñs ſtatutũ ſit & eſſe, intelligatur penitus derogatum. Et ſi predictus dñs poteſtas predicta non faceret, ſeu facere recuſaret, ſiue etiam executioni dictũ ſtatutum totaliter nõ mãdaret perdat de ſuo ſalario is qui predicta non obſeruauerit duplum eius ꝙ exigere debuiſſet. Et de illo duplo cõe Alex. ſit penitus abſolutum. Et alius nihilominus ſub pena predicta ipſam condemnationem in pecunia numerata exigere teneatur infra alium menſem a die cõpleti noĩati mẽſis ſuperius nuntiandũ. Et hoc intelligimus ſi poteſtas inuenire poterit bona vel ꝑſonã cõdemnati. Alioqn dicte pene nullatenus obligent.

¶ De corroboratione ⁊ confirmatione predictorum ſtatutorum.

Item ſtatuimus, ꝙ oĩa & ſingula ſupraſcripta ſtatuta ſint & eſſe intelligant preciſa. Ita ꝙ tolli, mutari, vel corrigi, ſeu interpretari nõ valeant vllo modo, ſed ſicut iacent in oĩbus intelligãtur, & ſint vltima, & derogatoria oĩbus alijs ſtatutis, de his que in eis continentur loquentibus, & ꝙ dñs põtas preſens & futurus predicta ſtatuta ſuper facto monetarum loquentia ꝓciſe teneat in omnibus obſeruare, & executioni mandare ſub pena librarum quingentarum pro quolibet ſtatuto ſupraſcripto in quo certa pena non eſt ſtatuta de ſalario non ſeruantis. a quibus quingentis libris cõe Alexã. ſit eſſe intelligatur penitus abſolutum.

¶ Statuta ⁊ ordinamenta facta ſuper officio ⁊ notarijs campanilis.

Ad Honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beate Marie virginis, & beatorũ Apoſtolorum Petri & Pauli, & ad conſeruationẽ boni ſtatus, & iurium ciuitatis Alex. & populi, & ſocietatis populi, & ſocietatis iuſtitie, & omnium & ſingulorum de ciuitate Alex. & diſtrictus.

¶ De eodem.

Hec Sunt ſtatuta, & ordinamenta facta ſuper officio & notarijs Campanilis qui nunc ſunt, vel pro temporibus fuerint & erunt, per infraſcriptos Antianos populi, & quatuor Rectores iuſtitie, & auctoritate, & baylia eis data & conceſſa a conſilio generali ciuitatis Alex. Milleſimo trigenteſimo Indetione decimatertia Die duodecimo menſis Februarij, & dictata, & compillata voluntate & precepto dictorum Antianorum & quatuor, per Dominos Ottonem vitiatum Burgarum horabonam, Galuagnum ſquarzaficum, Iudices. & Ruffinum de burgo ad hoc ellectos per predictos Antianos, & Quatuor, & fuerunt compillata & ordinata impredicto, Milleſimo & menſe. Tempore regiminis Nobilis viri Domini Mutij de modena militis Poteſtatis Alex. & Domini Frederi garrote, honorabilis Capitanei populi ciuitatis eiuſdem pretio ſupraſcripto de qualibet alia pecunia que eſſet vel perueniret in commune quomodo, & qualicunq; deueniret, vel perueniret in cõmune. Ita quod nulla pecunia cõmunis expendi poſſit aliqua de cauſa ſine voluntate & precepto Domini Ioannis niſi prius eidem fuerit de predicto toto debito plenarie ſatiſfactum, & prodictum ſtatutum teneatur Dominus Vicarius, & eius familia ſub pena librarum Ducentarum, de ſuo ſalario attendere & obſeruare preciſe & ſine tenore, ſtatuto aliquo prouiſione, ſeu reformatione que huic in aliquo contradiceret. Non obſtante. Sed preſens ſtatutum ſit vltimum, & derogatorium omnibus alijs ſtatutis. Et intelligatur poſitum eſſe in vltima predictorum, ſtatutorum. Nomina quorum Antianorum, & quatuor Rectorum ſunt hec.

D. Fulchus
D. Manfredus de ottobellis
D. Anſelmus magiſter
D. Oglerius de piouera
D. Ruffinus vlia
D. Vercelinus girolinus
D. Antonius lenga
D. Obertus ollarius
D. Otto cerronus.
D. Iacobus agranius.
D. Alexander celerinus
D. Iacobus cazaguerra.
D. Auricula gibillinus.
D. Ruffinus de roberto.
D. Formonus guerra.
D. Iuanus ſquarzaficus.

¶ De ſacramento notarioꝝ campanilis ⁊ eoꝝ officio bona fide faciendo.

IN Primis ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ notarij qui nunc ſunt vel fuerint deputati ad officium campanilis cōis Alex. teneatur, & debeant iurare ad ſancta Dei Euangelia corporaliter preſtito Sacramento in manibus dñi poteſtatis vel ſui iudicis, attendere & obſeruare omnia & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta capitula facta ſuper officio dicti campanilis, & ea que ordinarentur per conſilium generale ciuitatis Alex. ſup dicto officio campanilis & facere, & exercere eorum officium legaliter bona fide, & ſine fraude, & ſaluare, & cuſtodire omnes res, & res & bona, & iura ſeu rationes ſcripturas priuilegia & inſtrumenta dicti cōis, & iura & rationes cuiuslibet ſingularis perſone habentis facere cum cōe Alex. occaſione dicti officij campanilis. & nō cellare, nec fraudare aliquid de iuribus & rebus dicti cōis, nec alicui cellanti vel fraudanti in aliquo cōſentire, & ſi cognouerint aliquam fraudem fuiſſe factam vel cōmiſſam in rebus vel iuribus, ſeu rationibus cōis illam fraudem manifeſtabunt & dicent dñis poteſtati, antianis, & quatuor rectoribus ſocietatis iuſtitie, & dabunt operam auxilium, & iuuamen ſuo poſſe & bona fide ad recuperandum, & ad habendum res & bona, ſeu iura cōmunis Alexan. Ita quod ipſa iura peruenirent in commune, & iura communis conſeruentur illeſa.

¶ De horis conſtitutis dictis notarijs ad ſtandum ad campanille.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ predicti notarij teneantur & debeant venire & ſtare, ſeu morari ad dictum officium ſiue ad dictum campanile pro eorum officio exercendo quibuslibet diebus bis in die ad minus horis conſuetis, videlicet in mane, vſq; ad tertiam poſt nonam vſq; ad veſperas niſi remaneret precepto dñorum Poteſtatis, & Antianorum pro alijs factis cōmunis, vel niſi iuſto Dei impedimento, exceptis diebus Dominicis, & feſtis que celebrantur in honore ſanctorum ſecundum ſtatuta cōis populi Alex. in quibus dicti notarij non teneantur morari ad dictum officium, niſi iuſta & magna neceſſitas immineret pro factis cōis, in quibus ſtare teneantur ad dictum officium. Secundum ꝙ eis preceptum vel iniunctum eſſet, ex parte dñorum poteſtatis vel ſui iudicis vel antianorum, & quatuor rectorum ſocietatis iuſtitie.

¶ Qđ notarij campanilis non poſſint hebere aliquod aliud officium pro communi vel pro populo.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ officium dictorum notariorum ſit & habeatur pro officio cōmunis. Et ꝙ non poſſint ipſi notarij, vel aliquis ipſorum, qui ſunt, & pro tempore fuerint in dicto officio campanilis, & ipſis ſtantibus in dicto officio habere vel recipere aliquod officium pro cōi vel pro populo Alex. vel aliquod officiū vel bayliam pro cōi, vel pro populo Alex. vel poteſtariam, vel ambaxariam pro cōi vel populo, vel aliquod aliud officium ꝙ officium dici poſſit vel alio modo. Nec poſſint ipſis exiſtentibus in dicto officio eſſe vel elligi Antiani populi, vel de quatuor Rectoribus ſocietatis iuſtitie, ſed ſemper teneantur & debeant ſtare & eſſe ad dictum officium eorum exercendum ſecundum, ꝙ in ſupraſcriptis, & infraſcriptis capitulis, & ordinamentis cōtinetur. Et ſi contingeret ipſos vel aliquem ipſorum facere vel venire cōtra

predicta vel aliquod predictorum, ꝙ recepto vel ellectio facta de ipſis, vel aliquo ipſorum contra predictam formam, vel aliquo predictorum ex nunc prout ex tunc ſit caſſa & irrita habeatur, & eam exercere non poſſint nec debeant per ſe vel per alium ſub pena librarū. xxv. pro quolibet ipſorum & qualibet vice, & de dicto officio campanilis expellantur & remoueantur, & remoti eſſe intelligantur, & loco ipſorum alij elligātur infra octo dies poſtquam ipſi, vel aliquis ipſorum contra predicta, vel aliquod predictorum fecerit vel venerit vllo modo. Quod capitulum locum habeat in officijs, & baylis datis in conſilio generali ad breuia tantum.

¶ Qđ notarij campanilis non poſſint pernoctare extra ciuitatem.

ITem ꝙ predicti notarij campanilis, nō poſſint nec debeant ipſi vel aliquis ipſorum pernoctare extra ciuitatem Alex. vltra tres noctes ꝓ quolibet ipſorū, & ſi vnus ex ipſis voluerit per vnā noctē pernoctare extra ciuitatē Alex. ꝙ alij notarij, & ſocij ipſius debeant ſtare & permanere in Alex. donec ille qui pernoctauerit in ciuitate Alex. reuerſus fuerit. Et hoc teneaꝫ dicere & denuntiare ſocijs ſuis. Ita ꝙ per ſocios ſuos, Nihilominus dictum officium poſſit & debeat ꝓut debet libere exerceri.

¶ De libris campanilis cuſtodiendis ⁊ copia facienda cuilibet ad legendum.

ITem ꝙ predicti notarij, & quilibet ipſorum ad dictum officium deputati, teneanꝫ & debeant ſaluare & cuſtodire bona fide, & ſine fraude omnes libros inſtrumenta, & ſcripturas cōis, qui & que ſunt & erunt in dicto campanili, & qui ad eorum manus ꝑuenerint cuiuſcunq; conditionis ſint, & de dictis libris inſtrumentis, & ſcripturis teneātur & debeant facere copiam videndi, & legendi & faciendi legi in campanili tantum omnibus de Alex. vel diſtrictu, ꝓut vnicuiq; ſibi expedierit ſine aliqua ſolutione, vel remuneretione inde recipienda.

¶ De libris campanilis extra campanille non portandis.

ITem ꝙ dicti notarij, nō permittant portari aliquos libros inſtrumenta vel ſcripturas cōis que ſint in dicto campanili extra dictum cāpanile ſine licentia dñi Poteſtatis vel Antianorū, & quatuor. Et cum dictis libris inſtrumentis, ſeu ſcripturis ſemper debeant perſonaliter intereſſe vnus eorum cū fuerint extra dictum campanille, neq; dictos libros inſtrumenta vel ſcripturas cōis que eſſe debeant in dicto campanili ſiue in eorum cuſtodia pernoctare dimittent, vel conſentient extra dictum campanile, niſi de voluntate totius conſilij generalis cōis Alex. vel prouiſione Ancianorum populi, & quatuor rectorum ſocietatis iuſtitie vt ſupra.

¶ Qđ notarij campanilis non poſſint emere de denarijs ſcriptis in campanili.

ITem quod dicti notarij campanilis non poſſint, nec debeant per ſe, vel per aliam ſuppoſitam perſonam ſub aliqua fraude, vel ingenio emere, vel alio quocunq; modo acqrere ad aliqua ſingulari ꝑſona, vel vniuerſitate de denarijs ſcriptis, & q̄ ſcribenꝫ in cāpanili q̄ debenꝫ, vel deberenꝫ alijs perſonis ꝑ cōe Alex. cauſa reuendēdi ſeu donandi alicui ꝑſone vel vniuerſitati vel aliq̄ alia de cauſa, niſi hoc facerent cauſa cōpenſandi in ſuis bannis vel condemnationibus quas ipſi vel filij ipſorū ſoluere deberēt cōi Alex. & hoc locum habeat ipſis exiſtentibus in dicto officio campanilis.

¶ Qđ notarij campanilis teneanꝫ intereſſe ⁊ ſcribere rationes clauarij.

ITem ſtatutum eſt, quod notarij campanilis qui ſupererint ad cuſtodiendum libros & ſcripturas communis teneantur deffendere & manutenere iura cōmunis, & intereſſe omnibus rationibus que fient per clauarium, ſeu per alium nomine cōmunis & ipſas rationes ſcribere, & non recipere, nec facere, ſeu ſcribere aliquam compenſationē, nec permitti fieri, niſi quod ſecundum fieri poteſt, & debet ſecundum formā ſtatutoꝝ communis Alex. Que ſtatuta compenſationum teneantur habere penes ſe exemplata etiam ſi preceptum eis fieret per poteſtatem vel aliquē de familia ipſius, ſeu per aliquē nuntium precepto alicuius eorum ſub pena & banno librarum quinquaginta pro quolibet ipſorum, & qualibet vice. Quam penam Poteſtas illius temporis eis, & cuilibet eorum aufferre teneatur, quod ſi non fecerit ſequens poteſtas dictam penam exigegere teneatur ſine tenore.

¶ Quod notarij campanilis debeant intereſſe omnibus contractibus qui fient per commune Alex.

ITem quod predicti notarij, ſeu alter eorum interſint omnibus contractibus & venditionibus que fient per cōmune Alex, ſiue per conſilium generale, & in vno libro cōmunis quem ad hoc ſpecialiter, faciant ſcribant, annum diem, & terminum, & pacta, & nomina contrahentium, & quantitatem, & nomen notarij qui ſcribet vel faciet dictum contractum. Et quando predicta debebunt poteſtas teneatur facere intereſſe predictos notarios, vel vnum ex eis quando predicti contractus fierent. & contractus aliter factus cum cōmune vel conſilio non valeat in fauorem ipſorum cantrahentium cū cōe, ſed in fauorem cōis valeat. Quod capitulum valeat, & poteſtas teneatur facere legi in conſilio, quod faceret de predictis contractibus, vel venditionibus. Quod ſi poteſtas p̄dicta oīa nō obſeruauerit amittat de ſuo libras. xxv. Nihilominus p̄dictis omnibus in ſuo ſtatu remanentibus.

¶ De aptandis ⁊ cancellandis omnibus bannis excuſſis.

ITem ꝙ quando notarij conſtituti ad excutiendum banna & condemnationes, ſeu ad excutiendum, fodra, mutua, talias dacitas, & collectas, vel aliquas alias impoſitiones factas pro cōmuni facient rationem de excuſsis & receptis, & dederint in ſcriptis nomina illorum, a quibus receperint, ſeu excuſſerint, & quid & quantum, & pro qua cauſa, ſecundum quod ipſi excuſſores facere tenentur ex forma ſtatuti loquentis de excutientibus banna, & condemnationes &c. Quod predicti notarij teneantur, & debeant omnes ipſos a quibus excuſſerint aptare & aptari facere in ſuis libris campanilis, & ſcribere id quod ſoluerint, & cui, & ipſos cancellare ſi totum ſoluerint, & predicta faciant ſine aliqua ſolutione, & ſi predicta non obſeruauerint dent pro banno ꝑ quolibet & qualibet vice ſoldos ſexaginta.

¶ De ſcribendo receptum clauarij in vno libro per notarios campanilis.

ITem quod predicti notarij habere debeant, & teneantur vnum librum in quo ſcribant totum receptum clauarij ſeriatim tam de bannis condēnationibus, & fodris quam aliis quibuſcunq; receptis pro cōi ſcribendo nomen ſoluentis, & quantitatē eius quod ſoluetur, & cauſam quare ſoluetur, & diem in quo ſoluetur, & ponendo id quod ſoluetur ante quartum per ſe, & quod ſoluetur cum quarto per ſe, & non poſsint, vel debeant aliquam condemnationem vel bannum canzellare, niſi prius ſcripſerint ſolutionem ipſius in dicto libro ad quem librum cāpanilis ratio clauarij fieri debeat de ſuo recepto. Qui clauarius teneatur ſimiliter dictum receptum facere ſcribi in dicto libro per ipſos notarios infra tertiam diem poſtquam receperit ſub pena que in ſtatuto loquente de clauario continetur.

¶ De cuſtodiendo omnes ſcripturas communis.

ITem quod predicti notarij teneantur cuſtodire, & ſaluare omnes ſcripturas inſtrumenta. & res communis que ad manus eorum peruenerint & facere omnia alia, & ſingula ad eorum officium pertinentia.

¶ Quod notarij campanilis teneantur exemplare omnes condemnationes, ⁊ abſolutiones.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ predicti notarij teneantur, & debeant exemplare, & in vno libro ponere vel exemplari facere tantum omnes condemnationes, & abſolutiones & quaslibet alias ſcripturas per ſe lectas in contione tempore cuiuslibet regiminis, & cuiuslibet magiſtratus, & quaslibet alias ſcripturas pertinentes ad dictum officium cāpanilis. Ita quod fiat vnius liber de condemnationibus, & alius de abſolutionibus factis in quolibet regimine, & vnum in quolibet magiſtratu, & idem faciant de omnibus dacitis, fodris, & collectis impoſitis ſiue imponendis tempore cuiuslibet regiminis durante eorum officio, & omnes alias ſcripturas ad eorum officium pertinentes exemplare & facere ſuis proprijs expenſis, ſine aliqua ſolutione & ſuis manibus tantum niſi ſuum ſalarium ſibi conſtitutum tantum, & quod interſint, & intereſſe debeant perſonaliter ſemper & quacunq; vice in qualibet contione, cuiuslibet regiminis & magiſtratus vnus ad minus ipſorum cauſa recipiendi, condemnationes, & abſolutiones, que legent in ipſa contione, & hoc totum preciſe & ſine tenore.

¶ De manifeſtando illos officiales qui reperti fuerint aliquid debere reſtituere communi, ⁊ de ſalario notariorum campanilis.

ITem quod factis rationibus clauarij, & aliorum officialium cōmunis, ſi repertum fuerit aliquem ipſorum officialium aliquid debere reſtituere cōmuni teneantur predicti notarij campanilis nomina illorum qui reſtituere debebunt, & quantitatem eius quod reſtituere debebunt dare in ſcriptis Domino Poteſtati, vel eius Iudici, & eis denūtiare infra tertiam diem poſt rationem factam, quod excutiant id quod debet reſtitui communi a predictis officialibus, & predictus dominus Poteſtas teneatur denuntiare, & notificare predicta Antianis, & quatuor infra ſecundum diem poſtquam eis denuntiatum fuerit a dictis notarijs campanilis Que omnia & ſingula ſupraſcripta predicti notarij, & quilibet eorum teneantur & debeant iurare, attendere & obſeruare, & non contraueuire, & facere, & exercere continue dictum officium legaliter & bona fide ad vtilitatem cōmunis, & habeant & habere debeant a communi pro ſuo ſalario quilibet eorum libras vigintiquatuor terdon. & hoc capitulum teneatur predicti Notarij habere & tenere penes ſe exemplatum in Campanilli. Quod Capitulum Poteſtas, & eius Iudex teneantur facere attendi & obſeruari. Et omnia que in ipſo capitulo continentur preciſe & ſine tenore.

¶ Quod notarij excutientes banna ⁊ condemnationes teneantur dare notarijs campanilis nomina illorum in ſcriptis a quibus aliquid excuſſerint.

ITem ſtatutum eſt, quod notarij excutientes banna, & cōdemnationes fodra talias & mutua, teneantur & debeant ſemper tempore quo facient rationem, & reddent de excuſsis dare nomina illorum a quibus excuſſerint aliquid. Et quid & quantum excuſſerint, & de quo in ſcriptis notarijs campanilis, & quod ipſi notarij campanilis, ſine aliqua ſolutione teneantur, & debeant ipſos aptare, & in ſuis libris cancellare, & receptum de bannis, & condemnationibus. Fodris, mutuis, talijs & dacitis ſcribere id quod ſoluerint, & cancellare ſi totum ſoluerint, & teneantur predicti notarij excutientes banna, & condemnatiōes, fodra, talias & mutua ſemper examinare libros ſuos cū libris campanilis de omnibus ſuis receptis. & aptare omnes, a quibus excuſſerint, & qui aptari fuerint in libris Campanilis in margine ſuorum librorum. Et ſi predicti notarij Campanillis & bannorum, condemnationum, fodrorum taliarum, & mutuoꝝ predicta omnia ſupraſcripta cum effectu non obſeruauerint, ſoluat quilibet eorum ꝑ banno, & pro qualibet vice ſoldos ſexaginta. Et nihilominus reſtituere damnum cuilibet a quo excuſsiſſent, ſi inde aliquod pateretur.

¶ De contractibus exemplandis in vno libro per notarios campanilis.

ITem ſtatutum eſt, quod notarij campanilis teneantur exemplare in vno libro nomina emptorum & fideiuſſorum ipſorum, & totum contractum, & nomen notarij qui eum fecit ſecundum formam precedentis capituli loquentis, ꝙ dicti notarij intereſſe debeant omnibus contractibus cõmunis, & omnibus alijs contractibus creditorũ cõmunis, & debentium recipere a cõmuni, & ad quam vſuram recipere debebunt, & poſt contractum cuiuslibet qui contractum faceret cum cõmune teneantur, & debeãt in dicto libro dimittere, ita magnum ſpatium, quod poſt dictum cõtractum faceret cũ cõmune teneantur & debeant, ponant & ſcribant totum id, quod dicti contrahentes reciperent de auere cõmunis, occaſione vſurarum, vel alio modo ratione dicti contractus prout in libro ſeu rationibus, clauarij fuerint eis ſolutum. Ponendo ibidem omnes quantitates pecunie, quas reciperent occaſione dicti contractus, & a quo clauario, & quo anno menſe & die, & ſic deinceps, & omnes compenſationes quas facerent de dictis debitis, ſeu contractibus, ſcribendo, & determinando. quid & quantum compenſant. Et in quibus bannis, ſeu condemnationibus, vel in quibus rebus compenſant, ſeu ſolutionem recipiunt de dicto debito vel occaſione dicti debiti, vel occaſione vſurarum, vel acceſſus ipſius debiti vel contractus, annum menſem, & diem quo compenſabunt, & predicta faciant & exerceant ad hoc vt rationes de eo, quod quilibet creditor recipiet a cõmuni melius & clarius reperiri poſsint, quam reperirentur in inquirendis libris clauariorum.

Quod notarij campanilis debeant intereſſe ſecuritatibus que fient per caſtellanos.

ITem quod predicti notarij campanilis debeant, & ſemper interſint, & intereſſe debeant omnibus ſecuritatibus que que fient per omnes caſtellanos torrexanos, & ſeruientes, qui recipient caſtra, turres, & alias fortilitias cõmunis ad cuſtodiendum, & qui ſtabunt ad cuſtodiam dictorum caſtrorum, turrium, & fortilitiarum communis, vel que cuſtodirentur pro cõmuni, & faciant & habeant vnum librum per ſe in quo ſcribant, & ponant omnes predictas ſecuritates, & predictos caſtellanos, torrexanos, & ſeruientes, & totum contractum, & omnia pacta que facient cum cõmune occaſione cuſtodie predictorum, caſtrorum, turrium, & fortilitiarum communis, & ſalarium ſeu feudum, quod habere, & recipere debebunt quilibet predictorum a communi occaſione cuſtodire predictorum caſtrorum, turrium, & fortilitiarum communis, & poſt dictum contractum dimittant, ita magnum ſpatium, quod poſsint poſt dictum contractum ſcribere, & ſcribant totum id quod predicti caſtellani, torrexani, vel ſeruientes habebunt vel recipient a communi, vel a clauario communis, vel ab alio pro cõmuni occaſione dicte cuſtodie, & a quo clauario, ſeu alio recipient, & quo anno menſe & die, & totum id quod compenſarent per ſe vel pro alijs occaſione dicte cuſtodie pro bannis, vel condemnationibus ſuis vel alienis, & cauſam ipſarum condemnationum, vel in aliquibus alijs rebus vel bonis, ſeu iuribus communis, & ſic de ſingulis ad hoc vt rationes communis penes dictum cõtractum melius, & clarius reperiri poſsint quam inquirendo in libris ſingulorum clauariotum communis, & predicta faciant, & conſeruent dicti notarij campanilis. Non obſtante aliquo ſtatuto collegij notariorum contradicente predictis idem fiat, & obſeruetur per dictos notarios campanilis de omnibus ſecuritatibus que fient & recipientur per cõe nomine cõis, occaſione carceris communis Alex. & pro ipſo carcere.

¶ De inquirendo iura ⁊ res communis.

ITem ꝙ dicti notarij teneantur & debeant oẽs rationes & iura cõis inquirere & facere, & inquiri & fieri facere modis omnibus melius & ſubtilius poſsint, & poterit, & dictum officium eorũ, & omnia que ad dictum officium ſpectant, & ſpectabunt exercere & facere prout expediet bona fide, & poſſe eorum vt ſupra.

¶ De denuntiando dño poteſtati quando redditus cõis fuerint vendendi.

ITem quod dicti notarij teneantur, & debeant denuntiare, & notificare Dominis Poteſtati, & Antianis, & quatuor de duobus menſibus, antequam aliqui redditus cõis vendi debeant quod ipſi redditus ſunt vendendi.

¶ De non vendendo ſeu donando alicui papirum communis.

ITem ꝙ dicti notarij, non vendent, nec dabunt alicui perſone papirum cõis ſcriptũ & non ſcriptum, & non operandum, ſed ipſum papirum dabunt, & conſignabunt clauario cõis nomine dicti cõmunis.

¶ De non bibendo in tabernam.

ITem ꝙ dicti notarij, nõ bibent in tabernam, nec in frontem taberne, nec ꝓpe tabernam per domos decem in qua emeretur dictum vinum.

¶ Qđ predicta ⁊ infraſcripta ſtatuta ponantur in volumine ſtatutorũ cõis.

ITem quod predicta omnia ſtatuta ſupraſcripta, & infraſcripta ponantur, & ſcribantur in libro, ſiue in volumine ſtatutorum cõmunis, & populi Alex. & pro ſtatutis habeantur & obſeruentur preciſe & ſine tenore, & predicti notarij campanilis penes ſe exemplata habere & tenere teneantur in campanili.

¶ De cuſtodiendo omnes condemnationes ⁊ obſolutiones lectas in qualibet concione.

ITem ꝙ dicti notari teneantur, & debeant ſaluare cuſtodire, & retinere in campanili oẽs condemnatiões, & abſolutiones factas & faciendas per poteſtatẽ vel per aliquẽ alium magiſtratũ ſiue officialem ciuitatis Alex. poſtꝗ ipſas cõdemnationes vel abſolutiones exemplauerit in libris campanilis. Ita ꝙ ad ipſas originales ſemper ſi neceſſe fuerit aliquo caſu poſsit haberi recurſus.

¶ De termino officij notarioꝝ campanilis.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ officiũ dictorũ notariorũ duret & durare debeat per annum vnum ad minus & plus ſecundum, ꝙ ordinatum fuerit per cõe.

¶ De taxatiõe facta ſuꝑ ſcripturis pertinentib⁹ ad officiũ campanilis.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ predicti notarij campanilis de ſcripturis quas facient in campanili, occaſione ſui officij poſsint habere & petere ſolutionem, de dictis ſcripturis, prout inferius continetur in infra, & non vltra.

¶In primis de cancellatione, condemnationis que eſt vel fuerit ſoldos. xx. vel infra, que ſoluta fuerit clauarios cõmunis in denarijs numeratis habeant & habere debeant a quolibet condemnato denarios duos tantum, & ſi condemnatio fuerit a ſoldis. xx. vſq; in ſexaginta, & de ſoldis. lx. habeant & habere debeant pro aptatura, & cancellatura denarios quatuor tantum. Et ſi fuerit condemnatio a ſoldis ſexaginta, vſq; in libris decem, & de libris decem, habeant & habere debeant denarios ſex tantum. Et ſi fuerit a decem libris, ſupra vſq; in quinquaginta, & de libris quinquaginta habeant, & habere debeant denarios Duodecim tantum. Et ſi fuerit condemnatio, a libris quinquaginta ſupra vſq; in libris Ducentis. & de libris Ducentis habeant & habere debeant ſoldos duos tantum, Et ſi fuerit a libris Ducentis ſupra cuiuſcunq; quantitatis ſit, habeant, & habere debeant ſoldos quinq; tantum. Et ſi aliqua ſingularis perſona, vel vniuerſitas alicuis loci fuerit condemnata, Et poſtmodum per ſententiam, vel alio modo fuerit abſoluta, a dicta condemnatione, tunc habeant, & accipiãt ꝓ cãcellatura dicte condẽnationis pro rata cuiuslibet quãtitatis tantum quãtum eã ſoluẽret clauario cõis in denarijs numeratis. Si vero aliqua perſona vel vniuerſitas fuerit cõdemnata, vel bannita occaſione dicte cõdemnationis ſoluerit cõi in denarijs numeratis aliquam quantitatem pecunie pro dicta condemnatione caſſanda, tunc dicti notarij habeant & accipiant pro cancellatura, & pro tota quantitate ipſius cōdemnationis, tantū quā tum ſi ipſam cōdemnationē compenſaſſet in debitis cōis, & ſi cōdemnatio fuerit alicuius cōis vel vniuerſitatis, que ſoluatur clauario in denarijs numeratis habeant & habere debeant triplum tantum de eo quod habere & recipere debēt vt ſupra dictum eſt, a ſingularibus perſonis. Si vero predicte cōdemnationes ſoluantur in compenſatione compenſando eas in debitis cōis habeant, & habere debeant ſecundum diſtinctionem predictarum quantitatum, que ſoluuntur a ſingularibus perſonis duplum tantum, de eo ꝙ ſupradictum eſt, de alijs cōdemnationibus ſoluendis. Si vero vniuerſitas alicuius ville vel loci. Compenſauerit, condemnationem, ſecundum predictas quantitates, tūc habeant & habere debeant a dictis vniuerſitatibus, pro compenſatura, & cancellatura ipſarum condemnationum duplum eius quod ſoluunt, quando condemnationes ſoluuntur ab ipſis vniuerſitatibus clauario cōmunis in denarijs numeratis. Si vero aliqua perſona de Alex. vel diſtrictu fuerit condemuata pro eo quod non duxerit, ſeu duci fecerit blauam legumina in Alex. ſecundum quod ordinatum fuerit per cōe Alexan. & ad terminum ordinatum, & terminus ducendi blauam predictis condemnatis fuerit prorogatus, & infra terminum prorogationis dicta perſona condemnata duxerit, & conſignauerit in Alexandria blauam ſibi extimatam. & voluerit facere cancellare condemnationem ſuam factam predicta de cauſa, quod predicti notarij habeant & accipiant de cancellatura dicte condemnationis, de vno modio, & infra denarios duos tantum. Si vero fuerit condemnatio vltra vnum modium, tunc accipiant pro quolibet modio denarium vnum tantum pro cancellatura, & aptatura dicte condemnationis, & nihil vltra predicta accipere poſſint aliqua de cauſa.

¶ De taxatione reffoꝛmationis ⁊ pꝛepoſte.

Item ſtatutum, & ordinatum eſt, ꝙ ſi aliquis de Alex. vel diſtrictu voluerit accipere & habere exemplum alicuius reformationis conſilij generalis. vel priuati cōmunis vel populi Alex. & predicti notarij ipſam reformationem cū prepoſta exemplauerint habeant ꝓ exemplatura dicte prepoſte & reformationis denarios duodecim tantū.

¶ De non caſſando exempla condemnationum.

Item ſtatutum & ordinatū eſt, ꝙ ſi aliqua perſona fuerit cōdemnata, & voluerit habere, & accipere exemplum cōdemnationis, ꝙ dicti notarij teneantur ei dare exemplum dicte cōdemnationis, & habeant ꝓ exemplatura dicte cōdemnationis ſi fuerit de libris quinquaginta vel infra ſoldum vnum tantum, Si vero fuerit a libris quinquaginta ſupra, vſq; in libris Ducentis ſoldos duos tantum. Et ſi fuerit vel abinde ſupra cuiuſcunq; quantitatis ſit dicta condemnatio, habeant pro exemplatura dicte condemnationis ſoldos quinq; tantum, Si vero vniuerſitas alicuius loci fuerit condemnata, & cōdemnatio fuerit de libris quinquaginia vel infra habeant & habere debeāt ſoldos tres tantum, & ſi fuerit a libris quinquaginta ſupra vſq; in libris ducētis habeant ſoldos ſex tantum, & ſi fuerit de libris ducentis vel abinde ſupra habeant & habere debeant ſoldos decem tantum.

¶ De taxatione inſtrumentoꝛum factoꝛum occaſione damni dati poſitoꝛum in libꝛis campanilis.

Item ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ ſi alicui perſone damnū datum fuerit, vel guaſtum, vel incendiū factum ꝓpter ꝙ cōe Alex. ex forma capitulorū de incendijs, & damnis datis eis fuerit condemnatum per ſententiā iudicis ferratie de cōſilio collegij iudicū vel alio modo habeant inſtrumenta ſententie, & dictos denarios in quibus commune condemnatum eſt, vel erit, voluerit facere ſcribi in libris campanilis, ſecundum, quod conſuetum eſt, habeant dicti notarij pro exemplatura, & aptatura dicti inſtrumenti, & denariorum. Si Inſtrumentum, vel quantitas fuerit de libris vigintiquinq;, vel

vel abinde infra ſoldum vnum tantum, & ſi fuerit quantitas abinde ſupra vſq; in libris centum, ſoldos duos tantum. De omnibus alijs ſcripturis tam de conceſſionibus debitorum, q̄ de oībus alijs pertinentibus ad ſuū officiū ſi quas fecerint alicui, vel eas exemplauerint alicui accipiant congruentem ſolutionem, habito reſpecto ad quantitates ſupradictas.

¶ Qꝺ dicti notarij cāpanilis non debeant accipere ſolutionem vltra quam ſupꝛadictum eſt.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi dicti notarij vel aliquis ex eis acciperent aliq̄ ſolutionem, vltra quam ſuperius ordinatum eſt, vel facerent, ſeu venirent in aliquo contra predicta ſtatuta & ordinamenta, ſeu aliquod predictorum puniantur, & cōdemnenť ꝓ quolibet & qualibet vice in ſoldis .lx. terdon. Saluis alijs penis in ſtatutis ſuperioribus comprehenſis.

¶ De confirmatione obſeruatione ⁊ roboꝛe ſtatutoꝝ.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ predicta omnia & ſingula ſtatuta & ordinamenta ſint & eſſe intelligantur precisa & ſine tenore, Et ꝙ dn̄s Poteſtas Alex. qui nunc eſt vel pro temporibus erit, & ſui iudices, teneantur & debeant facere attendi & obſeruari oīa & ſingula ſupraſcripta ſtatuta & ordinamenta. Et inquirere q̄ ſubtilius poterit ad minus ter in ſuo regimine ſi predicta, & quodlibet predictorū per predictos notarios campanilis fuerint obſeruata, & ſi inuenerint, ꝙ predicti notarij vel aliqs ipſorū fecerit vel venerit contra predicta vel aliquod predictorū, teneatur ipſos punire, & condemnare vt ſupra, & cōdemnationē exigere in denarijs numeratis ſine aliqua cōpenſatione. Et ſi predictus Poteſtas, vel aliquis qui pro tempore fuerit omnia & ſingula ſupraſcripta non attenderet, & obſeruaret vt ſupra, vel attendi & opſeruari non faceret amittat de ſuo ſalario libras xxv. que perueniant in cōe Alex. & de quibus poſſit & debeat ſindicari.

¶ Si alicui de gamondio vel de marengho petitum fuerit aliquam decimam.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi alicui de Gamondio vel de Marengho petitū fuerit aliquā decimam ab aliquo vel aliquibus occaſione poſſeſsionum que ſunt in territorio roboreti vel marenghi, & ille vel illi, cui vel quibus fuerit petitum fecerit, vel fecerint aliquas expenſas pro deffendendo ſe vel ipſos de iure ab illis qui eis talem decimam petierint, ꝙ quelibet perſona ſtans in gamondio, & marengho, que habet terras, vineas, vel alias poſſeſsiones ſuper dictis territorijs teneatur & debeat ſoluere de ipſis expenſis partem ei contingentem pro ſextario mina, & modio terre, & vinee, & poſſeſsiones quam habeat in dictis territorijs, ſecundum ꝙ ei requiſitum fuerit ab illo qui expēdiderit ſupradicta de cauſa, vel quod ei taxatam fuerit per meſſarios ſi maſſarij fuerint per homines de gamondio, vel de marengho, & ꝙ dn̄s vicarius, & eius iudex teneantur & debeant vinculo ſacramenti compellere quamlibet perſonā ad ſoluendum totum id, ꝙ ei fuerit taliatum, vel petitum per illum cui petitum fuerit vel per maſſarios ſi aliqui fuerint tam pignorando q̄ retinendo ipſos vt ſupra.

¶ Qꝺ aliqua perſona que habet facere in caſtro cirimelloꝝ non poſſit ibi vendere vinum.

Item ſtatutū, & ordinatū eſt, ꝙ aliqua perſona q̄ habet facere vel habebit in caſtro ſiue receto cirimellorum ꝙ eſt in caſali ipſorū, nō audeat vel preſumat habeř vel tenere cauſa vendendi vinum alicui in dicto caſtro ſiue receto, nec vendere vinum alicui in dicto caſtro ſiue tenere ludum vel baſcatiam in ipō, & hoc ſub pena & bāno pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafactū vel ventum fuerit ſoldorū ſexaginta terd. Cuius pene medietas ſit accuſatoris, & denuntiatoris, & alia cōmunis Alex. teneatur priuatus, & ꝙ aliqua perſona que in dicto caſtro habet facere, nõ audeat vel preſumat habere vel tenere aliquas domos vel tectos copertos de palea, vel de aliquo alio, niſi de cupis, ſub pena librarum. x. pro qualibet contrafaciente, & poteſtas teneatur vinculo Sacramenti, ſiue vicarius per ſe vel familiam ſuam predicta inquirere, & culpabilem punire vt ſupra, & hoc totum attendatur ſine tenore.

¶De reffoꝛmationibus conſilioꝝ a dño poteſtate attendendis.

ITem ſtatutũ & ordinatum eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat preciſe & ſine tenore, attendere & obſeruare, & attendi & obſeruari facere omnes reformationes cõſiliorum cõis & populi, & prouiſiones ancianorum populi, factas occaſione ſoldorũ ſeruiẽtum miſſorum parmam, mediolanum, caſale, & alibi vbicunq; in ſeruitio cõis Alexã. & pro ipſo cõi Alex. Quod capitulum non habeat locum in fauorem alicuius perſonę que non ſit & ſtet mandatis cõmunis Alex,

¶De ſtantibus pꝛeceptis dñi Poteſtatis ⁊ ſoluentibus.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ põtas teneatur & debeat p̄ciſe & ſine tenore facere fieri ſolutionem oĩbus perſonis que ſtant mandatis dicti dñi Poteſtatis, & cõis Alex. de omni, & toto eo, ꝙ habent & recipere debẽt pro armis ſuorum equorũ impoſitorũ tempore militie proxime preterite, ſecundum, ꝙ in refformationibus cõſiliorũ cõis & populi.

¶De leuata Albareti, ⁊ de ſolutione pro ipſa per Poteſtatẽ fieri faciẽda.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ dñs poteſtas & eius familia teneantur & debeãt cogere imponendo penas & detinendo perſonas omnium & ſingulorũ hominũ, & perſonarum habentium facere in albareto ad ſoluendum talias eis impoſitas occaſiõe leuate facte & faciende in albareto propter impetum tanagri per maſſarios qui nunc ſunt & pro tempore fuerint, & hoc ſub pena & banno ipſi Poteſtati librarum. xxv. de ſuo ſalario ſoluenda ſine tenore, & ſi ſuper predictis vel occaſione predictorum aliqua queſtio differentia vel contentio orietur diffiniatur & interpretetur ad voluntatem & arbitrium dictorum maſſariorum, ſeu maioris partis eorum expenſis, & expenſis eorum qui ipſam queſtionem, vel contentionem mouerent, Et predicta fiant preciſe, & ſine tenore aliquo ſtatuto vel reformatione conſilij cõmunis vel populi, factis vel faciendis non obſtantibus.

¶Qꝺ poteſtas vel eius familia non poſsit nec debeat pignorare aliquã ꝑſonã.

ITem ſtatutum eſt, quod Dominus Poteſtas vel aliquis de ſua familia nõ poſsit nec debeat aliquo vel cauſa pignorare vel pignorari facere ali Alex. niſi prius ei data fuerit deffenſio excepto pro conſilijs publicis, priuatis Antianis requiſitis pro negotijs cõis. & ſi bannum habuerit vel contumax fuerit.

¶De clauſuris inter vicinos ⁊ conſoꝛtes faciendis.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ad euitandas litis, & controuerſias inter vicinos & conſortes occcaſione clauſurarum & habitantes & habentes domos & ſedimina & Bergolio, ꝙ oẽs conſortes teneãt & debeant facere clauſure vel clauſurarum de bono muro vel ſepibus altis per trabuchum vnũ in arbitrio cõſortis, & cuilibet cui p̄ceptũ fuerit ꝙ facere debeat ipam clauſurã aufferaẽ per dictũ vicariũ Alex. libre. x. in denarijs numeratis ſine aliqua compenſatione.

¶De omnibus ſtatutis ferratie per dñum poteſtatem attendendis.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ oĩa & ſingula ſtatuta & ordinamenta condita & cõdenda ſuper officio Fertatie attendanẽ & obſeruenẽ preciſe & ſine tenore ꝑ dñm poteſtatẽ vinculo ſacramẽti & penis cõtẽtis in ipſis ſtatutis; licet in aliq̄bus ſolũ fiat mẽtio de iudice Ferratie, & ipſe Iudex ad ſindicatum moretur ſicut alia familia poteſtatis. Non obſtante aliquo ſtatuto loquente de ſindicatu ipſius iudicis.

¶Quod notarij non ſtent penes ſtatiam.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ aliquis notarius Alex. cuiuſcunq; conditionis ſit non poſsit nec debeat tempore quo officiales elliguntur in conſilio ad breuia, ſiue fortes ſtare, nec ſedere in predicto conſilio ad ſtatiam domini vicarij. Et ſicut ipſa ſtatia mirat per perticam vnam, & notarius qui contrafecerit puniatur quilibet & qualibet vice in ſoldis. lx. Et vltra ſi ellectus eſſet ad aliquod officium ipſa ellectio ſit caſſa ipſo iure. Et vicarius teneatur predicta inquiri facere ſemper quando officiales elligentur ſub vinculo ſacramenti, & hoc capitulum legatur in conſilio, quando officiales elliguntur.

¶Qꝺ dñus vicarius teneatur facere fieri rationem omniũ caſtroꝝ cõis Alexã.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ Dominus Vicarius, Iudices, & Milites ipſius teneantur & debeant ita facere, & curare, ꝙ omnes rationes caſtrorum cõis Alexan. fiant tam de receptis & expenſis iuſte factis, quam de redditibus ipſorum, Ita ꝙ Ius cõmunis ſemper remaneat firmum. Et attendatur, & deffendatur, & in continenti factis ipſis rationibus, & ante ſi fieri poterit, ꝙ ipſa caſtra perueniant & peruenire debeant in cõe Alex. Et quod ipſe vicarius ſuper predictis faciẽdis teneatur predicta ponere ad cõſilium generale, & ipſum conſilium, & conſiliarios detinere donec inuenerint modum & viam per quem & quam ipſa caſtra perueniant in cõmune. Et predicta fient & fieri debeant infra duos Menſes poſt aperturam preſentis ſtatuti. Et predicta attendantur preciſe & ſine tenore, ſtatuto ſeu reformatione conſilij communis, vel populi in aliquo non obſtante.

¶Qꝺ aliqua ꝑſona non debeat vendere aliquid ante oſtium campanilis.

ITem ſtatutum eſt, quod aliqua perſona non debeat aliquid tenere, vendere porticus qui eſt ante hoſtium campanilis Et qui contrafecerit ſit in banno ſoldorum. x. pro quolibet & qualibet vice.

D. Iacobus de putheo	D. Petrus gambarinus.
D. Galuagnus ſquarzaficus.	D. Ruffinus de burgo.

¶Qui ſapientes appꝛobauerunt ipſa ſtatuta ⁊ additiones dictis ſtatutis.

PRimo ſtatutum eſt, quod non liceat alicui perſone emere, vel vendere aliqua ligna de quercu vel de cerro ad comburendum, vel cauſa comburendi in fornacibus que ſunt in Alexan. vel prope Alexan. per Milliarem vnum, nec in ipſis fornacibus aliqua ligna de ſuprascriptis comburere vel comburi facere in aliqua fornace de predictis ſub pena & banno librarum decem pro quolibet & qualibet vice, qua contra fecerit, & poteſtas teneatur & debeat vinculo ſacramenti inquirere & inquiri facere. Si quis fecerit contra predicto mittendo ad ipſas fornaces ſemel qualibet edomada. Eodem modo teneatur inquirere, ſiue inquiri facere formam maonorum, & cuporũ & ſeſtaria ad que menſuratur calcina, & fuerint eodem modo & forma facti prout continetur in ſtatuto communis Alex.

¶De bannis ferratie non duplicandis.

ITem ſtatutũ, & ordinatũ eſt, ꝙ condemnationes, ſeu bãna ferratie nõ duplicentur intercientur, nec alio modo creſcant, ſicut cõtumatie, vel alia cauſa, niſi quod ad quartum, Ita ꝙ inquartentur modo conſueto. Liceat tamen Iudici ferratie, & teneaẽ condemnare quemlibet contumacem. Secundum qualitatẽ facti & cõtumatie, & teneatur ipſe Iudex, & debeat quibuslibet quindecim diebus facere condemnationes,

& abſolutiones de omnibus proceſsibus qui coram, & ab eo fiant, & debent ſuo poſſe, & ipſas condemnationes ea die qua facte fuerint poni ad campanile eo modo & forma quo & qua ponuntur & poni debent ille que fiunt per dñm poteſtatẽ, & p̄dicta valeant & teneant & debeant, & obſeruentur ſine tenore. Non obſtante aliquo alio ſtatuto in cõtrariũ loquente. Quod capitulum ponat᷑ in volumine ſtatutorũ ferratie.

¶ Additio.

ADdatur capitulo ferratie quod eſt ſub Rubrica, ꝙ beſtie nõ poſsint paſcere in Inſula ſancti Ioannis & cetera hoc in fine ipſius capituli, videlicet ꝙ predicta oĩa & ſingula locũ habeãt, ſi dicte beſtie damnũ dederint vel fecerint, & aliter non.

¶ Additio ſtatuti de letamine in via non tenendo.

ITem addatur illi ſtatuto ꝙ eſt in cartis. xlij. ſub rubrica de letamine in via porticuũ non tenẽdo in fine ipſius ſtatuti vt infra vt in via que ꝓtendit a platea clarorꝝ vſq; quadriuium ꝙ eſt iuxta domũ Bonifacij barberij cui dicitur occha.

¶ De inquiſitione a dño poteſtate caſtellanis facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ poteſtas teneatur preciſe & ſine tenore & debeat per ſe & familiam ſuam inquirere & inquiri facere quã ſubtilius & melius poterit de omni, & toto eo quod caſtellani q̄ extiterunt tẽpore preterito & qui nunc ſunt in aliquibus caſtris cõis perceperint & habuerint de redditibus & prouentibus, & pertinentijs ad ipſa caſtra faciendo ſcribi & denotari quid & quantum inde haberet & reciperet. Et ſi inuenerit ipſos vel aliquam eorum habuiſſe & recepiſſe aliquid vltra id ꝙ recipere debeant a cõi pro cuſtodia ipſorum caſtrorum, teneatur & debeat dñs poteſtas ipſos & quemlibet eorum compellere ad reſtitutionem faciendam cõi, de omni & toto eo quod inuenerit ipſos habuiſſe & recepiſſe pluſquam debeant de predictis, & occaſione predictorum. detinendo ipſos perſonaliter, donec ipſi in totum reſtituerint cõi in pecunia numerata, & predicta dñs poteſtas teneatur attendere & obſeruare preciſe & ſine tenore nullo capitulo, ſeu ordinamento cõis vel populi obſtante.

¶ De inquirendo maioris eccleſie laborerij rationem.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ dñs Poteſtas teneatur & debeat inquirere, ſeu inquiri facere ꝑ ſe vel per ſuam familiã, ſi illi qui emerint fructus laborerij maioris eccleſie obſeruauerunt pacta & cõuentiones, que & quas habuerunt cum cõi faciendo venire inſtrumenta emptionum, & conuentiones predicte, & ſi inuenerint predictos emptores non obſeruaſſe predictas cõuentiones, & nõ obſeruaſſe in totum vel in parte, cõpellat predictos, & quemlibet prediſtorũ obſeruare predicta in continenti, dato ſibi ſpatio competenti ad dictam reſtitutionẽ faciendã, & ſi inuenerit predictos exportaſſe de predictis fructibus, ſeu arboribus, teneantur & debeant reſtituere, ſecundum promiſſa in inſtrumentis conuentionum, & in priſtinum ſtatum reducere domos & porticus ſi fuerint deteriorata, & in predictis pacta non obſeruata, & predicta oĩa teneat᷑ dñs põtas vel ſuus iudex ire ad p̄dicta videndũ tam ad p̄dicta q̄ ad domos preciſe & ſine tenore.

¶ De vendemiando impune a ſancta Maria in antea.

ITem ꝙ quilibet homo & femina Alex. poſsit vendemiare a ſancta Maria Septembris in antea ad ſuam voluntatem ſine pena & banno.

¶ De feminabus cũ alijs morantibus non portãtibus pãnos qui tangãt terrã.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ nulla pediſequa vel baylia, vel aliqua femina que cũ aliquo moretur portet pannos qui tãgant terrã, ſub pena ſoldorum. xx. illi qui portauerit, & totidẽ dño cum quo morabitur, ſiue dñe. Quam penã dñs Poteſtas teneat᷑ exigere cũ effectu, & quilibet poſsit accuſare contrafacientes preciſe & ſine tenore.

¶ De ſepo non extrahendo de Alexan.

ITem ſtatutum eſt, quod nulla perſona de Alexa. vel aliunde audeat vel preſumat trahere, vel trahi facere de ciuitate Alexan. ſepum cuiuſcunq; maneriei ſit, & ſi quis contrafecerit amittat ſepum, & puniatur pro pena & bãno ſoldos ſexaginta, & beſtias ſuper quibus portaretur vel duceretur dictum ſepum. Saluo quod liceat cuilibet de villis & caſſalibus Alexan. & diſtrictus, ſepum & candellas ſepi impune trahere & portare & quilibet poſsit contrafacientes accuſare capere & detinere. & habeat medietatem rerum captarum.

¶ Quod ſi Iudex aduocauerit pro aliqua perſona.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquis Iudex vel aduocatus Alexan. aduocauerit, ſeu conſilium dederit alicui perſone vel pro aliqua perſona. Et illa perſona pro qua aduocauerit ſeu conſilium dederit noluerit ipſi iudici vel aduocato ſatisfacere de ipſa aduocatione, vel conſiliatura, licitum ſit illi iudici vel aduocato conqueri coram quocunq; Iudice Alex & credatur dicto iudici vel aduocato in ſuo verbo delato ſacramento ipſi aduocato vſq; in quantitatem ſoldorũ centũ, & ꝙ ille cõtra quem iuratum fuerit, ſeu petitũ detineat᷑ perſonaliter ad voluntatẽ ipſius aduocati vel iudicis donec ſatiſfecerit cum effectu vſq; in illa quantitate, qua iuratum fuerit, & hoc capitulum locum habeat non ſolũmodo in aduocatis & conſiliarijs futuris. Sed etiam, & in preteritis, & contra quamlibet vniuerſitatem lib. decem.

¶ De notarijs teſtium elligendis.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ ad officiũ teſtium recipiendorꝝ ſuper cauſis ciuilibus elligant᷑ ad modum cõſuetum notarij quatuor qui ſint quadraginta annorũ vel plurium, & eodem modo & forma, elligat᷑ vnus iudex de collegio iudicum Alex. qui interſit interrogationibus ipſorum teſtium, & ipſos interrogare debeat, & queſtiones faciat.

¶ De admonitione ab albergatoribus facienda.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ omnes hoſpites, ſeu albergatores qui ſunt in ciuitate Alexã. & Bergolio teneantur & debeant dicere, & admonere, & denuntiare cuicunq; perſone extranee, que veniret in Alex ac Bergolium ad albergandũ, ſeu hoſpitandũ, ꝙ non portant arma ꝓhibita per terram, & ſi poſt ipſam denuntiationem, ſeu admonitionẽ aliquis extraneus inuentus fuerit per familiam dñi Poteſtatis, ꝙ ipſa perſona ſit inuenta eodem modo & forma ſoluere teneat᷑, tantũ quantum ſolueret quilibet de ciuitate Alex. qui inueniretur cum armis ꝓhibitis, & quilibet hoſpes Alex. & Bergolij, teneat᷑ dicere & denuntiare cuilibet extraneo eodẽ modo vt ſupra ſcriptũ eſt, & credat᷑ hoſpiti vel familie ſue ſacramento de denuntiatione, alias dictus hoſpes teneat᷑ ſoluere illã penam quã ſolueret extraneus, qui inueniretur cum armis prohibitis.

¶ De equatione extimationum fictuum facienda.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ Antiani, & quatuor ꝓuidere debeant ſuper adequationem extimationũ fictorũ, & ipſas adequare infra. xv. dies, poſtq̄ de hoc ab aliquo fuerint requiſiti, cum turpiter & inequabiliter extimata.

¶ De quatuor ſaltarijs elligendis.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, ad hoc vt Iudex Ferratie poſsit melius ſuum officium exercere, quod elligũtur per Antianos & quatuor. Quatuor ſaltarij ſiue nunti, communes qui deputentur ſpecialiter officio Ferratie, & pro ſalario conſtituatur eis ſoldi Decem Terdonen. pro quolibet. quolibet menſe. Et eiſdem ſatiſfiat ꝑ clauarium cõis quolibet menſe dicta quantitas de eo ꝙ luetur de officio ferratie.

¶De lignamine a reuenditoribus aliquo non emendo.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ nulla perſona Alex. vel aliunde audeat vel preſumat emere in Alex. in platea vel alibi in dicta ciuitate aliꝗ lignamen, vel genus ligni apti ad aliꝗ opus faciendũ carrariam circulos vel tinas, vel carrarolios illa die, qua p̄dicta ducta fuerint in Alex. vel alibi prope Alex. per ſex milliaria, & in die ſequenti, vſq; ad horã none, & ſi quis contra predicta fecerit pro quolibet & qualibet vice puniatur in ſoldis ſexaginta, & medietas dicti bãni ſit accuſatoris, & alia medietas ſit cõis, & hoc capl'um locum habeat ſolũmodo in ementibus cauſa reuendendi.

¶Quod nullus de Alexan. vel diſtrictu minor .xxv. annis poſſit cõtrahere nec contractum facere.

ITem ſtatutum & ordnatum eſt, ad obuiandum dolos & fraudes qui fieri & comitti poſſint malitioſe & ſimulatione ſub pretextu obligationum & contractuũ ꝙ nulla pſona Alex. vel diſtrictus que ſit minor viginti quinq; annorum poſſit facere aliquem contractum ſub quouis titulo alicuius obligationis & nullus debeat cum ipſo minore contrahere vel abeo obligalionẽ fuerit expreſſus & ſpontaneus conſenſus duoꝝ propinquoꝝ agnatorum ipſius minoris vel cognatorum ſi agnatos non habuerit interponentiũ eorum vel alterius eorum aũctem & conſenſum . Niſi fuerit ipſe contractus & obligatio coram poteſtate, ſeu vicario vel capitaneo vel iuditibus ſuis ſi agnatos vel cognatos non habuerit interponentibus eorum , vel alterius eorum auctoritatẽ ſuam Et ſi contrafactum fuerit contractus & obligatio non valeat ipſo iure ſed ſit caſſus & irritus & caſſa & irrita & nullius valoris. Non obſtante ꝙ cõtractus fuerit vallatus munimine iuramenti per dictum minorem, vel renuntiatio aliqua interponita in dicto cõtractu, & obligatione, huic ſtatuto in aliquo obuiante, & ꝙ notarius qui dictum cõtractum fecerit ſoluat ꝓ pena & bãno libras. x. ꝓ qualibet vice, & hoc totũ preciſe & ſine tenore, & legať in qualibet cõtione, & in couſilio cõis in quolibet regimine.

¶De diuiſione minorum ⁊ maiorum inter ipſos facienda.

ITem ſtatutum & ordinatũ eſt, ꝙ cum multe perſone de Alex. vel diſtrictu minores etatis. xxv. annorũ habentes res & bona cões, cum perſonis maioribus ex hereditate vel alia cauſa. Eo ꝙ ipſos maiores ad diuiſionẽ ꝓuocare nõ poſſint patianť diſpẽdia, damna, & patrimonij diminutiones, & eorum facta obſcure pertranſeant, & cum detrimẽto Quod ipſi minores, cũ auctoritate tutorũ ſiue tutoris, ſiue curatoris, ſeu ipſe tutor, vel tutores, ſi ipſi pupilli ſint minores. x annis, & dimidio, ſeu dificiente tutore ſeu curatore cũ voluntate duorũ ex agnatis, vel cognatis, ſi agnatos ſufficientes nõ habent, poſſint, & debeant ad ipſam diuiſionem faciendam, & cõſumandam nulla cõtracietate ſub aliquo ingenio. Non obſtante, nec aliqua exceptione vetante.

¶De non malefatientibus facta ſua ⁊ de nona contrahendo cum eis niſi modo conceſſo.

ITem ſtatutum & ordinatũ eſt. Milleſimo trigẽteſimo &c. pro euidenti vtilitate malefatientiũ facta ſua, ꝙ quilibet põtas pñs & futurus ciuitatis Ale. teneať & debeat facere preconizari minute p ciuitatẽ, & vicos ciuitatis Alex. infra tertiũ diẽ ab introitu ſui regiminis cõputandũ, ꝙ quilibet de Alex. habens in ciuitate Alex. aliquem ſeu aliquos ſibi attinentes ſeu pertinentes iure agnationis, vel cognationis, ſeu affinitatis, moleſacientes negotia ſua ludendo vel occaſione ludi, mutuũ accipiendo, vel tabernando & quelibet mulier habens maritũ vel filiũ aliquẽ predicte cõditionis, poſſit portare, & dare ipſi dño poteſtati vel eius iudici maiori in ſcriptis nomẽ, & p̄nomen cuiuslibet ſibi attinentis & pertinentis iure agnationis, vel cognationis, ſeu affinitatis vel matrimonij malefacientis facta ſua, & quorũ ſunt vel fuerunt filij, infra tertium diẽ a die dicte cride facte computandum, & teneať & debeat ipſe dñs poteſtas per ſe vel dictũ eius Iudicẽ ſcire a quolibet qui aportabit, & dabit ei nomen , ſeu noia alicuius vel aliquorũ de malefacientibus facta ſua infra dictum terminũ . Sacramento cuilibet aportantis, & dantis, qui ſunt duo ꝓpinquiores agnati frugi vite, & habiles ad conſentiendum vt infra illius vel illorum cuius vel quorũ nomẽ, ſeu noia ei portauerint , vel agnatis defficientibus, qui ſunt duo ꝓpinquiores cognati, frugi, vite, & habiles ad conſentiendum vt infra, & quorum ipſi propinquiores ſunt vel fuerunt filij, & ipſorum ꝓpinquorum agnatorum, ſeu cognatorum noia & ꝓnoia, & quorũ ſunt vel fuerunt filij, teneantur põtas noia & ꝓnoia malefacientiũ facta ſua, incontinenti cũ ſciuerit facere ſcribi, & ſequentidie poſt dictũ terminũ, teneať poteſtas noia & pronoia malefatientiũ facta ſua, & duorum ꝓpinquiorũ agnatorũ & cognatorum ei data, & quorũ ſunt vel fuerunt filij facere legi & publicari in cõſilio generali vel arengho, & de ipſis publicatiõe noibus & ꝓnoibus precipere fieri publicũ inſtrumentũ. Ita ꝙ in ipſo inſtrumẽto contineatur oia noia, & prenoia dictorũ malefacientiũ facta ſua, & quorũ ſunt vel fuerunt filij, & ꝓpinquorũ agnatorũ , ſeu cognatorũ, & quorũ ſunt vel fuerunt filij data vt ſupra, & per quos ei data fuerint , & ꝙ ipſi propinquiores iurauerint vt infra , ne aliqua fraus in predictis vel aliquo eorum vllo tẽpore cõmitti poſſet , & ipſum inſtrumentum eadem die facere perfici, & poni penes notarios campanilis. Qui notarij teneantur, & debeãt omnia & ſingula que in ipſo inſtrumento continebuntur. Sequenti die poſt publicationem in aliquo libro de cartis peccorinis per ſeriem exemplatum , & de eo cuilibet volenti gratis copiam facere ad videndum ſeu exemplandum quicquid videre & excẽplare voluerint, & omnes qui ſcripti erunt in dicto inſtrumento tanquã malefacientes ſacta ſua habeantur & tractentur pro malefacientibus vere facta ſua. Et omnes qui in eo ſcripti erunt tanquã propinquiores habeantur & tractentur pro vere propinquioribus illis perſonis quibus ſcripti erunt propinquiores. Ita ꝙ in contrarium aliqua nõ admittatur probatio. Et non ſit neceſſe ꝙ amplius dentur alij poteſtati futuro vel iudici nomina ſeu prenomina aliquorum eorum . Quorum ſemel data fuerint vt ſup̄. Sed ſufficiat ſemel data fuiſſe pro omni tempore quo poſtquam data fuerit. Ita ꝙ ſemper poſtq̃ data fuerit vt ſupra in eis vendicet ſibi locũ preſens ſtatutum niſi poſtea reuocarentur per eum vel eos qui ea vel aliquod eorum dediſſent quo caſu poſt tempus reuocationis in reuocato, ſeu reuocatis, preſens ſtatutum non vendicet ſibi locum. dũmodo de reuocatione conſtet publicum inſtrumentum, & notarius cui precipietur per dñm Poteſtatem predictum inſtrumentum publicationis vt ſupra teneatur & debeat anteq̃ eũ perficiat ſeu in formam publici inſtrumenti redigat ipſum imbreuiare, & in prothocollo ſuo ponere eo modo quo eum perficere volet , & cuilibet requirenti poſſit , & debeat quot expediet fieri copiam facere predictorum per publicum inſtrumentum. Ita quod inde tota inſtrumenta eiuſdem tenoris facere poſſit & debeat , quot expediet fieri , ſeu requiſitus fuerit vt faciat habendo a quolibet requirente tantum denarios. xij. ꝓ ipſo inſtrumento faciendo & ſimiliter quilibet notarius campanilis a quo requiretur poſſit & debeat cuilibet qui ab eis vel aliqua eorum requireret auctenticare , & in formã publici inſtrumenti, & auctenticum dare predictum inſtrumentum, quod penes eos poſitum erit habendo ſimiliter a quolibet cui auctenticatum dederint, ſi ſolutionem inde habere voluerint tantum denarios. xij . Et quod aliqua perſona de Alex . vel diſtrictu non poſſit nec debeat contrahere, ſeu contractum aliquem facere mutui , ſeu depoſiti vel venditionis, ſeu alicuius alterius ſpeciei, vel generis contractum cum aliquo vel aliquibus de illis quorum nomina data fuerint domino Poteſtati, vel eius Iudici, & poſita vt ſupra penes notarios campanilis tanquam malefaciendum facta ſua, ſine conſenſu & voluntate expreſſo & expreſſa duorum propinquorum agnatorum, ſeu cognatoꝝ ipſorum quorum propinquorum nomina poſita fuerint ad campanile vt ſupra. Et ſi aliter contraxerint, contractus non valeat ipſo iure, quantum in fauorem eorum, qui contraxerint cum aliquo de predictis quorum nomina poſita erunt vt ſupra penes notarios campanilis tanquam malefacientium facta ſua. Sed in eorum odium valeat, &

teneat contractus, & teneatur Poteſtas, & debeat facere iurare ipſos ꝓpinquiores an-
te publicationem predictam nominum & pronominum eorum factam vt ſupra, quod
non conſentient, nec voluntatem ſuam exhibebunt attinentibus, ſeu pertinẽtibus eis
agnationis, & cognationis iure, quorum nomina poſita erunt ad campanile tanquam
maleficientium facta ſua, & qui ſcripti erunt eſſe propinquiores vt ſupra volentibus cõ
trahere ſi ſuſpicabitur cauſam ipſius contractus deſcendiſſe a ludo, vel occaſione ludi,
& quod iurauerint vt ſupra ſimiliter fiat mentio in predicto inſtrumento publicatio-
nis vt dictum eſt, & ſi contingeret aliquem de ſcriptis in dicto inſtrumento publicatio
nis propinquioribus mori, antequam ille vel illi quibus propinquioribus ſcripti eſſent
non ſufficiant conſenſus ſuperſtiti, ſed in locum mortui alius propinquior frugi vite,
& ad conſentiendum habilis ſubrogetur, quem ſuperſtes precepto poteſtatis, vel eius
udicis maioris, ſuo ſacramento dixerit propinquiorem eſſe illi perſone cui, & ipſe in
dicto inſtrumento tanquam propinquior ſcriptus eſſet. Dicendo etiam cuius eſt, vel fue
rit filius ille quem propinquiorem eſſe iuret vt ſupra proxime de alijs propinquiorib*
dictum eſt, & de predictis per Dominum Poteſtatem precipiatur publicum fieri inſtru
mentũ, & de eo fiet & fieri poſſit ꝑ notarios cãpanilis & notarius cui ꝓcipieť vt de alio
inſtrumento publicationis dictũ eſt ſuperius, & quẽ ꝓpinqorẽ dixerit habeať ꝓ ꝓpino
quiore. Ita quod non admittatur probatio in contrarium, & ſupra de alijs dictum eſt
Et quod aliqua perſona de Alexan. non debeat alicui predictorum, quorum nomina
poſita erunt penes notarios campanilis tanquam malefacientium facta ſua vt ſupra,
ſeu aliorum, qui cum aliquo eſſet dare, vel preparare, ſeu mittere potum, vel cum ali-
quo eorum bibere ad vrbam vel in Alex. niſi in domo in qua tunc temporis habitabit
ille cuius nomen poſitũ erit penes notarios campanilis vt ſupra vel alicuius ſui agnati
vel ſibi vinculo parentelle aſtricti, in quibus locis liceat cuilibet cum eis bibere & qui-
cunq; contra predicta, vel aliquod de predictis ſeu ſuprascriptis in aliqua parte huius
ſtatuti fecerit, ſoluere teneatur pro quolibet & qualibet vice, Et quolibet articulo de
predictis contra quem factum fuerit libras vigintiquinq; communi Alexan. & quili-
bet poſſit accuſare ſeu denuntiare vel ſine ſcriptis ſimpliciter nuntiare ſeu dicere pote-
ſtati vel eius Iudici quemlibet contrafacientes, & teneatur poteſtas & eius Iudex vi-
culo ſacramenti quemlibet contrafacientem accuſantem vel denuntiantem, ſeu nun-
ciantem tenere priuatum ſi voluerit teneri priuatus. Et ei dare teneatur poteſtas ſecrete
medietatem banni, & ipſe accipere ſi poteſtas ei ipſam obtulerit medietatem, & ſi pa-
lam eam habere volet eam palam habeat, & nõ teneatur, nec debeat poteſtas vel eius
Iudex, facere ſcribi in actis nomen alicuius accuſantis ſeu nunciantis, vt melius teneať
priuatus, ſi priuatus teneri voluerit alioquin ſit, & ſi aliquo mõ ad aures poteſtatis vel
eius Iudicis peruenerit aliquẽ faciſſe contra ꝑdicta vel aliquod de predictis teneatur &
debeat vinculo ille eoꝝ cuius ad aures peruenerint Iuquirere ſeu Inquiri facere quam
ſubtilius poterit veritatem, & ſequenti die poſtquam eam muenerit, quemlibt inuentũ
culpabilem condemnare in libris vigintiquinq; pro qualibet vice, & quolibet articulo
de predictis contra quem factum fuerit, & ipſam condemnationem excuteť ſeu excuti
facere cum effectu in denarijs numeratis, infra tertiam diem poſt ipſam condemnatio-
nem factam, & non teneantur nec debeant Poteſtas & eius Iudex, aliquem exaudire,
volentem aliquid dicere vel opponere contra aliquam condemnationem inde factam
vel petentem, quod ipſa condemnatio recognoſcatur, ſeu volentem aliquid dicere,
vel opponere contra predicta vel aliquod de predictis, & non poſſit inde poteſtas vel
aliquis de eius familia modo aliquo ſindicari. Non obſtantibus aliquibus ſtatutis reſſor
mationibus vel prooiſionibus. Et ſpecialiter ſtatuto quod loquitur de ſindicando Po-
teſtatem & eius familiam, & teneatur & debeat poteſtas infra octo dies poſt Introitum
ſui regiminis inquirere ſeu inquiri facere omnes perſonas que vendunt, Et etiam que
vendere conſueuerunt vinum ad minutum in ciuitate Alexã vel ad vrbam quam ſub
tilius poterit, & eas & quamlibet earum facere iurare corporaliter, quod non dabunt
vel preparabunt ſeu mittem potum alicui eorum quorum nomina poſita erunt peneſ

notarios campanilis tamquam malefatientium facta ſua vt ſupra, nec alicui eoꝝ alij
qui cum aliquo eoꝝ eſſet & quod cum aliquo eorum non bibent contra formam huius
ſtatuti, & quod quemlibet perſonam quam ſciuerint cõtra predicta, vel aliquod pre-
dictorum contrafacere vel venire accuſabunt vel denũtiabunt ſeu ſimpliciter ſine ſcri
ptis nuntiabunt ipſi Domino poteſtati vel eius iudici maiori ea die vel ſequenti q̃ primo
ſciuerint, & credatur cuilibet de predictis, qui iurauerit vt ſupra ſine alio iuramento &
ſufficiant ad plenam probationem duo ex eis qui iurauerint vt ſupra etiam ſimpliciter
& ſi per vnum tantum de predictis poteſtati vel predicto vel Iudici fuerit dictũ aliquẽ
feciſe contra predicta vel aliquod de predictis, ſeu per aliquem alium teneatur ille eo-
rum ad cuius aures aliquo modo peruenerit vinculo ſactamenti de hoc inquirere veri-
tatem quam ſubtilius poterit & quamlibet perſonam inuentam culpabilem condem-
nare vt ſupra.

❡De via data fratibus beremitanis ſancti Martini de Gamondio.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt ad honorem dei, & beatorum Blaxij & Martini vt
precibus & meritis ipſorum dominus noſtert conſerue totam noſtram ciuitaem in
tus & extra perpetuo in pace, & in bono ſtatu, Quod fratres heremite de ſancto Mar-
tino de gamondio poſſint & debeant claudere, & clauſam habere & tenere libere totã
viazoliam q̃de eſt retro ſedimen ipſorum fcatrum, cui viazolie coheret dicti fratres pa
ganus caçarellus, & via publica per quam itur ab eccleſia ſancti Martini recte ad foſſa-
tum communis & ei coheret alia via publica, que eſt deuerſus ſanctum Michaelem, &
itur ad hortos ſiue ad foſſatum communis, & ipſa via vti ad eorum voluntatem libere
& ſine contradictione alicuius perſone vel vniuerſitatis tamquam de re propria, & hoc
totum ſne tenore & hoc ſi conſilio generali placuerit.

❡De non eundo extra diſtrictum Alex. cum Armis occaſione guerriandi.

PRimo ſtatutum & ordinatum eſt, quod aliquis de Alexan. vel diſtrictus nõ audeat
vel preſumat ire vel ſtare in aliqua parte extra diſtrictum Alexand, cum equis &
Armis vel ſine ſiue ad ſoldum vel alio modo guerriando vel offendendo aliqua loca
vel perſonas ſiue in diſtrictu Alexan, ſiue extra vndecunq; ſint, & ſi quis contrafecerit
puniatur in libris ducentis terdoñ. & ad reſtitutionem damni dati & ad reſtitutionem
omnium damnorum que pateretur commune Alexan. vel alius de Alexan. vel diſtri-
ctu occaſione predicti contrafacientis & ſi non poterit ſoluere puniatur in pedem, Ita
quod ei amputetur & hec locum habeant, niſi voluntate Domini Poteſtatis predicta
faceret, & licentia ipſius, & niſi eſſet ibidem pro regimine ad quod regimen, ire eſſe &
ſtare non poſſit ſi ciuitas vel locus ad quem iret eſſent ſeu ſtarent vel viderentur poſſe
inferre detrimentum leſionem damnnm & brigam communi Alexandr. ſine licentia
Domini Poteſtatis Ancianorum & quatuor, & ſi quis eſt extra iuriſditionem Alexan.
faciens predicta vel aliquod predictorum debeat redijſſe Alexan, vſq; ad decem dies a
publicatione preſentis ſtatuti ſub predicta pena.

De non Eundo ad aliquem locum

ITem ſtatutum eſt, quod aliquis de Alexan. vel diſtrictu cuiuſcunq; conditionis ſit
non audeat nec preſumat ire publice vel priuatim, ad aliquẽ locum ciuitatem, Bur
gum, villam ſeu caſtrum, ſeu ad aliquem Dominum vel baronem, vel ad aliam aliq̃
partem hominem vel perſonã caũa loquendi aliquid vel tractandi q̃ eſſet vel videreť
vel poſſet eſſe in detrimentum ſeu in damnũ ſiue in leſionẽ ſiue in diminutionẽ cõis vel
populi vel honoris dñi poteſtatis & ſi quis contrafecerit puniať & condemneť in libris
ducentis terdoñ. & plus realiter & pſonaliter arbitrio poteſtatis inſpecta qualitate per
ſonaꝝ & facti de maleficio & ſi ambaxatã põtati iſca ſecũdã diẽ nõ teneať ad penã.

¶De puniendo illum qui tractauerit contra ſtatutum Alex. ciuitatis.

ITem ꝙ ſi quis de Alex. vel diſtrictu vel aliũde in ciuitate Alex. vel diſtrictu vel alibi fecerit vel facere attemtauerit aliquem tractatum vel parlamentum, per ꝙ ſtatus ciuitatis Alex. & honor dñi poteſtatis in aliquo diminueretur vel videretur poſſe diminui vel turbari, puniatur & condemnetur in libris ducentis terdoñ. & plus arbitrio poteſtatis tam realiter q̃ perſonaliter, inſpecta qualitate perſonaꝝ & facti.

¶De conpenſatione non recipienda in penis denotatis per dicta ſtatuta.

ITem ſtatutũ & ordinatũ eſt, ꝙ oẽs & ſingule pene in p̄dictis, ſtatutis & ordinamẽtis & quolibet ipſoꝝ contente debeãt effectui demãdari & exigi in denarijs numeratis per dñum Poteſtatem pñtem & futurum contra quemlibet delinquentem, in quolibet predictorum caſuum ſine aliqua conpenſatione de aliquibus ſoldis ſtraelle, placentie, Parme terdoñ. Aſt, & aliquoꝝ locorum aliorum denarioꝝ inde admittenda aliquo modo, ingenio, colore. Non obſtantib⁹ aliquibus ſtatutis ordinamentis reformationibus prouixionibus & decretis cõis & populi factis & faciendis, que quantũ in hac parte nullius penitus ſint momẽti, & predicta omnia & ſingula ſtatuta & ea q̃ in eis cõtinent̃ & quodlibet ipſorum habeantur & ſint preciſa vltima & derogatoria omnibus alijs ſtatutis, & ordinamentis cõis & populi & ſocietatis Iuſtitie, & attendantur preciſe & ſine tenore per dñum Poteſtatem, & quemlibet alium de Alex. & diſtrictu & ponantur in volumie ſtaturoꝝ cõis Alex. in vltima parte libri. Salua & reſeruata ſẽper auctoritate & baylia arbitrio domini Poteſtatis ſupradicti.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ dñus poteſtas Alexan. teneatur & debeat facere manuteneri, & leuatam deffendi & foſſatum propius leuate q̃ eſt, & facta fuit retro infermeriam in arbitrio dñorum dullini dulij lanzaroti viciati, bonifacii thauri, pagãi de parma. & manfredi manzapirre vel maioris partis eorum, & etiam dicta leuata fiat & alõgetur de nouo tantum quantum videbitur maſſarijs predictis, & predicta fiant expenſis illorum, qui habent terras & vineas, & alias poſſeſsiones inmobiles intus dictã leuatã de ſubter ripas thaurorum, eundo per viam de rupta ſicut ibat circa cõis vſq; ad vineam Manuelli cothe, & ꝙ omnes habentes terras, & poſſeſsiones prope dictã leuatam teneantur vendere de ſuis terris ſiue vineis & alijs rebus inmobilibus coherentib⁹ dicte leuate tantum quãtum videbitur dictis maſſarijs ad opus dicte leuate faciende, & fiant dicte expenſe pro rata cuiuslibet ſeſtarij terre & vinee & aliaꝝ rerum inmobiliũ, & ſi aliquis cauauerit vel deſtruxerit dictam leuatam, ſoluat pro bãno, ſold ſexaginta terdon. & ꝙ dñus poteſtas poſsit & debeat conpellere omnes q̄bus facta fuerit talia pro dictis expenſis ad ſoluendum, & ad vendendũ imponendo eis penas & banna ad ſuam voluntatem & hoc preciſe & ſine tenore.

¶ Qð clerici ſaluatici teneantur ad bonera et expenſas cõmunis.

ITem ꝙ cum ꝑ quoſdam ſe ſe clericos aſſerẽtes qui noiãt̃ clerici ſaluatici, & bñfitio priuilegij clericatis volentes ab oneribus cõis ſe ſe inmunes ſeruare multe fraudes & malitie doloſe committantur quibus communi modicum imminet detrimentum, & ſepius damnificatur in multis, & talibus obuietur preſenti ſtatuto duximus ordinãdum ꝙ ſi per aliquem ipſorum ſe ſe aſſerentium eſſe clericos, datum fuit regiſtum aliꝙ cõi Alex. de bonis ipſius dñus poteſtas pñs & futurus, teneat̃ & debeat ſub debito p̄ſtiti iuramenti, & pena centum librarum ſui ſalarij que ipſo iure per clauarium communis in expenſis cõis & in recepto ipſius cõi cõputent̃, cõpellere & cõſtringere nulla audita exinde allegatione, ꝓteſtatione & deffenſione in contrariũ ipſos clericos ſic Inuentos regiſta didiſſe communi, & etiam p̃rem pro filio clerico fratem ꝑ frate clerico & maritum pro vxore, & hoc de bonis & pro bonis regiſti per ipſos clericos & vxores ad ſoluendum fodra taliſas dacitas, & collectas, & alias impoſitiones quaſcunq; ordinatas & ordinandas imponendas & impoſitas per ipſum cõe ſicut alij ciues, & inſuper punire & condemnare quemlibet Iudicem ſiue aduocatum, & notarium aſ'ſantem vel ſcribentem aliquid in fauorem talis clerici contra ipſum cõe, ſilicet Iudicem ſeu aduocatũ libr̃ quinqnaginta & notarium libr̃ vigintiquinq; ſub pretaxata pena ſui ſalarij & hoc totum preciſe & ſine tenore Non obſtante aliquibus ſtatutis ordinamentis, & reformationibus cõis vel populi in contrarium conditis vel condendis, cum dictum ſtatutum in nullo reſpiciat contra libertatem eccleſie, nec proinde ſit, Sed ſolum ad obuiandũ fraudes que in premiſsis cõmittuntur & fiunt per ipſos tales clericos factum ſit de bene placito, & voluntate Dñi Archidiaconi ciuitatis Alex. vt patet publico inſtrumento facto ꝑ Bencium chonam notarium Milleſimo &c. & officialem populi, cuius inſtrumenti eſt hic inferius tenor de verbo ad verbum ad perpetuam memoriam annotaui & eſſe ex forma alterius ſtatuti & ordinamenti facti per Archidiaconum canonicos & capitulum Alex. cuius tenor infra ſequitur.

¶De clericis qui regiſta dederunt cõi non pro clericis deffendendis.

ANNO Natiuitatis domini Milleſimo trigenteſsimo quinto inditione tertia die Iouis vigeſimo primo octobris, in domo domini & habitationis domini Capitãei infraſcripti pñtib⁹ dñis Ottone viciato, Petro de petra frate oberto ſcarſo Guarnerio ſpendonario, & anſaudo pectenario teſtibus cõuocatis Reuerendus vir. D. Bertolin⁹ de putheo Archidiaconus Alex. ad inſtanciam & petitioné nobilis viri, dñi Gulliermi de inuiciatis capitanei.

Et ab ipſis condemnatis tam pena quarti quam pena condemnationis executi & exigi debeat ſine tenore.

¶ De carrarolia vna faciendo de lapidibus ſuper vadarioſum.

ITem ſtatutũ eſt, ꝙ poteſtas teneatur & debeat facere fieri pontem ſiue carrariam de lapidibus & calcina in territorio fori ſuper vadarioſum prope caſale de baratis vbi al's eſſe conſueuit, & ſuper fundamentum ipſius per totum menſem Madij proximi expenſem hominum de villa fori, & caſalis de baratis, & caſalis balianoꝝ & hominũ de vuilij Arbitrio dñi Ioãnis barate Emberti damixij Ruffini bauduini, Florij balliani & Bonifacij balbi, qui ſint & eſſe debeãt maſſarij dicti operis, Quos dictus dñus põtas compellat, & compellere debeat, & teneatur imponendo eis & cuilibet eoꝝ penam & penas ad faciendum fieri dictum opus, infra dictum terminum, & habeãt dicti maſſarij bayliam, & poteſtatem imponendi taliam, & talias inter homines & ſup hoĩes dictorũ locorum, & etiam fratibus humiliatis ſecundum ꝙ eis videbitur vtilius & cõueniẽtius pro dicto opere faciendo & complendo, & taliam quam ipſi maſſarij facient inter predictos occaſione predicti laborerij, dñus poteſtas teneatur & debeat excutere, & excuti facere cum effectu imponendo penam & penas nolentibus taliam ſibi pro p̄dictis impoſitam ſoluere ad terminum datum, & ipſam penam cum talis ab ipſis & a quolibet ipſoꝝ excutere preciſe & ſine tenore, ſicut & quotiens per dictos maſſarios ſeu aliquẽ ipſorum ei fuerit denuntiatum Non obſtante aliqua deffenſione ſeu al'latioue oppoſita contra predicta vel aliquod predictorum.

¶ De nõ dicendo vel faciendo Iniuriam cuſtodibus portarum.

ITem ſtatutum eſt, ꝙ ſi quis Iniuriam dixerit vel fecerit cuſtodibus portarum deputatis per cummune ad blauam cuſtodiendam ne extrahat̃ de ciuitate, puniatur in duplo pro quolibet gñere offenſionis, & hoc preciſe & ſine tenore.

❡ De ponte grauis terre aptando.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ poteſtas teneat̃ & debeat compellere homines de caſtro ciriolio
& de caſtro Marengni ad ducendum glaream ad pontem lacus de graui terra in ea
quantitate ꝙ poſsit ibidem tranſiri cum carrezio, & ꝙ ſit bene aptatus, & reffectus ne
pons ipſe deſtruatur, ſed deffendat̃ & manuteneat̃, & hec fiant ſed cum conſilio duorũ
bonoꝝ hominũ vnius de quolibet ipſorum locoꝝ effectorũ per poteſtatem, & ſit com
pletum dictum opus vſq; ad medium menſem Marcij proximi ſub pẽa libr̃. decem po
teſtati de ſuo ſalario, & hoc ſine tenore.

❡ De nõ cõueniendo aliquã perſonã corã archidiacono que debeat conueniri corã Iudice poteſtatis vel cõſulibꝰ Iuſtitiæ.

Item ſtatutum eſt preciſe & ſine tenore, ꝙ ſi aliqua perſona Alex. vel diſtrictus, con
uenerit aliquam aliam perſonam. coram Archidiacono vel caplo Alex. aut eoru
vicario, & ſub examine ipſorum, vel eorum alicuius ſubiecerit pro aliqua cauſa vel lite
que pertineat examini dñi poteſtatis Alex. vel ſue familie ſeu conſulum Iuſtitie, ſoluat
pro pena & banno poſtq̃ cognitum fuerit ipſam cauſam vel litem nõ pertinere Archi
diacono vel capitulo, ſeu vicario predictis, Sed dño poteſtati vel eius familie vel con-
ſolibus Iuſtitie libras quinquaginta qualibet vice, cum multi volentes perturbare offi-
cium poteſtatis & conſulum, & ſubfugere Iuſtitiam, doloſe ſubijcitant aliquos eccleſi
aſtico examini.

❡ De nõ vendendo eandem rem vel alienando duobus.

Item ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ aliqua perſona ciuitatis Alex. vel diſtrictus, non
audeat vel preſumat aliquam rem inmobilem vendere vel alienare duobus inſo-
lidum & diuerſis temporibus & qui contrafecerit ſi res vendita fuerit precio librarum
decẽ vſq; in quantitatem librarũ vigintiquinq; puniatur & condemnetur in libr. xxv.
& ſi a libris vigintiquinq; ſupra vendita fuerit, puniatur in libris quinquaginta, & nihilo
minus venditio vel alienatio vltima non valeat, ſed vltimus emptor dictam rem ven
ditã vt ſupra teneatur emptori primo vel heredibus vel ſucceſſoribus ſuis dictam rem
Inmobilem dimittere & relaxare liberam & expeditam infra dies quindecim poſtquã
ei fuerit denuntiatum ſub pena librarum vigintiquinq; eidem aufferenda, & ſoluta di-
cta pena nihilominus dictam rem reſtituere teneatur que pena perueniat in cõe.

❡ De Inſtrument[illegible] cõmunis fact[illegible] ꝑ cõe ponẽdis in rationibus clauarij.

Item ſi quis contractus factus eſt vel decetero fiet pro communi vel nomine com-
munis Alexã. in quo contineatur aliqua quantitatis peccunie que debeat ſolui per
ipſum commune vel que communi ſolui deberet, ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi ipſa
peccunia non reperiretur nec poſita eſſet in ratione recepti clauarij dicti communis,
ipſo iure & facto dictus contractus ſit nullius, & caſſus, & irritus, & nullius valoris, ita
quod proinde dictum commune non poſsit vllo modo inquietari moleſtari, ſeu aliqua
tenus agrauari, ſed ipſo iure & facto ſit ipſum commune ab ipſo contractu & ab hijs q̃
continentur in eo in omnibus & ꝑ omnia abſolutum, Non obſtantibꝰ aliquibꝰ ſtatutis
reffformationibus, ſeu prouiſionibus factis vel faciendis in contrarium loquentibus, q̃
omnia quantum in hac parte, ſint caſſa, irrita, & nullius valoris ſeu momenti.

❡ De occupantibus Iura communis.

Item cum ꝑ maltas pſonas iura cõis Alex. fuerint occupata & iniuſte detenta, ſuper
qbus iuribus inqrendis dñus Druetus bichelinus de caneto iuris pitus, D. Baudra-
chus guaſchus. D. Iuſtinus merlanus, Facius trottus, & Paganus cazarex, ꝑ egregiũ
virũ dñum Ricardũ de gambareſſa militẽ Regiũ cambellariũ comitatus pedemontis
ſeneſchalcus, ac Anciãl populi Alex. fuerũt deputati ſtatutũ eſt ꝙ qcũq; ꝑ ipos Iudices

& ſapientes fuerint ſup hijs decreta, diffinita, inuenta ſeu quomolt declarata ꝑ vicariũ
& Iudices Alex. Appellatione q̃libet oppoſitione vel quauis exceptiõe facta obſtaculo
non obſtantibus celeriter effectui & executioni mendent̃, & vt dicta executio melius &
clarius fiat, dicti vicarius & Iudices pſonas oẽs de Alex. vel diſtrictu quos dicti Iudex &
ſapientes inuenerint vel declarauerint peccuniã poſſeſsionẽ, vel aliud ꝙ reſtituere de-
beret cõi teneantur ſub vinculo Iuramenti preciſe & ſine tenore pſonaliter & realiter
capere, & tamdiu detinere ꝙ ipſe pſone omne id ꝙ repertum fuerit per Iudcem & ſa
pientes predictos oẽs perſonas reſtituere debere cõi predicto integre reſtituant, & expe-
diant, Nullo alio ſtatuto, decreto, refformatione, ſeu prouiſione cõis vel populi in hoc
aliquatenus aduerſanti vllatenus non obſtantibus.

❡ Qδ Cõtractus Dñi Bernardi Millani, attendantur.

Item ſtatutũ eſt, ꝙ dñus vicarius teneat̃ & debeat compellere ſeu compelli facere,
& executioni mandare preciſe & ſine tenore omnia & ſingula, q̃ cõtinent̃ in Inſtru
mento & prouiſione factis dñis Bernardo Millano ꝓ mutuo facto cõi de libris tercẽtis
terdon. & prouiſione facta Belengio ardezono, & ſocijs ꝓ emptione molandinorũ d
caſtello & de marchello, ſub pena libraꝝ. qnquaginta terdon. de ſuo ſalario de quibus
poſsit a quolibet ſindicari.

❡ Qδ nulla Villa vel Locus poſit Capitulum Facere contra Ciuitatem Alexãdriæ. et de penis Facientium.

Item ſtatutum pro conſeruatione honoris dñi Poteſtatis & cõis Altx. & ſtatutorũ,
& ordinamentorum ipſorum, ꝙ ſi fuerit aliqua villa, caſale cõitas vniuerſitas, ſeu
locus aut collegiũ vel ſocietas, aut quouis alio noie appellet̃ vel alia ſingularis pſona
ciuitatis Alex. vel diſtrictus que condat vel faciat vel condi, aut fieri pmittat ſeu con-
ſenciat, vllo modo, imgenio cauſa titulo, forma vel colore, ſub quauis expreſsione ver
borum aliq; capitulum, ſtatutum reformationem, ſeu aliud quodcũq; ordinamentum
quod que ve ſit vel eſſe poſsit ſeu eſſe videatur in aliqno contra honorem domini Po-
teſtatis vel Ancianoꝝ vel q̃tuor, vel cõis vel populi, vel ſocietatis Iuſtitie, vel contra
reformationes ſeu prouiſiones vel ordinamenta ipſorum Ancianorum & quatuor, in
eo videlicet, quod quis non poſſet Ius ſuum conſequi, ſeu coram dictis rectoribus vel
altero eorum aut coram familia domini Poteſtatis Iuſtitiam poſtulare, vel quod litter̃
dictorum dominorum vel alicuius eorum vel cõis vel populi Alexã. non deberent ad
mitti, ſeu ſuper ipſis lr̃is forent alicui deſtinare non debent preponi, & conſiliũ exhiberi
vel qd aliud mõ aliquo vt ſupra dictum eſt, ſtatuendo ſeu ordinando contra ipſorum
Rectorum ſeu cõis vel alicuius eorum honorem, ſeu ſtatutorum & ordinamentorum
communis vel Populi, tenorem & formam condemnetur per dominum Poteſtatem
Alexan. communitas illa, ſeu vniuerſitas, collegium aut ſocietas in libris qnquaginta
ſoluendis communi Alexan. nomine pene in denarijs numeatis, & quilibet poteſtas Re
ctor maſſarius vicarius ſiue conſul ipſius communttatis vel vniuerſitatis, ſeu collegij
aut ſocietatis qui ꝑdictis vel ꝑdictoꝝ alicui aſſenſum & fauorem, ſeu conſilium modo
quolibet Impendiſſet in libris. x. & ſingularis pſona que ſup hoc conſuluiſſet vel Aren
gaſſet in ſoldis. lx. pro q̃libet vice, & Nihilominus ſtatutum, ordinamentum, refor-
matione in contrariũ factũ fuiſſet Irritũ ſit & Inane, nulliuſq; momenti Nec ad ꝑdicta
obſuanda q̃ ꝯ pñs ſtatutũ fierẽt in aliquo quouiſmõ vllatenus ſit aſtricti, nec ꝓpterea
poſsit Incurrere penã vllã vel ſibi inferri ꝑ aliq̃ cõitatẽ ſocietatẽ vel rectorẽ, ſub eadẽ
pena ꝑiuditiũ aliq; vel grauamẽ ſaluo ꝙ ſi inter aliquos de ſocietate populi Alex. q̃ſtio
mõ aliquo orirẽt, ꝙ liceat cuilibet ꝓ ipſa q̃ſtiõe, corã. D. Capitaneo cõparere ꝓ Iuſtitia
poſtulanda & ad cauſam grauaminis ſui ſibi refferendã. & ipũ grauamen etiã eidẽ ref-
ferre debeant antequam perueniant ad examen domini poteſtatis vel familie ipius &
poſtmodum ſuper queſtione procedatur ſecundum quod per dominum capitaneum
fuerit terminatum, & hoc preciſe & ſine tenore.

De pena ſe periurantium.

ITem vt Inducatur timor cuilibet perſone deierandi & negandi veritatem, quod eſt in contemtum Dei & cõtra ſalutem deierantium & in cõis detrimentum, ſtatutũ eſt quod ſi conſtiterit dño poteſtati vel Iudicibus vel militibus ipſius vel vel eorum alicui, aliquam perſonam ſe deieraſſe in facto ſuo, & verum negaſſe coram aliquo rectore vel magr̃atu cõis puniatur & condemnetur per dñum Poteſtatem qualibet vice pro ſola deieratione in libris decem terdon.

De pena ludentium ad bataloriam in maioribus ⁊ minoribus.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt ad obuiandum quibuſcunq; rixis & tumultibus qui & que oriri poſſent ꝙ nulla perſona audeat vel preſumat ludere ad batalloriã ſub pena ſoldoꝝ viginti cuilibet, & pro quolibet minore quatuordecim annorũ, & maiore ſeptem annorũ & qualibt vice, & ſi fuerit maior annorũ quatuordecim ſold. ſexaginta pro qualibet perſona, & qualibet vice & ſi contrafacientes puenerit in fortiam põtatis detineatur tam diu per poteſtatẽ, ꝙ ſit de dicta pena cõmuni Alex. ſatisfactum in pecunia numerata ſine aliqua compenſatione & pater detineatur ꝓ filio, & hoc totum preciſe & ſine tenore.

Quod quelibet perſona que dederit regiſtum comuni Alex. teneatur ad oẽs expenſas.

ITem ad obuiandum fraudibus que fiunt verſus cõe fodra, & talias cõis pſoluendas ſtatutum eſt ꝙ quelibet perſona que fecit & dedit regiſtum cõi Alex. teneatur & debeat ſoluere, ſubire & ſubſtinere pro ipſo cõi & dicto cõi omnia fodra talias dacitas & collectas ac impoſitiones, & onera quocunq; cõis Alex. impoſita & imponenda, per ipſum cõe, pro extimo, ſiue ſumma ipſius regiſti dacti & facti vt ſupra ſſub pena in ordinamentis cõis factis & faciendis contra & continenda, nullo iure pacto immunitate, allegatione exceptione ſeu deffenſione, aut proteſtatione in contrarium facienda ſeu recipienda, ſi vero perſona illa que ipſum regiſtum dare &.

predicta facerent vel venirent, quarum penarum medietas ſit communis & alia dicti dñi Nicolini & hoc totum preciſe & ſine tenore attendatur. Non obſtante aliquo ſtatuto reformatione conſilij cõis vel populi vel prouiſione Antianorũ, facto vel faciendo facta vel facienda in contrarium, & hoc in quantum placcat dicto Magnifico domino domino Luchino & non aliter.

De reformatione facta in fauorem cõis ⁊ hominum Caſtelacij.

ITem ſtatutum & ordinatũ eſt preciſe & ſine tenore ꝙ quedam reformatio, conſilij gñalis ciuitatis Alex. facta tempore domini Andree ghiſij poteſtatis Alex. currẽte Milleſimo ducenteſimo octuageſimo primo Inditione nona die mercurij primo octobris facta & ſcripta manu Ioannis dulij notarij predictis Milleſimo inditione & die in fauorem cõis & hominum caſtellacij & vniuerſitatis dicti loci loquens de pactis & conuentionibus & Inmunitionibus realibus & perſonalibus dicti communis & hominum & vniuerſitatis predicte, & omnia & ſingula que continentur in ipſa reformatione attendantur & obſeruentur in totũ & cum effectu dicto cõi & hominibus & vniuerſitati predicte per poteſtatem Alex. & eius familiam, & per totum cõe & populum Alexan, ſicut ſcripta eſt & prout lr̃a iacet & ſonat, nulla exceptione oppoſitione contrarietate opponenda ſeu alleganda precipienda per dñum poteſtatem, ſeu per aliquem vel per aliquam aliam perſonam nomine dicti communis Alex. ſeu alio quocũq; modo & hoc ſub pẽa librarũ ducẽtarũ põtati q̃ ꝓ p̃dicta diceret oppõeret ſeu allegaret vel dici allegari ſeu oppõi pmitteret ĩ toto vl̃ in parte p aliq̃ ſubmiſſã pſonã & ꝓ quolibt articulo

dicte reſformationis, & hec omnia & ſingula attendantur & obſeruẽtur preciſe & ſine tenore, Non obſtante aliquo ſtatuto cõis vel populi, reſformatione prouiſione ſeu ordinamento facto vel faciendo in contrariũ loquente, & ſpetialiter quadã ſententia lata per conllegium iudicum ad ſerutinium, de mandato & voluntate dñi Gulliermi de inuiciatis tunc capitanei populi & c. tempore dñi Raymondi de tercato olim poteſtatis Alex. Que quidem ſtatuta reformationes prouiſionem, & dictam ſententiã ſint caſſa irrita & nullius valoris perpetuo habeantur & teneantur per poteſtatem Alexan. Ancianos Populi, & quatuor rectores ſocietatis Iuſtitie, & p totũ cõe. & populũ Alex. preciſe & ſine tenore & hoc in quantum placeat dicto Magnifico Domino Domino Luchino & non aliter.

De debentibus recipere denarios a cõmuni occaſione ſoldorum militum et peditum.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ quelibet perſona Alex. & diſtrictus que habere & recipere debeat a cõi Alex. denarios occaſione ſoldoꝝ militum & peditum miſſoꝝ per cõe Alex. temporibus retroactis ciuitatem Mľi. Terdõe. Placẽtie Aſt. Caſale ſtraellam ſeu alio, poſſit conpenſare & ſolutionem facere de dictis denarijs in omnibus eorum bannis, & condemnationibus & alienis pro denarijs numeratis ad ſuam voluntatem, & poteſtas pñs & futurus teneantur dictos denarios habere, & tenere, & recipere & compenſationem recipere de dictis denarijs pro denarijs numeratis quotienſcunq; ei fuerit oppoſitum, ſecuudum reſformationes inde factas. Non obſtante aliquo capľo reformatione ſeu prouiſione cõis vel populi in contrarium loquente & hoc totũ ꝑciſe & ſine tenore. & hoc dum procedat de voluntate dicti dñi dñi Luchini & non aliter.

De Supraſcriptis omnibus ſtatutis et reformatonibus per Poteſtatem et eius familiam attendendis.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ predictus dñus poteſtas Iudices, & milites ipſius vinculo ſacramenti, teneantur & debeant ſupraſcripta, Et infraſcripta omnia & ſingula capitula, & ſupraſcriptas, & infraſcriptas additiones mutationes, & correctiones facere ſcribi expenſis cõis in volumine magno libri ſtatutorum vbi ſignate ſunt, & vbi melius videbuntur collocari & etiam in libro paruo maleficiorum ſilicet ea que conuenient, & predicta teneantur & debeant executioni mandare infra quindecim dies poſt introitum ſui regiminis, & predicta attendantur ſine tenore.

Additiones et emendationes Statutorum.

HEC ſunt ſtatuta & additiones ſtatutorum compillata & emendata per Dominos Iacobum fantinum Gambarinum de gambarinis iuris peritos, Iacobũ cerruum, & Danielem de palacio emendatores ſtatutorum ellectos per commune Alexan. ſub anno domini Milleſimo trigenteſimo decimo quinto inditione decima tertia die Iouis decimo ſeptimo menſis decembris tempore Nobilis viri domini Marchi viceconitis poteſtatis Alex.

Qꝺ vbicunq; loquitur de vicario locum habeat in Poteſtate.

PRimo ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ omnia ſtatuta ſcripta in pñti volumine, & in alijs libris communis loqentia de vicario, locum habeant in Poteſtatem, & ecõuerſo, & intelligantur loqui de poteſtate vbicunq; loquitur de vicario, Ita quod poteſtas preſens & futurus, teneatur & debeat attendere & obſeruare omnia infraſcripta ſtatuta, & alia perinde ac ſi nominatim nominarent poteſtatem, & eius nomẽ eſſet ſcriptum in ipſis ſtatutis, & hoc totum preciſe & ſine tenore attendatur, Quod ſtatutum ponatur in libro ſtatutorum, qui eſt ad campanile in principio pagine, & quotienſcũq; non erit capitaneus in Alex. ꝙ poteſtas exequat officium ipſius capitanei.

De contractu nobilis viri dñi bonifacij de alice militis per cōe attendendo.

Item ſtatutum & ordinatum eſt ꝙ cōtractus factus inter cōe Alex. ex vna parte. & Nobilem virum Dominum Bnnifaciū de Alice de guaſchis militem ex altera. occaſione mutui & obligationis caſtri genzani, & omnia & ſingula quæ cōtinentur, in inſtrumento dicti mutui obligationis & cuſtodie ſcripto per Gerardū bucca de lacte notarium. & ſubſcripto per Bernardū Ferrarium notariū Mil.o trigēteſimo decimo quarto. Inditione duodecima die veneris decimo tertio menſis Decembris habeantur teneantur ſint & eſſe debeant ſtatutū p̄ciſum & ſine tenore vltimum & derrogatoriū omnibus alijs ſtatutis cois & populi prouiſionibus & reformationibus tā factis q̄ faciendis de cetero, Ita ꝙ dñs pōtas Alex. p̄ſens & futuri pōtates cormq; Iudices. & milites tēeantur & debeant vinculo Iuramēti & p̄ciſe ac ſine tēore nulla in cōtrarium exceptione audita oppoſita vel admiſſa dictum contractum & omnia & ſingula q̄ cōtinentur in inſtrumenti dicti contractus attendere & obſeruare, & attēdi & obſeruari facere ſub pena & penis contentis in inſtrumento contractus p̄tati Dñi Bonifacij. Quod quidem ſtatutum firmum & approbatum extitit de voluntates ancianoꝝ, Populi. Et hoc dū procedat de expreſſa voluntate dicti Dñi Dñi Luchini. Et non aliter.

Qđ quelibet pſona Alex. teneat cape ſalem ad gabelā ſalis cois Alex.

Item ſtatutum eſt ad euitandum fraudes que quottidie cōmituntur ꝑ homines diſtrictus Alex. & vt cōe maius lucrum cōſequatur de Gabella ſalis. vltra alias penas Statutū & ordinatū eſt ꝙ qlibt pſona ciuitatj Alex. & diſtrict⁹ teneat & debeat cape ſalē. vel capi facer ad ſaleriā cōis cōſtitutā & ſcm̄ q̄titatē ordinatā ꝑ ſtatutū cois vt ſup̄ iſ:a tēpora jſcripta videlicet medietatē toti⁹ ſalis q̄ caper debēt ꝑ totū mēſem nouēb. Et aliā medietatem per totum mēſem Madij ſub pena vt in alijs ſtatutis & ordinamētis continetur. Et ꝙ cōia locorū & villarum dicte ciuitatis & Iuriſditionis teneant capi facere hominib⁹ ipſorū locorū & villarū ſal eis neceſſariū & ordinatū vt ſupra cōia locorum & villarum teneantur dictum ſal eis neceſſarium & ordinatum vt ſupra per dicta tempora. & ſi nō ceperint vt ſup̄ cōia locorū & villarum teneantur dictū ſal nō captum accipere. & inter ipſos homines & perſonas diſtribuer & dar ſub pena cuilibet cōi a ducētum hominum ſupra libr. ducentarū. Et a. ducentis hōinibus infra librarū centum. quam penam quodlibet cōe cōtrafaciens ſoluere teneatur cuius pene medietas perueniat in cōe Alex. Et alia medietas in emptorem gabelle ſalis. Nihilhomin⁹ ſolutis dictis Penis dictum ſal capere teneantur vt ſup̄. Et hoc habeant locum dūmō nō ſit aliquod datū factū per aliquem ex nuncijs dicti dñi dñi. Luchini & nō aliter.

¶ De non tenēdo aliquam Saleriam in Alex. preter gabella comunis.

Item ꝙ aliquis locus villa vel caſale Iuriſditionis Alex. vel diſtrictus, exceptis exemptis, Nō audeat vel preſumat habere eſſe vel tenere in loco villa vel caſali ſeo aliquam ſaleriam ſiue gabellam ſalis. Et ſi quis habuerit vel tenuerit vel habere vel tenere ꝑmiſſerit vel in loco villa vel caſali ſal vendiderit vel emerit cōe illius loci. Poteſtas cōſul maſſarius vel rector quocunq; noīe appelletur. teneatur. & debeat denunciare & accuſare omnes habentes vel facientes ſaleriam ſeu gabellā. & omnes emētes & vendentes ſal Rectori Alex. & officialibus gabelle infra tertiam diem poſtq̄ dictum ſal ibi venditum vel emptum fuerit ſub pena poteſtati, rectori vel maſſario librarum decem. & cōi librarum quinquaginta. quarum penarum medietas ſit cōis Alex, & alia emptoris gabelle ſalis. & quilibet tenens ſaleriam vel gabellam ſalis, vel vendens ſeu emens ſal in aliqua villa vel loco preterq̄ ad gabellam cōmunis puniatur in libris viginti quinq;. Et qlibet poſſit accuſare omēs habētes vel tenētes, vēdētes vel ementes & habeat tertiā partē bāni. & due partes pueniat ī cōe & emptorē dicte gabelle vl' ſalerie. Que qdē p̄dicta duo ſtatuta approbata fuerūt ꝑ dños āciāos populi ſub iſraſcripto

tenore videlicet ſaluis & reſeruatis hijs omnibus que dicta & pronūtiata ſunt ꝑ dñum vicarium Mediolani in ſuis ſententijs contentis, & ſaluo ꝙ per predicta ſtatuta non acquirantur aliqua iura predictis emptoribus vltra q̄ continetur in Iuſtrumento contractus eoꝝ, & ſaluo ꝙ ſi aliquis ſal requireret ſeu peteret, & illud ſal habere non poſſit, & quod non eſſet in gabella quod ad penam aliquam nullatenus teneat, & hoc in q̄ntum non ſit contra datum factum per aliquem ex nuntijs vel Famulis dicti Domini Domini Luchini.

De contractu dñi Nicolini canefri per cōe attendendo.

Item ſtatutum eſt de voluntate Antianoꝝ ꝙ poteſtas qui nunc eſt vel pro tempoer fuerit & eius familia, & Antiani nunc ſunt vel pro temporibus erunt teneantur & debeant attendere & obſeruare & attendi & obſeruari facere cum effectu totum cōtractum factum per cōe & homines Alexā. occaſione caſtri roche ex vna parte & Dñum Nicolinum caneffium ex alterra & omnia pacta conuentiones & promiſsiones contēta & contente & promiſſe hinc inde in dicto contractu prout ſcripte ſunt & in ipſo cōtinetur. Nulla exceptione iuris vel facti ſeu obligationis obſtante, & quod notarij campanilis & clauarius cōis teneantur & debeant dictas conuentiones & prouiſiones attendere & obſeruare & adimplere prout ipſos tangunt & ad eorum officium ſpectant ſemper & quotiens per ipſum. D. Nicolinum vel per alicui eius noīe fuerint requiſiti ſub pena poteſtati vel rectori vel Iudici contrafacienti librarū q̄nquaginta de ſuo ſalario diminuendaꝝ, & in ſuo ſalario computādaꝝ cuius pene medietas ſit & pueniat in ipm̄ cōe & alia medietas in ipſum dñum Nicolinum ſub pena clauario libraꝝ x. & notarijs campanilis libraꝝ x, quotiens contra predicta facerent vel venirent. Quaꝝ penarū medietas ſit cōis & alia medietas dicti dñi Nicolini & hoc totum preciſe & ſine tenore attendatur. Non obtante aliquo caplo facto refformatione conſilij cōis vel populi vel prouiſione Antianoꝝ facto vel faciendo facta vel facienda in contrarium, cui domino Nicolino liceat pro castrorum rochete ducere & duci facere farinam & granum neceſſarium continue de locis caſtellatij. & burghirati & legumina libere & impune ſine contradictone alicuius rectoris vel magrātus & ſpecialiter de dictis locis a Kal. Auguſti vſq; ad ſanctum Michaelem grani & farine modios q̄nquaginta leguminum vero modios quiq;, & beſcotti de Alex. cantaria ſex feciendo conſcientiam dño poteſtati Alex. vel caſtellatij & hec habeant locum in q̄ntū ꝑcedent de volūtate dicti dñi dñi Luchini & nō aliter.

Qđ extimum magrōrum ponatur penes notarios campanilis.

Item pro certitudine ſtatutum eſt voluntate Antianoꝝ quod thomas de pillo, Guliermus de caſtellatio & Ioannes faber vel duo ex ipſis qui interfuerunt cōſtructiōi ciſterne, & palatij lazarati per dñum yſnaldum malaſpinam, & turris & edifitij facti in caſtro veteri de rocha ſecundum formam cōſilij & . xl. ſapientem de populo celobrati Milleſimo trigenteſimo trigeſimo de menſe ſeptembris tempore Domini Bertolini de cornazano debeant extimare totum edifitium illud per ordinem, & tam d quantitate caloine quam de precio totius operis magiſtroꝝ & manualium, quod extimum ponatur penes notarios campanilis Iuxta reformationem que eſt penes cootractum dicti caſtri ad quod dandum Dominus poteſtas & eius Iudices per dictos nominatos compellere teneatur & hoc in quantum procedat de voluntate dicti Domini Dimini Luchini & non aliter.

De bealello qui eſt ante domos Guidonis croſſeti.

Item ſtatttum & ordinatum eſt, quod quicunq; habet domum vel ſedimen, vel aliquid facere ſuper bealello quod incipit in platea maiori Alex. ante domū Giudōis croſſeti, & labitur inter domos conſortum, ſeu vicinorum, & finitur in croſſa inter domos de Ferrarotis, & Franciſci de ghio, teneantur & debeát dictum bealellum ſemper tenere mundatum, & expeditum pro parte ſibi contingente. Videlicet tátum quátum durat, ſeu extenditur domus ſua, vel ſedimen. Ita quod aqua velociter labi poſsit per ipſum bealetum, prout expediet & conſueuit abſq; alio impedimento arbitrio dominorum Bonifacij de amico. Viuiani pupini. Ruffini de xamo & Ardezoni de ardezonis, & hoc ſub pena & banno ſoldorum ſexaginta, pro quolibet contrafaciente, & qualibet die, & quod dñs Poteſtas preſens, & futuri teneantur, & debeant predicta omnia attendere, & obſeruari facere preciſe & ſine tenore ad requiſitionem dictorum Bonifacij, Viuiani, Ruffini, & Ardezoni,

¶ Quod omnes habentes domos, ⁊ ſedimina a carraria vſq; ad molandina de caſtello.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, quod omnes perſone que habent domos, & ſedimina aliquam vel aliquod a carraria foſſati ciuitatis per quam intrat aqua betalis in ciuitatem a dicta carraria vſq; ad molandinum de Marchelio, & de caſtello ſuper betale quod labitur verſus portam ſancti Andree, quá ſuper betale, quod labitur, & quod intrat ad domum fratrum minorum, & labitur per plateam. teneatur & debeat foſſatum ſiue lectum ipſius betalis latum facere, & ſcroſſare eorum proprijs expenſis in arbitrio prout dixerit Dominus Iacobus rationator cum alijs duobus bonis & legalibus hominibus elligendis per Dominum Poteſtatem, & Antianos. Et hec teneatur Poteſtas tam preſens quam futuri facere fieri, & executioni mandare omni anno in menſe Madij. Et ſit pena contrafacientibus arbitrio Domini Poteſtatis.

¶ Quod Pedagerius porte Ianuenſe teneatur facere rationem.

ITem ſtatutum, & ordinatum eſt, quod pedagerius qui ſtetit ad portam Ianuenſam qui colligit denarios talie qui dati fuerunt Marchionibus de gauio hoc anno debeat facere rationem de eo quod receperit, & ipſos denarios debeat dare Domino Belengio ardezono qui ſcribat rationem ipſorum denariorum per ordinem in ſuo libro, vt ſemper inueniantur, Et quod Dominus Poteſtas, vel eius Iudex teneantur, & debeant dictam rationem facere fieri dicto notario in continenti ad campanile dicto Dño Belengio ardezono, & dictis conſulibus.

¶ De mercantijs debentibus ſoluere pedagium.

ITem ſtatutum eſt, quod Conſules ſocietatem populi videlicet ſocietatis mercatorum pannorum, lini caligariorum, & pelliipariorum, debeant elligere vnum bonú pedagerium vel plures, ſi eis videbitur, qui collegat, & colligere debeat dictum pedagium de omnibus ſomis que ibunt & venient. Qui pedagerijs debeat excuſare cuilibet mercatori debenti recipere aliquid de dicta talia id quod ſoluere debebit de pedagio predicto. Qui pedagerius omni edomada teneatur, & debeat portare omnes denarios quos colliget ad domum Domini Belengij ardezoni. Et ipſos ibi ſcribi facere per ordinem, & quod ipſe Dominus Belengius debeat, & teneatur facere ſuam rationem diligenter ad feſtum Natiuitatis Domini de toto eo quod ipſe receperit occaſione dicte talie, & dare cuilibet debenti recipere partem ſibi contingentem occaſione dicte talie ꝓ rata, & cum collectum fuerit de ipſo pedagio vſq; in quantitatem librarum quadraginta Ianninorum ſoluta per ipſos mercatores amplius ipſum pedagium colligi non poſsit,

¶ De tabernarijs nó debentibus tenere ſcamna cú ſitula in vijs cóis.

ITem ſtatutú eſt, ꝙ nullus tabernarius audeat vel pſumat tenere ſcánú cú ſitula vel ſine in via cóis, vel aliqd aliud per ꝙ via impediat ſub pena & báno ſoldorú. v. pro quolibet & qualibet vice, & hoc capitulum preconizetur per ciuitatem.

¶ Qó homines Alex. poſsint ire libere cum mercantijs ianuam.

ITem ſtatutú & ordinatú eſt, ꝙ dñs Poteſtas, & Antiani populi cú illis ſapientibus, quos ſecú habere voluerint debeát ꝓuidere & ordinare modú & viá ꝙ hoíes Ale. & diſtrictus poſsint ire, ſtare, & redire, ad ciuitatẽ Ianue, & diſtrictum cú mercantijs, & ſint libere & ſecure in perſonis & rebus prouidendo ad melius q̃ prouideri poterit, ꝙ quelibet perſona ciuitatis Ianue & diſtrictus ꝙ habeat cambiú. Laudem & repreſalias cótra cóe & homines Alex. ipſis cambijs vel laudibus non vtantur.

¶ Qó nemo debeat mingere ſubtus domum pelliipariorum.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ nemo de Alex. vel aliunde audeat vel preſumat mingere vel aliquod ſordidú facere ſub diuerſorio ſiue domo ſocietatis pelliipariorum, ſita in platea maiori cóis Alex. nec in ipſa domo aliquod damnú facere rúpendo, vel exportádo inde tegulas vel lignamẽ ipſius domus, vel aliquo modo dictá domum deteriorádo ſub pena & báno ſoldorú. x. cuilibet cótrafacienti ꝓ qualibet vice, & ſub pena dupli totius damni dati ſiue illati in domo predicta, & quilibet poſsit accuſare contrafacientes tam familia dñi Poteſtatis q̃ quilibet alius & habeat medietatẽ báni, & teneatur priuatus, & credatur accuſatori in ſuo ſacramento, nulla deffenſione in contrarium admittenda, & ſi dictus accuſatus non poterit ſoluere dictum bannum ponatur, & poni debeat ad berlinas cóis.

¶ De carrarolia vna facienda ſup bealello ꝙ labit retro maiorẽ eccleſiá

ITem ſtatutú eſt, ꝙ dñs Poteſtas teneat & debeat fieri facere carraroliam vná ſuper betaleto ꝙ eſt retro maiorẽ eccleſiam ante domú Anſelmi ſcalnafici in arbitrio dicti Anſelmi. & Facini de domate, & etiá fiat vna bona carrarolia in rugata capitis vitis in quarterio marenghi ſuper beale, ꝙ eſt prope ſanctú Dalmatium coheret Obertinus, & Manuel de gambarinis.

¶ De menſuris tabernariorum per militem dñi poteſtatis inquirendis.

ITem ſtatutú eſt, ꝙ ſi cótigerit militẽ dñi Poteſtatis, ſeu familiá ire per ciuitatẽ ad aliquas tabernas cauſa ingrendi pintas & méſuras vini, & ipſe miles vel familia, ſeu aliquis de ipſa inuenerit ꝙ tabernarius ſiue vẽditor ſeu menſurator vini, mẽſurauerit alicui pſone vinú in dicta domo vel taberna ad ipſam menſurá pinte, & ipm vinú poſuerit in ſiſis ſiue moiolijs, ꝙ pdictus milies, vel familia, ſeu aliquis de ipſa nó poſsit nec debeat cópellere dictú tabernariú vel mẽſuratorẽ, nec eidem tabernario, ſeu tabernarie pcipere, ꝙ dictú vinú iterú reponat ſiue reducat, vel menſuret, imo teneat ſtare ſacramento illius perſone cui dictú vinú menſuratú erat, & dicti tabernarij, ſi bene & legaliter menſuratú fuit. Eo ſaluo ꝙ dicta familia poſsit petere & requirere menſurá ad quá menſurauerunt vinú, & cognoſcere ſi eſt iuſta, & ſi non inueniretur iuſta puniatur tabernarius, ſeu tabernaria ſm formá ſtatutorú loquentiú de hoc, & predicta attendantur preciſe & ſine tenore.

¶ De porchis non tenendis in aliquo ſbarro ad vendendum.

¶Sup ſecúda poſta dixit ſicut dixit dñus Thomas de parma & vltra ꝙ dñi Anciãi, Et q̃tuor habeát bayliá ꝓuidédi ſup fodris talijs & Impoſitióibus & reſuare quos debitores voluerint, & tam in tolta dacito vini q̃ in fodris mutuis & collectis, & amon quos voluerint, & contra illos quos declarauerint remanere in campanilis tantum Ius habeat ad exigendum quantu & ꝙ notarij cãpanilis ad mandatum dñorum vicarij & Ancianoꝝ libros fodroꝝ mutuoꝝ taliarú & extimú cui & ſicut mandauerint conſignare, & aſſignare debeant, Non obſtante ſtatuto ꝙ de campanili non debeant ſcripture alique moueri.

¶Dñus Bencius beſucius dixit & cõſuluit ſup oíb⁹ poſtis ꝙ dñi vicarius & Anciani & q̃tuor cú ſapientib⁹ & ſine habeát bayliá ꝓuidendi & ordinãdi ſup oíb⁹ tribus poſtis ſecúdú ꝙ eis ꝓ meliori videbit, quicqd fecerint valeat & teneat aúcte pñtis conſilij.

¶. N. refformatione cuius cõſilij facto & reuoluto partito ꝑ dñum Anucinú botolú Iudicé dicti dñi vicarij Toti cõſilio placuit ſecúdú ꝙ dixit & cõſuluit dict⁹. D. Thomas de parma, cum additione dñi Oberti Arnucij ſuper omnibus poſtis.

IN Nomine Domini Amen.

NOS Luchinus vicecomes Mediolani &c. dñus Generalis cú multotiés cõtingat carceratos nr̃arú ciuitatú terrarú in feſtiuitatib⁹ ſolemnib⁹ in qb⁹ eiſdé nr̃as gr̃as impartimur nõ habere reſponſionem nr̃e gratie, tam de facto tarditatis tẽporis q̃ etiá ex nuncijs debita ſignificatióe mittẽtiú. volentes ne talia de cetero cõtingere poſſint. Sed potius ipis carceratis ſalubriter ꝓuidere. vt nr̃as gratias habere poſſint in terminis opportunis. Mandamus vniuerſis & ſingulis poteſtatib⁹ vicarijs ſapiẽtibus. & oficialib⁹ nr̃is pſentib⁹ & futuris ad quos hec ꝑtinét. Quá is ſub pena florenoꝝ l. auri & plus nr̃o arbitrio aufferéda. Mittere debeant nobis ante feſtum Natiuitatis dñi noſtri Ieſu Chriſti. Et reſurectionis eiuſdem. & feſtiuitatis beate virginis marie matis ei⁹ que celebratur de menſe auguſti per octo dies Ante q̃libet dictarú feſtiuitatú in ſcriptis omnia & ſingula carceratoꝝ noía exiſtentiú ſub iuriſdictióe ſibi per nos atributa. & clare & extenſe cás q̃re ſunt carcereti. & quãtitates ꝓ qbus ſunt in carcerib⁹. Et redductióes ſi quas a, nobis habét. & q̃les & quãto tẽpore ſteterunt in carcerib⁹. & ſi habét legiptimá cartam pacis vel nõ. ita ꝙ & cetera pdictis omnib⁹ melius valeamus ꝓuidere qd honori nr̃o & miſerationi dictoꝝ carceratoꝝ cõueniet Mãdantes eiſdé q̃ntitatis has nr̃as literas decretú & Mãdatú faciant in volumine ſtatututoꝝ apponi. Ne aliqs habeat ignorantie cauſam ꝑtendere. Data Mediolani Millo tricẽteſimo quadrageſimo ſeptimo die decima tertia menſis xv, Inditione. Luchinus vicecomes Mediolãi & c. Dominus Generalis.

Statututa ptinẽtia ad domú d lãzauegijs ⁊ eorú ſequentes.

INfraſcripta ſunt capitula ſuper qbus domus de Lázauegijs viciatis filijs Ruffinis & ſquarzatis & alij amici & ſequentes eornm ſupplicant & requirunt prouideri per Magnificum D. Priucipem Dominum noſtrum.

IN Primis cú domus eoꝝ. & q̃ tenere & poſſidere cõſuerunt multa detneantur adhuc occupata nec relaxétur eiſdé q̃ntitatis ꝓuideatur vt reducantur ſúmarie & de plano & reſtituant in poſſeſioné rerú, & tenutá oíum bonoꝝ. & iuriú ſuoꝝ ī eo ſtatu in quo erát anteq̃ exirét de Alex. ipſi vel eorú átecesſores verú poſtq̃ cõdá bone memorie D. Mapheus vicecomes & filij eius amiſerút dominiú ciuitatis Alex. predicti de Lázauegijs & alij prenoiati nõ fuerunt bene de Alex. nec potuerunt perfecte deffẽdere vel cõſeq Ius ſuú. ꝙ dicta ꝓuiſio & reſtitutio extendat ad illud tempus quo quondá dictus bone memorie D. Mapheus amiſit Dominiú dicte ciuitatis & habeant locú niſi per dños rerú vel poſſeſſores ī alios ſpõte res ipſe fuiſſent translate Et ꝙ a dicto tépoꝛe citra nõ poſſit eis allegari fuiſſe decurſe alique pſcriptiones in reb⁹ iurib⁹ vel actionib⁹ verú qnia nõ ſolú illi qui fuérunt foréſiti. Sed etiam amici eorú qui ſteterunt in Alex. in domibus ſuis. tam intus ciuitaté q̃ diſtrictus nõ potuerunt cõſequi, a dicto tépore citra Ius ſuú, & maxime ꝓpter quandam ſentétiá grauiſſimá D. Bernardi Dei & apſice ſedis tunc in lõbardia legati. Et que allegabat cõtra eos. ꝙ dicta reſtitutio & ꝓuiſio extédatur tam ad amicos qui nõ fuerunt q̃ q fuerút foréſiti. Et ꝙ dicta reſtitutio intelli facta cõtra eos ī reb⁹ & iuribus alienis, ſi q̃ detinétur vel occupátur ab eis.

Reſpõſio Dñi. Placet nobis d tempoꝛe dicti patris nr̃i citra.

ITem ꝙ predicte domus & Amici gaudeant & fruantur omnib⁹ officijs, honoribus & cõmodis cõis dicte ciuitatis tam Ancianorú q̃ cõſiliariorú. & aliorú officiorú ꝑ inde ſecúdum ꝙ decet & conuenit honori noſtro, & amicorum ac fidelium nr̃orum.

Reſponſio Dñi. obſeruetur ꝙ obſeruabatur. tempore bone memoꝛie Genitoris noſtri.

ITem cú libri fodrorú & taliarú militiarú & bamnorú cõis Alex. ſint & fuérint nu pâte introitú D. Bruzij ī Alex. cõbuſti, & multi ex amicis predictorú aſſegnati fuerint certis pſonis ītrinſecis Alex. a qbus ingetãtur & moleſtãtur. ꝙ dicte aſſignationes vires nõ habeát. & ſint caſſe. & irrite ipo iure. cú nõ appareát libri originales Nõ obſtantibus aliqbus ſtatutis ordinationibus, reformationibus ſeu ꝓuiſionibus in cõtrariú loquẽtibus. & pdicti libri cõbuſti fueruut de volútate conſilij generalis cõis Alexan,

¶ Reſponſio domini Placet

ITem cũ Flumen Burmide ꝙ cõſueuit fluere longe a, ciuitatate Alex, modo ſit apꝓpinquatũ ciuitati & deuaſtauerit. & cõtinue deuaſtat multas bonas & ꝑcioſas terras & poſſeſſiões, poſſit cõmode mutari longe a ciuitate vt fluat & labat̃ ꝑ viles & parui preci terras & poſſeſſiones. ex qua mutatõie cõe ſeqtur grãde comodũ vẽdendo alueũ antiquũ magno ꝑcio. & emẽdo terras & poſſeſſiones viles & parui ꝑcij lõge a ciuitate ꝑ quas fiat nouus alueus paruo ꝑcio. ꝙ dictũ flumẽ mutet̃ & mutari debeat prout meliꝰ & cõmodius videbitur expedir̃. & ſit cõmodius poterit ibi fieri pons.

¶ Reſponſio dñi, habeat̃ conſiliũ, ⁊ videant ſi eſt pro meliori quod.

ITem cũ ꝑ ſtatutum Alex. omnes ementes & vẽdẽtes & alio modo adqrẽtes & trãſferentes in alios dominia Iura, vel actiones teneant̃ cootractus denunciare cuidã officiali ad hoc deputato infra certũ terminũ ac etiã ſoluẽdo certã gabellã aliogn contractus eſt nullus ꝙ ſtatutũ factũ fuit ãteq̃ dicta domus de Lãzauegis & alij ꝑnominati exirent de Alex. ꝑ plures annos, vnde paulo anteq̃ ꝑ dñum nr̃um eſſet acqſitũ, dominium dicte ciuitatis Alexandrini intrinſeci ꝓuiderunt & ordinauerunt ꝙ qnq; ſolueret dictam gabellã ad certũ terminũ ꝑ eos ſtatutũ poſſet cũfirmare & coroborar̃ ſuos cõtra ctus. Et valeãt & teneãt, ac ſi denũciatio, & ſolutio facta fuiſſet ſecũdũ formã ſtatuti ꝙ predicti & eoꝝ amici poſſint & eis liceat de cõtractibꝰ ſuis ſoluere gabellã ꝑdictã ad terminũ ꝑ vr̃am dñationẽ aſſignandũ, & valeãt & teneãt dicti cõtractus ac ſi denũciato. & ſoluto ſecundum formam ſtatuti facta foret. Et in hoc ſeruabitur equalitas, & nullus damnificabitur. Et commodum comuni acquiretur.

¶ Reſponſio dñi habeat poteſtas conſilium de predictis ⁊ videat ſi pro meliori eſt, ⁊ tunc fiat, ſi cõis eſt vtilitas Et in Incantationibus datiorum non ledat̃ nec habeat cauſam petendi re contra cõe ⁊ bonoꝝ nr̃ ſeruet̃.

NON declinãtes ab alis ſupplicatiõibus alias datis & porrectis Magnituni vr̃e dñi memorati ꝑ conradinũ Lãuauegiã. Et et am nõ declinantes ſentẽtiam, & ꝓnunciationem alias factam ſeu factas per condam Dominum Mapheum. & ſaluis ſemper eiuſdem domini noſtri pronunciationibus beneplacitis & mandatis.

IN Palatio nouo cõis Alex. in pleno & generali cõſilio ciuitatis eiuſdẽ Ibidẽ ſono cãpane voceq; ꝑconis more ſolito cõgregato ſapiens & diſcretus vir D. Gul'mus de ſtradauertis de Cremona licẽtiatus in Iure Ciuili. Nec nõ vicarius Nobilis & potẽtis viri D. Ottolini burri põtis ciuitatis Alex. ꝓ Mag: & excelſo D. Nr̃o D. Luchino vicecomite Mediolani Alexãdrie & c. D. generali Mãdato & ꝑcepto. & impoſitione dicti D, Põtis nec nõ cõſeſu & volũtate D. Anciãoꝝ ſup ĩfraſcripꝫ cõſiliũ poſtulauit.

IN Primis. cũ inter Dominos Anciauos & ceteros ſapiẽtes quos ſecura habere voluerunt ordinatũ fuerit ꝙ granũ ꝑſtitutũ de anno ꝑſenti vel i Kal'as auguſti ꝓximi preteriti vſq; ad kal'as auguſti proſimi venturi tã in Alex. q̃ in diſtrictu poni debeat ad rationẽ ſoldoꝝ lxiiij. impialiũ ꝓ quolibet modio. & nõ plus. vt debitores non nimis aggrauẽtur. & vt creditores nõ nimis damnificẽtur ꝙ placet generalit̃ cõſulatis.

ITem cũ per D. Poteſtatem & eius curiam habitũ fuerit cõſiliũ. & deliberatio collegij Iudicum ciuitatis Alex. ex quodã ſtatuto ordinamẽta ꝓuiſa fuerint fienda & approbata firmata & facta fuerint ꝑ D. Põtem & Anciãos ſup reſtitutionibus feudis & fictis & ſuper regreſſum habẽdo cõtra auctores illoꝝ, a quibus dicte poſſeſſiones

Si placeat dicto conſilio ꝙ dicta capitula & ordinamẽta ſint facta & firma. Et approbata ex auctẽ huius pñtis cõſilij robur obtineãt ꝙ placet generaliter cõſulatis.

ITem cũ ſit quoddã ſtatutũ i volmine ſtatutoꝝ feratie cõis Alex. ꝙ videtur Iniquũ. ꝙ eſt ſup rubrica de denunciatiõe faciẽda cõſortibus & vicinis. in ea parte in qua dicit. quod ille cui damnum ſeu factum fuerit. Et Iudex Ferratie poſſit capere realiter & perſonaliter quemcunque de Loco villa ſeu cõunitate in quo moratur damnũ dans

Statutũ & ordinatum eſt, quod ſi aliqua ꝑſona ſeu beſtia alicuius ville, loci ſeu cõitatis locorũ circũſtantiũ damnũ, ſeu guaſtũ fecerint in Alex. vel diſtrictu alicui ciui vel diſtrictuali Alex. & inde Inuenti accuſati vel denunciati fuerint, ꝙ ꝑ Iudicẽ ferratie mittat̃ deffenſio damnũ danti, & elapſo termino deffenſiõis niſi iuſtã fecerint deffenſionẽ condemnet̃ q̃ condemnatione facta niſi infra dies. x. in ipſa cõdemnatione aſsignatos ipſam condemnationẽ non ſoluerint mittat̃ per Iudicẽ ferratie rectoribꝰ loci ville ſeu ciuitatis vbi moratur damnũ dans ſiue morabat̃ tempore damni dati, ꝙ infra dictum termĩũ decem dierũ debeant compellere damnũ dantem ad ſoluendũ dictã condemnationem cum expenſis inde requiſitis & etiam mendam, quo termino elapſo niſi ſatis facient locũ habeat ſtatutũ ꝑdictum ꝙ eſt ſub dicta rubrica.

ITem cum appropinquat̃ tempus meſſionũ & cetera. Dñs Bencius buſſacius vnus ex dictis conſiliarijs dixit & conſuluit ſuper prima poſta de facto grani ꝑſtiti ꝙ fiat prout in poſta plenius continetur.

Super ſecunda poſta de facto reſtitutionum dixit & conſuluit quod fiat ſimiliter in oĩbus & per omnia prout in poſta continetur.

Super tertia poſta de facto ſtatuti ferratie dixit & conſuluit quod dictum ſtatutum firmetur prout in poſta continetur dũmodo per circumſtantiũ loca fiat idem.

IN Reformatione cuius conſilij facto & reuoluto partito per dictũ dñum vicariũ placuit oĩbus dicti conſilij ſup oĩbus poſtis, ſicut dixit & conſuluit Dñus Bencius buſſacius qui dixit & conſuluit vt ſupra.

Reformatores.

Dominus Martinus maluicinus.
Dominus Gabrius farina.
Dominus Gullermus dulius.
Dominus Vbertus graſſus.

In nomine Domini Amen.

MIlleſimo tricenteſimo q̃drageſimo nono Inditione prima die lune ſeptimo aprilis, In palatio veteri cõis Alex. ſtatuerũt & ordinauerũt ad obuiãdũ extorſiõibꝰ q̃ plerũq; fieri cõſueuerũt ꝑ nõcios cõis & ꝑ beruarios põtatis ꝙ ꝑdicti bauarij accipiãt & accipere poſſint ꝓ captione cuiuſlibet hominis intꝰ Ciuitatem. & Bergoliũ ſold. vnũ & denarios duos Impial. & nõ vltra, & nũtius cõis medietatem. Extra vero Ciuitatẽ accipiãt & accipere poſſint duplũ dicte q̃titatis & nõ vltra. Et ꝓ pignoratione cuiuſlibet accipiant medietatẽ dictaꝝ q̃titatũ. Et predicte expenſe fiant de hauere cõis quod pignorabũt̃ vel capient̃ & predicta oĩa intelligant̃ in pignorationibꝰ & pignorationibus q̃ fiunt ad petitionẽ ſingulaꝝ perſonaꝝ vel vniuerſitatũ. In hijs vero q̃ fiunt pro cõi ſ'uentur ſtatuta. Et ꝙ dicti berruarij, Nihil capere poſſint ꝓ aliqua ꝑſona q̃ cuſtodiant in Palatio. Et ꝙ põtas teneatur facere attendi ꝑdicta ſub pena & bañ. lib. x x v. Imperial. ꝓ q̃libet vice qua cõtrafactũ fuerit. Et ꝙ nouus põtas non poſſit retinere in ſuo regimine aliquẽ d offitialibꝰ vl' familiaribꝰ ſui anteceſſoris ſub eadẽ pẽa, ꝓ quolibet

ITem ſtatutum eſt ꝙ q̃libet põtas Ciuitatꝭ Alex. teneat̃ & debeat facere fieri rationẽ dicti cõis Theſaurario ſingulis mẽſibꝰ ſub eadẽ pẽa ꝓ q̃libet vice q̃ ꝯfactũ fuerit.

Nomina Sapientum hec.

Dñus Gullielmus guaſchus,
Dñus Iouannes crimellus
Dñus Carbonus vitiatus,
Dñus Pixius de parma,
Dñus Ricardus filius rufinus,
Dñus Manfredus trottus,

IN Nõie Dñi nr̃i Ieſu xp̄i, & glorioſſe virginis Mariæ, & beatoꝝ apoſtoloꝝ Petri & Pauli, & ligni vere crucis, & ad exaltationẽ Ill'. Dñi Dñi Luchini vicecomitꝭ ciuitatꝭ Mediolãi, Placẽtie, Parme, Terdõe & c. Dñi Generalis & ſtatũ pacificũ cõis & Populi ciuitatꝭ Alex. & diſtrictꝰ ꝑdicti cõe & populus homines & vniuerſitas ciuitatis Alex. dictã ciuitatẽ & diſtrictũ ſubditos & diſtrictuales eiuſdẽ ſubmittere ſe ſe volũt ꝓtectioni Dñi noui & ſubiectioni ipſius ſecundum capitula infraſcripta.

PRimo videlicet ꝙ oẽs iniurie & damna realia ꝑſonalia & peccuniaria data & facta ſeu illata ꝑ cõmune Alex. ſeu ꝑ aliquã ſingularẽ ꝑſonã dicte ciuitatis & diſtrictus dicto D. Luchino ſeu alicui de domo ſua vł cõtrata vel ſingularem ꝑſonam Mediolani ſeu alicuius ciuitatis vel loci, detenti ſeu ſubiecti ipſi D. Luchino nũc vel in futurum habeãtur, & inde ſint remiſſa, & ꝓ remiſsis habeanť, & pax dep̄dictis ſit facta, & perfecta intelligatur & remiſsio generalis.

ITem ſi dictũ cõe Alex. teneret ꝓ aliquo cenſu ſeu ſalario, vel aliq̃ alia cauſa cõdã bone memorie Magnifico D. D. Mapheo patri dicti D. Luchini ſeu dño. Marcho eius filio, & heredibus eorũ. Idem D. Luchinus digneť remittere eidem cõi Alexan. de gratia ſpeciali propter paupertatem ipſius cõmunis.

ITem ꝙ Idem Luchinus velit contentari de aliquo cenſu eidem dãdo annuatim per dictũ cõe Aleaxn. ſicut & p̄fato dño Mapheo patri eius dabatur. Et ꝙ oẽs & ſinguli redditus & ꝓuentus, godie, collecte & impoſitiões tolte maltolte p̄ñtes & futuri ꝓpter p̄dictum cenſum remaneant libera cõi Alex. ꝓ ſalario poteſtatis & alioꝝ officialium cuſtodia caſtrorum, & fortitudine ciuitatis, & alijs expenſis faciẽdis ꝑ cõe Alexan.

ITem ꝙ omnia caſtra loca Iuriſditiones, villas, Terras & Iura ꝑtinẽtia cõi Alexan. tam ꝓ Marchionẽ q̃ per alias quaſcũq; ꝑſonas detenta, & poſſeſſe. & q̃ ꝑ cõe Alex. tenere & poſſidere cõſueuerãt. vel aliqs ꝓ predicto cõi ꝑuenire faciat in cõe. reducẽdo eos vel heredes ipſorũ in poſſeſſionẽ dictoꝝ caſtroꝝ, locoꝝ, villaꝝ, & Iuriũ q ea poſſidebant tempore quo fuerunt amiſſe. reſeruato tñ cõi Alex. Iure ſuo ſup ꝓprietate dictoꝝ caſtroꝝ locoꝝ villaꝝ & Iuriũ. Et ꝙ dictũ eſt de caſtris locis villis & Iurisditiõib⁹ ſpectãtib⁹ ad cõe. Idem intelligať & fiat de caſtris locis, & Iurisditiõibus ſpectãtib⁹ ad ſingulas ꝑſonas dicte ciuitatis Alex. & diſtrictus. Et ſi ꝙ caſtrũ. locus villa vel Iurisditio. ꝑ aliquẽ ciuem Alex. tunc poſſidentẽ obligata fuiſſent alicui vel i cuſtodia recomẽdata ꝙ dictus dñus ſoluta tãtũ peccunia ꝑ illum ꝗ tunc poſſidebat creditori vel cuſtodi q̃ ſoluere tenetur reſtitui faciat dictũ caſtrũ in manib⁹ & cuſtodia illius ꝗ tunc poſſidebat vel heredes ipſius, reſeruato cãm omni Iure comuni competenti.

ITem ꝙ Idẽ Luchinus nõ cõcedat ꝑ pactum ſemper ꝓuiſionẽ vel aliquo alio modo alicui ſingulari ꝑſone vel vniuerſitati aliqd ꝙ ſit in diminutione Iuris Iurisditiõis põtis ſeu honoris vel in damnum cõmunis Alex. vel conrra bonas conſuetudines ipſius communis. Et ſi quid conceſſum eſt reuocare dignetur.

ITem ꝙ velit ſuum populum Alexandriæ in ſuam prerogatiuã & honorem cõſeruare. Et eiſdem eius bonas conſuetudines manutenere.

ITem ꝙ Idem D. Luchinus debeat eidem cõi dare põtatem cũ familia, & ſalario ordinando, q ipſam ciuitatem & diſtrictu regant ſecundũ ſtatuta & ordinamenta cõis & populi facta ſeu fienda. & Iuriſditionẽ ſuã exercere. Et ſecundum bonas conſuetudines cõis & popoli ſine acceptione ꝑſonaꝝ. Ita tamen ꝙ vnus nõ teneať ꝓ alio. ſed pẽa remaneat in actorẽ. Quod ſalarium ſit Mille librarum Impialium ꝓ ſex menſibus habendo ſecũ quatuor iudices milites duos, Domicellos octo ſeruiẽtes octo equos octo inter quos ſint quatuor armigeri. ſantiferi quatuor & coquus.

ITem cũ multi ſint expulſi de pluribus locis ſpetantibus ad cõe Alex. & in qbus cõe Alex. habuit & habet Ius & q̃ detinenť ꝑ alios q̃ per cõe Alex. ꝙ idem D. Luchinus velit ipſos extrinſecos poſſe ſtare & morari cũ familijs & ſine & reb⁹ ſuis in ciuitate Alexan. & diſtrictu, & per totã terram dicti D. Luchini, donec reducti fuerint ꝑ dictum, D. Luchinum in terras a quibus ſunt expulſi.

ITem ꝙ Idem D. Luchinus velit & ſibi placeat ſuſpendere oẽs laudes. & rep̄ſalias conceſſis contra dictum comune Alex. & diſtrictus. & ſingulares perſonas per aliquam ciuitatem ſeu locũ. detentum & ſubiectum ipſi D. vſq; ad decem annos ſaluo ꝙ in principali debito vnicuiq; ſit licitum proſequi Ius ſuum.

ITem cum Blaxius moycius fuerit proditor terre patrie diſipãde ꝑ naturales inimicos ipſius ꝙ velit ipſe D. vt dictus Blaxius perpetuo ſit bamnitus comunis Alex. Et in bamno remaneat. Idem intelligatur de filijs,

Idem Inteligatur de Ioãne brigno & filijs qui nõ tamquã partialis Alex. ſed fidelis Marchionum inciſie intulit offẽſiones reales & peſonales comuni.

Item ꝙ ſi aliqs de Alex. vel deſtrictu eſt bamnitus vel condemnatus alicuius ciuitatis ville ſeu loci qui ſint vel erant in futuꝝ ſub Iuriſditiõe & domiio dicti. D. luchini habeatur ꝓ non bamnito ſeu condemnato. nec aliquis proceſſus fieri.

ITem ꝙ idem dominus velit reducere ad cõcordiã. & ad Pacẽ oẽs diſcordias guerras odia, damna, iniurias & rangores q ſunt vel eſſent inter ciues Alex. & diſtrict⁹ & ipſas concordias & pacem facere ſeruari, & etiam intelligať de omnibus diſcordijs & Iniurijs que eſſent inter dictos ciues & diſtrictuales Alex. & ſub ditos dicti domini.

ITem quod caſtrum vetus boſchi remaneat in eo ſtotu in quo nunc eſt.

ITem ꝙ ipſe. D. Luchinus teneať & debeat quãlibet ſingularẽ ꝑſonã ciuitatis Alex. & diſtrictus deffenſare contra q̃ncunq; ꝑſonã & in Iure ſuo manutenere & etiã adiuuare ad recupãdũ oĩa Iura ſua, caſtra & munitiões poſſeſsiões & credita vndecũq; ſint, & maxime filios & hr̃des quoñ Iſnardi axinarij expulſos idebite, & exulatos de loco cremolini ꝑ quoñ dñũ Yſnardũ malaſpinã Idẽ de dño Garuagno merlão i carpãcto.

ITem ꝙ ſi aliquis ciuis Alex. detinet aliꝙ caſtrũ cõis ꝙ nõ poſsit compelli reſtitueř ipſum caſtrũ niſi prius ſibi reſtitutione facta de eo ꝙ deberet recipere a cõi Alexan. occaſione dicti caſtri cum ratione expẽſaꝝ q̃ alia de cauſa, & ſi aliquas expẽſas feciſſet occaſione dictoꝝ caſtroꝝ, que forte de rigore Iuris ſibi reſtitui non deberent cum idem dñus velit ſuper ipſis prouidere prout eidem conueniens viſum fuerit.

ITem ꝙ oẽs condemnationes, & banna data & facta hinc retro occaſione aliquoꝝ delictoꝝ de aliquo ciue ſeu diſtrictuali Alex. de aliquo alicuius loci in quo dictũ habeat aliꝙ Ius, ſint caſſa irrita & nullius valoris, & omnis exceſſus & ꝓceſſus & ꝙ deinde & occaxione dictoꝝ delictoꝝ nõ poſsit aliqs ꝓceſſus, & querimonia vel querella nec inde aliquis moleſtari realiter ſeu perſonaliter nec aliqua pena Imponi ſeu exigi, ſaluo ꝙ hoc nõ habeat locũ in blaxio nec in Ioanne brignono, & filijs.

ITem cũ extrinſeci Alex. ſint & fuerint ſemꝑ amici factores coadiutores & vaſalli dñi Marchiõis Mõtisferrati & multas Inimicitias habeãt i Alex. ſupplicãt dñatiõ. vr̃e vt vſq; q̃tuor intus ciuitatẽ in Alex. vẽire nõ poſsint godiẽdo ſemꝑ oĩa eoꝝ bona

ITem ſupplicant ꝙ dum p̄dicta tractabuntur offenſe ceſſent realiter & perſonaliter. hincinde

Item ꝙ ſtipẽdiarij cõis Alex. infra dies decem poſtq̃ officialis dicti dñi erit in Alex. poſsit in ꝑſonis & rebus diſcedeř ꝑ totã terrã & diſtrictũ dicti dñi Luchini & ꝙ oĩs contract⁹ q fierent ꝑ cõe Alex. ob peccuniã recuperandã ꝓ ſtipendio dictoꝝ ſtipẽdiarioꝝ dictus dñus habebit ratas & firmas, & obſuari faciet.

ITem ſupplicant quod certi de domo illorum de puthco qui expulſi fuerunt d loco quargnenti, & amiſſerunt certas ſuas res tamen non in maxima quantitate, quod de illo damno quod paſsi fuerunt reſtauretur commune.

ITem cũ caſtrũ Montaldi villa homines terre, & loca ipſius caſtri empta fuerunt per cõe Alex. caro p̄cio, & ꝑ dñum Thomã Marchionẽ maleſpine teneať Indebite.

REſponſiones Domini ad capitula Alexandrinorum.

¶ Ad primũ cõtinẽs d remiſsiõe Iniuriaꝝ & dãnoꝝ Reſpõdem⁹, ꝙ nobis placet.

¶ Ad ſecundũ cõtinẽs de cenſu ſalario vel alia cauſa pro quo teneretur quoñ Domino Mapheo, ſeu Domino Marcho eius filijo & c. Dicimus quod in hoc Iuxta honoris nr̃i decentia faciemus quod exinde petitur merito contentari.

¶ Ad tertiũ continens ꝙ contentari debeamus de aliquo cenſu nobis annuatim dando & c. Dicimus quod ipſi nobis dicere debent quid dare debeamus eiſdem.

¶ Ad quartũ continens de reducendo in poſſeſsionem caſtrorum Iuriſditionum & c. commune ac ſingulares perſonas Alex dicimus quod in dicto negotio faciemus ſecundum quod Iuri & honori nr̃o videbitur conuenire.

¶ Ad quintũ continens de non concedendo alicui ſingulari perſone aliquid in diminutione Iuris communis Alex. Reſpondemus quod nobis Placet.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶Ad ſextū đ ꝓrogatiua & honoꝛ ac bōis cōſuetudinibꝰ Alex ſeruādis & c. cōtētamur.

¶ Ad ſeptimum de ſalario poteſtatis & c. continens Placet.

¶Ad octauū continens de expulſis locorum ſpectantium ad commune Alexan. receptandis & ſtare permittendis cum eorum familijs in ciuitate Alexan . & diſtrictu . Dicimus ꝙ debent eſſe certi ꝙ nō ſolū diſtrictuales Alex . ſed quoſlibet alios volentes bñfacere in ciuitate & terris nr̄is receptaremus, & ſtare libere permitteremus.

¶Ad nonum continens de repreſalijs ſuſpendendis , Dicimus quod in hoc prouidebimus ita qnod poterunt contentari.

¶Ad decimom de Blaſio moyclo , & filijs continens , Dicimus quod ſcire debent proditores nobis placere non poſſe, Super facto Ioannis brignoni, ꝓuidebimus vt honori noſtro videbimus conuenire.

¶Ad vndecimum de bannitis & condemnatis alicuius noſtre ciuitatis & c. continens prouidebimus ſecundum honorem noſtrum.

¶Ad duodecimū de cōcordijs faciēdis & diſcordis remouēdis & c. cōtinēs, dicimus ꝙ eſſe debēt certi, ꝙ pacē amamus & diſcordias odimus , & ſubditos & diſtrictuales nr̄os intēdimꝰ tenere in ſtatu pacifico, & trāqllo nec ob aliā cauſam niſi vt ipſos reducamus ad ſtatutū pacificū, & tranqllū vellemus nos Intromittere de factis Alex.

¶Ad tertium decimū, de caſtr ode boſcho cōtinens dicimus quod in facto ipſius Iuxta honoris noſtri decentia prouidebimus.

¶Ad decimū quartū de deffendendo & manutenendo ciues & deſtrictuales Alexan. in Iure ſuo & c. continens , Dicimus quod ita eſt noſtra Intentio , quod ad id faciendum diſtrictualibus noſtris & ſubditis, tenemur ex debito.

¶Ad decimū qntū de bellēgerijs & vniuerſitate de baſſignaina & c. cōtinens, Dicimus ꝙ cū honoris nr̄i decētia nō poſſumus nos de dicto negotio intromittere cū ligā habeamus cum Papienſibus qui dicunt terram ipſam ad ipſos ſpectare.

¶Ad decimum ſextum continens, ꝙ ſi aliquis ciuis Alex. detinet aliquod caſtrum cōis compelli non poſſit ad reſtitutionem ipſius niſi & c. Intendimus vnicuiq; ius ſuum ſeruare, ac facere vt ſemper noſtri in os eſt.

¶Ad decimum ſeptimum continens quod omnes condemnationes & banna ſint caſſe & c. Dicimus quod quam quam , ſupra credamus eſſe reſponſum nihilominus prouidebimus vt honori noſtro conueniet.

¶Ad decimum octauum continens de extrinſecis Alexan non reducendis inter ciuitatem vſq; ad quatuor annos & c. Reſpondemus quod in hoc facere Intendimus id ꝙ ſit honor noſter, & pro meliori ciuitatis Alexan.

¶Ad decimum nonum continens de offenſionibus ceſſandis & c. Nolumus quia eſſet ꝓ eoꝝ peiori, eo ꝙ ex tali ceſſatiōe diferrent ꝑponēdo volētes rationi facere bonū ſuū.

¶Ad vigeſimū de ſolutione facienda ſtipendiarijs cōis Alexan. & c. Dicimus conueniens eſſe ꝙ ſoluaꝛ eiſdem & ꝑmittanꝛ abire & ꝯ̄ctus q fient ꝑ ſolutiōe fiēda ꝑdictis dūmodo nō ſint cōtra honorē nr̄um ſeruentur & rati habeantur.

¶ Ad vigeſimū primū de rebꝰ amiſſis ꝑ illos de putheo quādo expulſi fuerūt de loco q̄rgnēti & c. cōtinēs, Dicimꝰ ꝙ i dicto negotio ſecūdū ꝙ ius, & honorē nr̄um faciemꝰ.

¶Ad vigeſimū ſecūdū & vltimū de caſtro Montaldi & c. cōtinēs Dicimus ꝙ in dicto negotio Ius & honorem nr̄um quantum conueniet videbimus faciemus.

EGO Tamen ſaluo & reſuato ꝙ magnificus & excelſus dñus dñus Luchinus vicecomes Mľľi Alex . & c. dñs Generalis ꝑdictus, in ꝑdictis & ſingulis ſtatutis & quolibet eoꝝ Iuriſditionē, & Pōtatē, & baylīā habeat ſeruandi & nō Addendi , minuendi caſſandi reuocandi, mutandi interpretendi, & declarandi, ſemel & pluries prout proceſſerit de ſue bone placito voluntatis.

EGO Andriolus de Interlignis filius ſer Martini cōtrate ſancti ſepulcri Mľľi publicus Impiali aūcte notarius ſcribaq; ꝑdicti Magnifici Dñi. D. Luchini & ꝑdicta ſtatuta q̄ ſunt capl'a Mille trecenta ſexaginta ſex, ꝓhemiis cōputatis in folijs ducentis triginta octo de conſenſu & mandato ꝑdicti Magnifici dñi dñi Luchini & c. prouiſa

exaīata & approbata ꝑ ſapientes & diſcretos viros dños Petrū de lambertinis, Militē & Raymōdinū de Archidiac. legū doctores, vicarios dicti dñi Luchini, de ipoꝝ dñoꝝ vicarioꝝ Impoſitiōe ꝑ eos mihi facta ex parte ipius dñi. D. Luchini & c. ad cōfirmādū fideliter me ſubſcripſi , ſub anno dñi Miľľmo tercētesimo q̄dragesimo octauo inditiōe ſecūda , die vigeſimo ſecūdo menſis octobris ſignūq; meū appoſui cōſuetū in teſtimonium premiſſorum.

❡Ioannes Dei gratia Archiepiſcopus generalis dñus Mľľi ⁊c.

VOlentes nr̄orū ſubditoꝝ vtilitatibus ꝓuidere deliberauimus, ꝙ nullā prouiſionē poteſtates nr̄i recipere debeāt ſed ſint ipſoꝝ ſalarijs cōtenti & nihil vltra ꝑcipiāt & ꝙ oīa ipſa ambaſatores nō mittāt ad nos nec ad ꝑtes aliq̄s ſine nr̄a ſpeciali licentia, vnde mādamus vobis q̄nte faciatis ꝑdicta ſeruari & ipſa obſuetis , ac ipſa poni in volumine ſtatutoꝝ vr̄oꝝ, & hoc faciatis ne coīa nr̄a expēſis Indebitis aggrauenꝛ , volumꝰ etiā ꝙ officiales bulletaꝝ a tranſeuntibus nihil recipiāt occaſione bulletaꝝ, ſed tranſeuntes tranſire ꝑmittāt ſine aliq̄ ſolutione, ſicut in ciuitate nr̄a Mľľi , facimus ſimiliter obſuari, obſeruatis tamen ꝑſentationibus & alijs ſolemnitatibꝰ, ſicut hinc retro faceř cōſueuiſtis, & officialibus dicti dacij faciatis vt cōuenit ꝓuideri , quia nō Intēdimus ꝙ damnū aliq ꝑ patianꝛ, Datis Mľľi , die decimo octauo februarij.

EGO Antoninus de ottobellis notarius & cancellarius communis Alex . has lr̄as in preſenti volumine regiſtraui & ſcripſi prout in originali Inueni , ſub anno Dñi Miľľmo tricenteſſimo quadrageſimo nono inditione ſecunda.

❡Ioannes Dei gratia Archiepiſcopus ⁊ generalis dñus Mľľi ⁊c.

INfinitis receptis querellis a cōitatibus nr̄o ſubiectis dominio & ſtipendiarijs nr̄is, ꝙ eoꝝ creditores teneratores & theſaurarij eiſdē mutuo dantes omni menſe cū iſis faciūt rationē cōputantes vſuras in capitulo nō expectato curſu anni, Inferentes etiam eiſdē nō modicas extorſiones , volentes eiſdē cōitatibus & ſtipendiarijs de opportūo remedio prouidere cuius rei cauſa decretū pñtibus Introduſcim, tibi mittimus , ꝙ in ſtatutis cōis Alex. pōi facias, & de cetero obſuari, Datis Mľľi vigeſimo ſecūdo octobris.

ET Antiquis legibus & nobis ſemꝑ fuit odibilis vſurarū vorago in tantū vt antiq̄ leges circa talia ſcripte trāſgeſſores eoꝝ infamia vocauerunt nuprime autē rem durā & in humanā in nr̄is ciuitatibus audiuimus freq̄ntari ꝙ ꝓpoſuimus ſaluberrima lege tollere & cōi medicina ſanaꝛ venit enim ad aures nr̄as ꝙ theſaurarij in ciuitatibꝰ veſtris & alijs locis conſtituti, nec nō ꝙ alij creditores cōibus vel ſingularibus ꝑſonis ſuas peccunias mutuanꝛ, Maxime ſtipendiarijs nr̄is menſe quolibet ſua ratiōinia facientes de eoꝝ creditis vſurarū etiā faciūt cōputationē & omni calculo facto vſuras in ſortē diſtribuūt, vt ſic temporibus ſubſequentibus, & primeue ſortis, & vſure Iam conputate vſurarū excreſcat q̄ntitas, ꝙ ſit in nr̄is adoleuit ſubiectis vt & nr̄a cōia, & ſtipēdiarij nr̄i in tantū aggrauati inuenti ſunt , ꝙ etiā ꝑ modica q̄ntitate q̄ndoq; Nobiles qdam ad nr̄a ſtipendia ſcripti fuge latebras petierunt. Alij vero in carceribus poſiti, ad inſtantiā creditoꝝ ibidē miſerrime proierunt, nr̄a vero cōia adeo etiā ea occaſione grauata eſſe dicunꝛ , vt eoꝝ ſingulares ꝑſone ꝑdicta cōſiderantes q̄ſi de eoꝝ ſtatu dubitaꝛ videnꝛ, volētes Igiꝛ ꝑdictis occurrere, q̄ nō ſolū ꝑdictis, ſed etiā maioribus malis cauſam poſſe parare videnꝛ , Hac gñali lege in nr̄is ſubiectis valitura ſanctimus ꝙ nullus creditor de cetero audeat vel ꝑſumat ſui crediti vtilitatis ſepate exinde cōputationē facere infra annū a die dicti debiti numerandū niſi forte, debitore Inſtante & a vinculo debiti diſcedere volente qcūq; cōtra hec ſiue in hijs fraudē faceř preſumpſerit ipſo Iuř a credito cadat, verū qa nō vndiq; videꝛ eſſe iſpectū cū aliqd de eſſe inuciaꝛ , & ad ſint creditotes q̄ plurimi, q temporibus retroactis ſua computa facientes modo ſupraſcripto in tantum eorum fecerunt excreſcere credita quod vix Impoſſibile ſit cōibus , Et ſingularibus perſonis talia debentibus in perpetuum a talibus obligationibus liberari voluimus & ſtatuimus & ſi quis creditorum inueniatur qui ſicut ſupra dictū eſt in fine méſis ſua faciédo raciotinia vſuras ſorti adiúxerit. & de Iudice ſortis & vſuraꝝ cõputationé aliq̃ fecerit ſortis ſolúmodo principalis poſsit vtilitaté req̄rere tali cõputatióe nõ obſtáte, Si vero aliqd exinde ꝑceperit in ſorté nõ in id ꝙ noie vſurarú eſt diſcriptú computeť, & eá extenuat tranſgreſſores huius nr̃e legis omni credito ipſo Iure priuamus, & p̃dicta oia & ſingula ꝑ nr̃os poteſtates officiales & rectores volumus obſuari in nr̃is Ciuitatib⁹ caſtris & locis & terris dñio nr̃o ſubiectis péa nr̃i Arbitrio aufferéda.

QVod quidé decretú, lectú & publicatú fuit ꝑ me Caxonú guaſchú notariú infra ſcriptú. Millimo tricenteſimo, quadrageſimo nono inditione ſecúda die xxviij octobris in gñali conſilio, ciuitatis Alex. preſentibus thoma de parma & Lañz graſſo teſtibus vocatis & rogatis

EEO Caxonus guaſchus notarius publicus nec non cancellarius cõmunis Alex. ſcripſi.

❡Opere finito laudetur Maria virgo.

QVe quidem ſtatuta & ordinamenta ſcripta exemplata fuerunt ꝑ me Gandulfum de ſala de fiblin⁹, ſub anno Domini Milleſimo tricenteſimo q̄nquageſimo inditione tertia die vigeſimo tertia Aprilis.

& tolte debeát videri & corrigi prius ꝑ dñum põtaté & Ancianos, ſimiliter obſrruetur quátú eſt in facto maſſarioꝝ ad toltá, & ꝙ maſſarij tolte ambo ſint notarij & elligánť de tribus menſibus in tres menſes & habeant a cõi pro quolibet omni die ſoldú vnum Impr̃ & nõ plus & ſint de duob⁹ q̃rterijs & alijs trib⁹ méſib⁹ de alijs duob⁹ quarterijs, quorú vnus ſit de vno velle & alius de alio & ꝙ teneantur ſcribere omnes contractus in vno libro, qui ponatur ad campanile Idé ꝙ notarius daciorú qui nunc eſt ſit caſſus.

❡De ſtatutis notarioꝝ ⁊ conſulum Iuſticie corrigendis ⁊ de ſindicatu ipſorum conſulum.

ITem ꝙ ſtatuta notarioꝝ & conſulú Iuſtitie videanť & corriganť, & etiá ꝙ ipſi cõſules ſindicent diebus ſex ſub dño Poteſtate & eius curia, Et ſi aliquis conparuerit conquerens de ipſis, ꝙ ſtare debeant ad ſindicatú vſq; ad dies decem, & quod queſtiões ſummarie cognoſcantur & terminentur.

❡De ſalario notariorum campanilis lrarum ⁊ Populi cõis Alex.

ITem ꝙ notarij campanilis lrarum & populi habeant ſalarium conſuetum a cõmuni Alex. & hoc propter laborem quem paciuntur in ſeruitio dicti cõis.

❡De caſſatione maſſarij cõis ⁊ de Antianis qui maſſariam exercere debent.

ITem ꝙ maſſarius cõis Alexá. exerceat officiú ſuú vſq; ad ipſis ſuú contentú in lr̃is quondá bone memorie Magnifici. D. Luchini vicecomitis & finito tempore ſuo, duo ex Ancianis gerant officiú maſſarie & de menſe in menſem mutentur. Quorum maſſariorum vnus ſit de vno velle & alius de alio, & ſeruetur equalitas in quarterijs, & nullum habeant ſalarium a cõe.

❡De requiſitionibus fiendis in ſcriptis per nuncios cõis.

ITem ꝙ nuncij cõis teneantur facere requiſitiones in ſcriptis continentes corá quo Iudice, & nomé req̄ſitis & ad cuius Inſtátiá req̄rit, & dié & horá, q̃ req̄ſitiões in ſcriptis denť req̄ſito vel ad domú & hoc in req̄ſitióib⁹ q̃ corá magratibus ciuitatis.

❡De ſapiente dando ſi petitum fuerit.

ITé ꝙ ſi q̄s peterit ſapiété ſup aliquo caú facto actu vel q̃ſtióe iterloqutoria pédéte dicti ſapiétis ſeu cõiſsióe facta ipi ſapiéti, nullú tépus currat interim partib⁹ inſtátie vel cauſe ſed ſit i ſuo ſtatu ipa principalis inſtátia ipo tépore ſublato de medio.

❡De citationibus fiendis.

ITem quod nullus requiri poſsit niſi ad vnam diem & vna citatione

❡De candellis non dandis expenſis communis.

ITem quod nullus habere debeat candellas a communi Alex. expenſis ipſius communis, & hoc elapſo termino preſentis poteſtatis.

❡De monſtra familie poteſtatum.

ITem ꝙ oés Anciani qui pro tempore fuerint, teneanť vinculo ſacraméti ſingulis menſib⁹ bis denunciare poteſtati ciuitatis Alex. ꝙ faciat monſtram diuerſis diebus de oíbus officialibus & familia ſuis, & ꝙ poteſtates teneanť die q̃ req̄ſiti fuerint ab eis facere monſtrá ſub pena libraꝝ. xxv. terdoñ detrahendarú de ſuo ſalario.

❡De rebus que ſunt in palacio conſignandis poteſtati.

ITem quod Anciani tempore introitus cuiuslibet poteſtatis teneantur poteſtati cõſignare omnia que fuerint in palacio & in domibus ipſius palacij & omnia q̃ comodantur poteſtati vel familie ſue in ſcripts redigere tenantur, & de p̃dictis poteſtas tempore exitus ſui regiminis rationem facere teneatur.

❡De Bicocheriorum ſalario.

ITem ꝙ bicocherij ſint q̃tuor, & habeant a cõi Alex. omni menſe ſoldos q̃draginta Impr̃. pro quolibet & ꝙ notarij ppl'i & cápanilis nullá ſolutioné ab eis acciperé debeát de ꝓuiſionib⁹ fiendis & regiſtrádis ꝑ ipſos, & ꝙ vnus ex ipſis bicocherijs comedat cum dño poteſtate de ſex menſibus in ſex menſes & ſic de ſingulis, & comedens habeat ſolutioné conſuetá a cõi, & eq̄les ſint partiú, & facere poſsint officiú nuntioꝝ cõis.

ITem ꝙ nuncij ſeu ſaltarij cõis ſint numero ſedecim & eq̄les ꝑtiú q habere debeát a cõi Alex. ſoldos duodecim Imper̃. ꝓ quolibet, & quolibet méſe, & q̄libet alius qui nuncius eſſe voluerit ſit & eſſe poſsit nuncius, & approbeť ꝑ dñum Põtaté & Anciáos & ſalariú nõ habeant a cõi ſaluo beretá vná pro quolibet omni anno.

ITem quod tubatores communis habere debeant a cõmuni omni menſe pro quolibet ſoldos quadraginta Impr̃. ſaluo quod Ruberzonus tubator ꝓ ſe, & ronzino vno habeat libras tres & ſoldos xviij. Impr̃ omni menſe.

MIlleſimo trecenteſimo quadrageſsimo nono inditione ſecunda die vigeſimo ſeptimo aprilis, In palatio nouo communis Alexan. in pleno & generali conſilio dicte ciuitatis, ſupraſcripta ſtatuta & ordinamenta lecta & publicata fuerunt ꝑ Caxonú guaſchú cancellariú cõis Alex. ac approbata ꝑ ſupradictú conſiliú, p̃ñtibus Lañz. graſſo, & Antonio de ottobellis teſtibus notis & rogatis.

ITem ſtatutum & ordinatú eſt, ꝙ in cauſis ciuilib⁹ vbi recognitio peti põt, ſecúdú formá ſtatutoꝝ cõis Alex. dicta recognitio petita firmať & termineť ifra viginti dies continuos computandos a die recognitionis petite, & facta comiſsione caũe dicte recognitionis non currat tempus prout in alio ſtatuto continetur. Quod capitulum locum habeat tam in recognitionibus pendentibus quam futuris.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ in cauſis appellationum parte appellata comparente tempus & terminus ſtatuti ad proſequendum & finiendum cás appellationú ſecundú formá ſtatuoꝝ cõis Alex. currat & curreť incipiat a die cõparitióis p̃dicte, & quod in dictis cauſis appellationú, non ſit neceſſe litem conteſtari.

ITem ſtatutú & ordinatú eſt, ꝙ oés & ſingule lr̃e deſtinate & q̃ in futurú deſtinari cõtigerit ex parte dñi vel ex parte alterius dño Põtati vel eius curie vel ꝓceſſus aliqui regiſtrenť & regiſtrari debeát ꝑ notarios lrarum cõis Alex. & ꝙ dñs Põtas, & eius officiales teneanť & debeát vinculo ſacraméti, & ſub pẽa librarú .l. Impr̃. de ſuo ſalario aufferendaꝝ dare p̃dictas lr̃as & ꝓceſſus cõe Alex. vel ſingulares pſonas tágétes, dieq̃ p̃tati vel p̃ntate fuerút p̃dictis notarijs lrarum ad regiſtrádú & ꝙ notarius dñi põtat nõ poſsit nec debeat mõ aliquo ſe itrõittere d aliquo officio ſpectáte ad notarios Alex. niſi ſolúmõ d officio ſtipédiarioꝝ, & ſi alit factú fuit nõ valeat nec teneat ipſo Iure.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ oēs & ſingule prouiſiones reformationes & ordinamenta facta & fienda ꝑ dn̄um poteſtatē Ancianos, & ſapiētes Alex. obſuent & obſeruari debeāt in totū tamq̄ facte forent per conſiliū gn̄ale ciuitatis Alex.

ITem ſtatutum & ordinatum eſt, ꝙ dn̄us poteſtas Alex. nō debeat deſtinare, aliquē nūcium Mediolanū vel alibi pro ſpeciali facto ſuo expēnſis cōis Alexā. & hoc ſub pena librarum viginti quinq; Impr̄. niſi cum ſcientia Ancianorum.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ nullus poſsit nec debeat in aliquo conſilio publico vel priuato vel in aliq̄ ſapientū cōgregatiōe arengare dicere vel cōſulere de auere cōis Alex. expendēdo vel donādo aliq̄ ratione vel cauſa aliquo colore q̄ſito niſi fuerit in extimo libraꝝ xxv. Impr̄. in regiſtro nouo, ſub pena cōtrafacienti ſoldoꝝ centum Impr̄. & ꝙ eius dictū reformari nō debeat, & ſi ſecus factū fuerit nō valeat ipſo Iure, q̄ penā dn̄us pōtas excutere.debeat, ſi ei denunciatū fuerit, anteq̄ ille q cōſuluerit recedat de palacio, ſub pena librarum viginti quinq; de ſuo ſalario, diminuenda.

MIlleſimo trecenteſimo quinquageſimo tercio inditione ſexta die vltimo aprilis, ſupradicta omnia ſtatuta lecta fuerunt in conſilio generali ciuitatis Alexan. per Caxonum guaſchum cancellarium communis Alex. & approbata per dictum conſilium pn̄tibus Paganino de parma & Ruffino axinario teſtibus notis rogatis.

PRimo ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ a ſentētijs latis ꝑ dn̄um pōtatē & eius curiā i cauſis ciuilibꝰ, nullatenus appellari poſsit ſed poſsit peti recognoſci ſecūdū formam ſtatutorum loquentium de recognitionibus fiendis nec appellatio admittatur nec propterea retardetur executio ſententie.

ITem ꝙ in cauſa recognitionis poſsint prodici inſtrumēta & Iura in ſcriptis reducta q̄ nō fuiſſent ꝓducta i cauſa principali aliter vero vel alio modo nulle fieri poſsint ꝓbationes noue ſed dūmodo ex eiſdē actis ſup qbꝰ eſt cognitū in cauſa p̄cedēti ꝓcedat cognoſcatur & diffiniatur in cauſa recognitionis predicte.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt, ꝙ nullus foreſterius cuiuſcūq; cōditiōis exiſtat nō poſſit nec debeat emere aliꝙ pignus ad arēgheriā cōis vel alibi vbi vendantur pignora & ſi emerit quod talis venditio non valeat nec teneat ſub pena libr̄ decem tercion̄. officiali vendenti ipſum pignus.

ITem ſtatutū & ordinatū eſt de volūtate nobilis & potentis viri dn̄i Gianacij de Aliprādis poteſtatis, & Ancianoꝝ ppl̄i ciuitatis Alex. ꝙ dn̄us poteſtas Alex. Iudices & milites ipſius Anciani ppl̄i & q̄libe officialis cōis teneant expreſſe & ſine tenore attēder̄ & obſuar̄ totū cōtractū Initiū inter cōe Alex. ex vna & Antōiū trottū filiū quōn̄. D. Danini occaſione cluſe de burmida dicti cōis Alex. in toto & cū effectu, & in quolibet capitulo, & oēs prouiſiones & reformationes factas occaſione p̄dicta & q̄ tantū ipm contractū ſimpliciter, ſine aliq̄ interpretatiōe ſeu exceptiōe ꝑ quas ipſi cōtractui deroget in toto vel in parte & ſi ꝙ ſtatutū huic obuiaret illud ex certa ſciētia caſſam & irritāte Qui contractus celebratus fuit die vigeſimotertio decembris, Anni Milleſsimi trecēteſsimi quinquageſsimi octaui inditione quinta.

QVe quidem ſtatuta lecta & vlgarizata fuerūt in conſilio gn̄ali ciuitatis Alex. per caxonū guaſchū cancellariū cōis Alex. ac approbata ꝑ dictū cōſiliū Mill̄imo tricenteſsimo qnq̄geſsimo q̄rto Inditione ſeptima die vigeſimo octauo Aprilis pn̄tibus Franciſcho de bicocha, Rolando ramboſio & Zacherio culcauagno teſtibus.

¶ Ioannes Dei Gratia Archiepiſcopis ⁊ generalis Dn̄us Ml̄i ⁊c.

CVm pro meliori ordinauimus nullam q̄ſtionem extra forum Alex. trahi, quin in dicto foro debeat ventillari ſiue ſit ciuis ſiue forenſis. Et hoc pro euitandis partiū laboribus & expenſis Mandamus tibi quatēs in omnibus &, ſingulis queſtionibus que in curia tua vertūtur & de cetero verti contigerit Ius partibus facias ſecundum formam ſtatutorum cōis Alex. Ita ne aliqua partium habeat Iuſtam cauſam lamentandi vel ad nos aliqualiter remetendi. Datū Ml̄i die decimo qnto ſeptembris.

Nobili viro Poteſtati nr̄o Alex. Ego Caxonus Guaſchus cancell. comunis. ſcrip.

¶ Milleſſimo tricenteſſimo qnquageſſimo. quarto inditione, ſeptima.

HEc ſunt ſtatuta & ordinamēta facta & cōpillata ꝑ certos ſapiētes ad hoc electos per Nobilē, & potētem virū D. Giouanaciū de aliprādis honorabilē Poteſtatē ciuitatis Alex. & diſtrictus ꝓ Reuerendiſſ. pr̄e & Mag. D. D. Ioāne vicecomite Dei gratia ſancte Ml̄i eccleſie Arciepiſcopo. Nec nō Ml̄i Alex. &c. Dn̄o generali. ac ꝑ Dominos Ancianos populi dicte ciuitatis.

IN primis cū plurimū expediat in dicta ciuitate habere perſonā legētem ſacratiſſimas leges ꝑ quas vniuerſus orbis gubernat̄ vt audiētes in Alex. ad ſtudia generalia facilius valeant ꝓſilire Iccirco ſtatutū & ordinatū eſt ꝙ pōtates & Anciani dicte ciuitatis p̄ſentes & q ꝓ temporibus fuerint teneant̄ & debeant operā dare ꝙ in dicta ciuitate ſit pſona que cōtinue legat leges ſacratiſſimas omnibus eas audire volētibus ad hoc vt ipſas ciuitas ꝓbis viris repleat̄. & ꝙ legens habeat & habere debeat de auere cōmunis Alex, omni Anno Ianuinos xxiiij. auri, ſibi ſoluēdos de mēſe in mēſem. Et ꝙ dictū ſalariū ponat̄ & poni debeāt in expēſis ordinarijs & vltra ꝓ pēſiōe domꝰ Iāuinos tres. auri in toto ſoluēdos & ponēdos in expenſis ordinarijs vt ſupra dictum eſt.

ITem ꝙ ꝑ Dn̄os Poteſtatē & Anciāos pn̄tes & futuros & per collegiū Iudicū ciuitatis Alex. eligātur & ellegi debeant ſingulis annis perſona, q̄ legere debebit leges in dicta ciuitate. & ipſa electa preſentare in ſcriptis pōtati & Ancianis q ꝓ tēporibus fuerint. Qui Pōtas & Anciani debeāt ei facere ꝓuiſionē de ſalarijs & pēſione domus predictis Que electio fiat & fieri debeat ſingulis annis per dictos Dn̄os pōtatem & Ancianos Iudicibus de mēſibus auguſti & eoꝝ cōfirmatio per dictos poteſtatē & Ancianos đ menſibus ſeptēbris prox. ſub ſequentibus. Et ſi aliter facta fuerint dicta electio niſi vt ſupra, non valeat.

ITem tales locū habētes poſtq̄ fuerint cōfirmati per dn̄os pōtatū & Anciāos vt ſup teneāt acceptare vel renūciar̄ īfra dies octo poſtq̄ eis notificatū fuerit ꝑ ipos dn̄os potatē & Anciāos, alioqn eoꝝ ellectio & cōfirmatio ſint irrite, & ꝓ nō factis habeant & ad alias electiōes & cōfirmatiōes ꝓcedat̄ ſecūdū tempoꝝ opportunitates.

ITem ꝙ ille q acceptabit dictā lecturā teneat̄ & debeat in pn̄tia dictoꝝ dn̄oꝝ pōtatū & Anciāoꝝ, cōſulū collegij Iudicū Alexa., corporale p̄ſtare Iuramentū inchoare ſtudiū ſuū die prima Iuridica, & nō feſtiua poſt feſtū Beati Luce Euāgeliſte, ac legere ſingulis diebus nō feſtiuis & nō celebrādis de mane q̄ melius poterit & ſciuerit ad vtilitatē ſtudentiū, & audientiū, Iuſto Dei impedimēto ceſſante, Eo ſaluo ꝙ ſi aliq̄ ꝓbabili cauſa legere cōmode nō poterit aliquo vel aliqbus diebus, ꝙ tunc ſibi liceat aliū ſubſtituere q legat loco ſui, Ita ꝙ omnino ſingulis annis legat̄ vnus liber integraliter, videlicet vno anno codex, alio digeſtū vetus. Ita ꝙ hoc anno p̄ſenti incohari debeat poſt feſtū beati Luce liber codicis & perfici vt dictum eſt.

ITē ꝙ predicti legētes accipiāt & exigāt & exiger̄ poſsint a qbuſcūq; audiētibꝰ omni anno, Ianuinū vnū auri ꝓ quolibet, & nō vltra. Ita & taliter ꝙ ſuā collectā facere poſsint ad ſuā voluntatē a feſto beati Andree apoſtoli vſq; ad feſtū reſurrectionis Dn̄i, a quolibet audiente & non alio tempore,

ITem ꝙ omnes & ſinguli audire volentes leges in Alex. poſsint libere, & ſecure illuc venire morari & redire cū rebus ſuis nō obſtātibus aliqbus repreſalijs, laudibꝰ vel cambijs, ſeu qbuſcunq; alijs cauſis, niſi eſſent rebelles Inimici. ſeu banniti p̄dicti domini nr̄i vel cōis, & ꝙ ibi ſtudentes & euntes & redeuntes occaſione ſacratiſsimarum legum dicto ipſorum ſtudio durante tantū in oībus prerogatiuis & vtilitatibus eoꝝ habeant & tractent ꝓ ciuibus & tam q̄ ciues Alex, dūmodo ſint de Alienis ciuitatibꝰ territorijs & locis q̄ de ciuitate terdone, & diſtrictus Alex. Et ꝙ pōtates, & Anciani q pro tempore fuerint ſuis literis ad expenſas cōis Alex. teneant notificare locis vicinis & circunſtantibus ſingulis annis per duos menſes vel prout melius poterunt, ſicut leges legi debent in Alexan. & quis liber & quo tempore Incohabitur, & quis erit lecturus ſi poterunt & de prerogatiua, & fidantia predictis.

ITem ꝙ statutū positū in volumine statutoꝶ cōis Alex. & oīa alia statuta ī dicto volumine infra p̄stātia inmunitatē audiētibꝰ leges ī suo roboř & firmitate pdurēt.

ITem ꝙ ille ꝗ leget leges ꝓ eo tempore quo leget & dū habebit attendere ad lecturā nō possit cogi nec cōpelli ire ad aliq̄ cōsilia publica vel priuata nec aliq̄s cōuocationes sapientū ꝓ cōi Alex. nec ad aliq̄s ambasiatas vel andatas, nec esse Ancianus, nec assumere aliq̄ officiū ꝓ cōi cōtra suā voluntatē, & idē intelligať ī scolaribꝰ audiētibꝰ leges, dū fuerint studētes & audiētes & de p̄dictis stetur Iuramēto legētis, & docētis.

ITē vt amissio tēporis nō sit ab hinc ad festū beati Luce ꝓx. vēturū, ꝙ vsq; ad dictū terminū, sit ꝑsona q̄ legat & legere debeat, & ꝑficere librū Institutionū ad eruditionē rudiū miro ductū incohādū tali tempore ꝙ citra dictū festū beati Luce valeat cōpleri ꝓ quo tp̄re & libro habeāt. & habere debeāt salariū. & p̄ciū pēsionis domꝰ ꝓ medio anno soluēdū de mēse in mēsem vt sup̄. Et etiā salariū medij anni a quolibet audiente ꝙ salariū ab audiēte possit exigere vsq; ad festum assumptiōis. beate marie virginis de mēse augusti. & nō post. & ꝙ lr̄e mittanť per loca circunstantia vt supra dictū est quando videbitur conuenire Dominis Potestati & Ancianis.

ITem ꝙ lecturas leges possit facere vacatiōes & ferias ꝓ messionibꝰ & vēdemijs qndecim dieꝶ ꝓ quolibet dictaꝶ tempoꝶ. & nō vltra inchoandas ꝓut ipsi legēti videbiť magis expedire. dūmodo ꝓpter ferias de ipsius premio nihil diminuatur.

EO tamen saluo. & reseruato. ꝙ Reuerendiss. in Xp̄o pr̄ D. D. Iouānes Dei gratia Archiep̄us. & Generalis Dn̄us Mediolani &c. in p̄dictis statutis. & quolibet eorum habeat aūctem pōtatem. & bayliā. addēdi, minuendi mutādi interp̄tādi. & corrigendi semel & pluries totiens quotiēs ꝓcesserit de sue beneplacito voluntatis.

EGo Georgiolus de bollate filius cōdam D. Bertrami ciuis Mediolañ notarius & scriba p̄fati Reuerēdissimi patris. & D. Mli &c. p̄dicta statuta que sunt capitula vndecim prohemio computato in folijs duobus p̄senti folio cōputato approbata laudata. examinata, & correcta, cum additionibꝰ ipsis capitulis factis per sapientes viros Dominos vicarios prefati D. Mli. ex Impositiōe mihi facta per dictos Dominos vicarios de ipsius Domini Mandato ad confirmandū me subscripsi. Anno Domini Millessimo Tricentesimo Quinquagesimo quarto Inditione septima die Decimo sexto Mensis Mai.

¶ Galeaz vicecomes Mediolani. ⁊c. Dominus Generalis.

CVm nr̄e intētionis existat ꝙ nulle fortalicie fiāt in districtu nr̄o Alex. per aliquos ciues vel districtuales nr̄os Alex. volumus & mandamus vobis. quātestatim per loca cōsueta ciuitatis nr̄e Alex. & districtus publice & alta voce vt est moris faciatis ꝓclamari. ꝙ nulla ꝑsona ciuitatis nec districtus Alex. audeat nec p̄sumat facere vel fieri facere ī dicto nr̄o districtu aliq̄ castrū. seu fortiliciā. nec inceptū seu inceptā fortificař seu fortificari facere. sine nr̄a speciali licētia sub pena Et si ꝗ cōtrafecerint p officiales nr̄os cōtrafaciētibꝰ obuieť. Et illi ꝗ cōtra p̄dictā nr̄am ordinationē facere presumpserit pena debita puniāť. Quā q̄dem ꝓclamationem. & literas nr̄as scribi faciatis & apponi in libris statutoꝶ cōis nr̄i Alex. volētes ꝙ de cetero inuiolabiliť obseruetur p ciues. & districtuales nostros predictos. tamquam si essent statuta cōis nostri Alexan. per nos approbata Dat. Mediolani die xx. Mai.

ANNO Natiuitais Dn̄i Mill'o tricētessimo quinquagessimo septimo inditione decima die quinto Iunij Mollinus culchauagnis & Martinus de Pergamo tubatores comunis Alexan. retulerūt mihi caxono cancelario cōis Alexan. cridasse hodie alta voce & sono tube premisso per Ciuitatem Alexan. in locis consuetis.

¶ Galeaz vicecomes Mediolani ⁊c. Imperialis vicarius generalis.

CApitula nobis exhibita per ambasiatores vr̄os remittimus vobis presentibus Introclusa, cum responsione nostra vnicuiq; ex ipsis capitulis per nos facta, q̄ quidē capl'a prout respondimus ita volumus obseruari.

INfrascripta statuta & ordinamēta facta de nouo tempore regiminis Nobilis, & potētis viri dn̄i Secūdi de cōcorerio pōtatis ciuitatis Alex. p infrascriptos sapientes & statutores ad hoc specialiť electos p dn̄os Ancianos auctoritate eis atributa a sapiētibꝰ q̄draginta octo de cōi & populo, specialiter in hac parte. Que statuta facta fuerunt, sub anno Dn̄i Millesimo trecentesimo quinquagesimo nono die.

¶ Qđ Anciani nō possint eligere aliquē agnatū suū ad aliquod officiū cōis.

INprimis statueř & ordinaueř ꝙ aliq̄s ꝗ sit vel ī futurū erit Ancianus populi ciuitatis Alex. nō possit tēpore sui Ancianatus eligere ad aliq̄ officiū cōis Alex se nec aliquē agnatū suū de agnatiōe vel parentella sua sub p̄ēa libř decē illi ꝗ dictā electionē faceret & sacramēto, & etiā sub pena sacramētialis socij suis dicti Ancianatus ꝗ ipsam electionē facere permisserint, & vltra quod electio nulla sit. Responsio Dn̄i placet.

¶ Qđ Anciani non possint incantare datium aliquod.

ITem ꝙ aliquis qui sit vel erit Ancianus, non possit tempore sui Ancianatus, Incantare aliquod dacium vel redditum cōis ordinarium vel extraordinarium, nec etiā partem habere in aliquo redditu vel dacio extraordinario quod venderetur tempore sui Ancianatus, sub pena librarum vigintiquinq;, & vltra quod talis venditio nulla sit Imo Iterum de nouo vendi possit. Responsio Domini placet.

¶ Qđ Anciani teneantur facere bonas electiones.

ITem ꝙ Anciani ꝗ pro temporibus fuerint in elligendo officiales cōis teneanť facere bonas electiones vinculo Iuramenti

¶ Qđ aliqua prouisio extraordinaria.

ITem ꝙ Anciani ꝗ ꝓ temporibus fuerint nō possint facere aliq̄ ꝓuisionē extraordinariā pōtati Alex. vel alicui đ sua familia, sine deliberatiōe sapiētū q̄draginta octo sub pena restitutiōis ꝓuisiōis q̄ fecerūt & iurauerūt. Responsio Dn̄i Placet.

¶ Qđ petitiones legantur in die sabbati.

